CHRISTOPH. CHRISTOPHORI

SANDII


INTERPRETATIONES PARADOXÆ QVATVOR EVANGELIORVM:

Quibus affixa est

DISSERTATIO DE VERBO,

unà cum

APPENDICE.







AMSTELÆDAMI,

M. DC. LXX.

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

Paradoxas Euangeliorum interpretationes B. L. tibi hoc opere exhibeo, quas tum ex Patribus, recentioribusque Catholico titulo gloriantibus, tum hæreticorum sententiis excerpsi: neque primus tale opus aggressus videri debeo. Idem fecit seculo proximè elapso S. Senensis Pontificius, & hoc seculo Dorschæus Lutheranus: quorum ille in Bibliothecâ S. hic in detectione malæ fidei papalis: ille ex Patrum potissimùm, hic ex Pontificiorum scriptis: ille paradoxas quascunque, hic Arianis tantùm, Socinianisve faventes in unum collegit S. Scripturæ explicationes. Dissertationem de Verbo seorsim apposui, ne exegesis

principii Euangelii secundùm Ioannem in nimiam excresceret amplitudinem. Huic adjunxi appendicem continentem expositiones quinque aliorum locorum, quas vel in historiâ Ecclesiasticâ, vel in præsente opere allegavi. Cæterùm omnia quæ scripsi, prudentis lectoris judicio libens submitto, & sicubi, quod in talibus facile fieri potuit, erravi, nec errorem profiteri, nec melius doceri pertinax detrecto. Interim hoc labore utere, fruere B. L. donec plura Deo volente sequantur.




INTERPRETATIONES PARADOXÆ Quatuor Euangeliorum.

Euangelium Matthæi.

CAP. I.

v.16. Atthæus Ioſephi patrem Iacobum dicit, cujus originem a Regis Davidis filio Solomone derivat. Lucas verò Euangel. III. 21. Ioſephum ſcribit fuiſſe filium Heli, filii Nathan, filii David. Horum ἐναντιοφάνειαν ita conciliat Iulius Africanus Hiſtoriographus epiſt. ad Ariſtidem apud Euſebium hiſt. I. 8. (cum quo conſentit autor reſp. ad quæſt. Orthodox. propoſ. 66. & 133. quæ ſub Iuſtini Martyris nomine circumferuntur,) ut aſſerat Eſtham Ioſephi aviam paternam duobus viris ſucceſſivè nuptam fuiſſe, ex priore dicto Mathan generatum Iacobum; ex poſteriore autem Melchi (qui Luc. III. 24. dicitur Matthat) genitum Heli. Deinde matrem Ioſephi nupſiſſe Heli, eoque ſine liberis mortuo viduam nupſiſſe Iacobo, & ex eâ generâſſe Ioſephum maritum Mariæ: adeoque naturalem

Iofephi Patrem fuiffe Iacobum, legalem Heli. Addit quoque Iulius Africanus fententiam iftam fuo tempore communiter receptam, & à cognatis Iefu Chrifti traditam fuiffe. Quò magis res intelligatur, hoc fubjicio fchema Genealogicum:



ỷ. 19. ἰωσὴφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς δίκαιος ὢν.] At quomodo juftus prædicatur Iofephus eo quòd non impleverit legem, quæ exftat Deut. XXIV. 1. verùm fciendum non effe illam legem, quia non præcipit; fed permiffionem. multa autem funt licita, quæ tamen non funt bona vel laudabilia, & quæ meliùs eft non facere, quàm facere, talia funt quæ *Grotius in libro de jure pacis & belli* appellat licita, quæ impunitatem folùm ferunt apud homines, vel in foro externo. Deinde δίκαιος non ftrictum juris fui executorem, fed æquum denotat. Quare meritò Iofeph dictus eft δίκαιος, *æquus*, quoniam à jure ftricto remittebat, cedebatque jure fuo in gratiam uxoris, contra quam videbatur fibi jus vel facultatem habere τοῦ παραδειγματίζεσθαι αὐτήν.

ỷ. 20. Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου :] *Chryfoftomus* op. imp. hom. 1. *Quod*, inquit, *nafcetur de eâ, de Spiritu fancto eft; Spiritum*

ritum ſanctum ipſum dicebat unigenitum Deum, ſicut ipſe de ſe teſtatur in Euangelio: — Et Apoſtolus (ita MS.) *ait: Dominus Spiritus eſt. Non enim Spiritus advocatus ingreſſus eſt in Mariam, ut ſuſcipiens corpus naſcatur in mundum.* Hæc Chryſoſtomus. Atenim *Anonymus* quidam de hoc loco ita ſcribit: Quia articulus utrique voci deeſt, poſſet locus hic ita explicari, ut πνεῦμα ἅγιον denotet individuum vagum, ſic ut ſenſus ſit: quod generatur ex eâ, non eſt ex Spiritu impuro, qui peccato originali infectus; ſed eſt ex Spiritu ſancto aliquo, i. e. ex numero Spirituum ſanctorum. Vid. Luc. I. 35. Quòd verò Angelus Ioſepho non revelârit, Spiritum illum ſanctum eſſe ipſum primogenitum Dei filium, multæ rationes eſſe poſſunt abſconditæ. Forte homines latere id debuit, donec Deus Pater id teſtaretur è cœlo, vel Filius ipſe operibus demonſtraret ſe eſſe Filium Dei, vel potiùs quia ante reſurrectionem Chriſti non conveniebat palam omnibus, ultra teſtimonium Dei Patris, dicere Ieſum eſſe filium Dei. Nam non ſolùm Chriſtus nunquam expreſsè ſe dixit Filium Dei; ſed & dæmones id atteſtantes vetuit proloqui, & viſionem in monte factam Apoſtolis tribus, prohibuit ante reſurrectionem ſuam manifeſtare, propterea quoque multa opera miraculoſa propalari vetuit, ex quibus illud colligi potuiſſet.

CAP. II.

℣. 1. Bethlehem, in quâ civitate Christus natus est, *domum panis* significat, conveniebat enim in panis domo nasci eum, qui panis vitæ dicendus erat.

Venerunt Magi ex Oriente:] Origenes L. 1. contr. Cels refellit Celsi Iudæum, dicentem Chaldæos eos fuisse.

CAP. III.

℣. 3. Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ.] Clemens Alexand. orat. exhortator. ait: ἡ φωνὴ πρόδρομος τοῦ λόγου. Convenientissimè itaque Ioannes *Vox* dictus est, qui præcursor Christi *Verbi* fuit. Sic etiam Chrysostomus homil. 3. oper. imp. distinguit inter Ioannem vocem, & Christum verbum. Conf. hom. 27. & Origenes hom. 1. in Luc. *In Euangelio*, inquit, *non vox cernitur*, *sed sermo qui voce præstantior est*: & hom. 21. in Luc. *Primò*, ait, *vox ad aures pervenit: deinde post vocem, immò cum voce auditum sermo penetrat. Iuxta hunc sensum à Ioanne annunciatus est Christus. Videamus ergò quid vox de verbo annunciet.* Conf. hom. 13. Exod. Tom. 6. Ioan. *Arbitror ego*, inquit, *quemadmodum vox & sermo apud nos differunt, cùm interdum proferri possit, vox nihil significans absque sermone, itidemque sermo absque voce renunciari possit menti (veluti cùm intra nos ipsos discurrimus) ita Ioannem etiam, veluti vocem existentem, ad comparationem Christi, qui sermo est,*

differre

differre à Servatore, qui juxta quandam considerationem sermo est. — Et fortasse propter hoc incredulus Zacharias in ortu vocis Dei, quæ demonstrat sermonem, admittit vocem, sumens eam, nascente voce, quæ est præcursor sermonis. Vox enim auribus percipiatur oportet, ut postea mens demonstratum à voce sermonem excipere valeat. Idcirco etiam quanto antiquior Christo est Ioannes, quod ad ortum pertinet. Vocem enim ante sermonem recipimus: demonstrat etiam Christum Ioannes, quia voce demonstratur sermo, atque etiam baptizatur Christus à Ioanne, fatente se opus habere ut ab ipso baptizetur, quia sermo purificatur à voce inter homines, cùm naturâ vocem omnem significantem purificet sermo, &c.

℣. 9. *Potens est Dominus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ:*] Si hæc secundùm literam intelligenda velis, statuendum necesse est juxta *Philonem*, formas lapidum melioratas transire in animas vegetativas, has in sensitivas, & has tandem in rationales. Verùm si tibi hæc nimis dura & absurda videntur, utique per lapides allegoricè intelligas gentiles, qui ad similitudinem lapidum obduraverunt corda sua, quique crediderunt lapidibus, eosque adorarunt: de quibus impletum est illud in Psalmo: similes illis fiunt, qui faciunt ea (idola,) & omnes qui confidunt in eis. Ita Clem. Alex. protrept. Origenes hom. 22. Ios. hom. 14. Ierem. & hom. 22. Luc. cap. IV. Rom. & Ambros. in III. Luc.

℣. 10. *Securis jam est posita arboribus ad radices.*] Quidam Iudæus mihi hunc locum ridiculè expo-

nebat de arbore ſcientiæ boni & mali, & quartâ Romanâ Monarchiâ.

ṽ. 11. ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί: Ipſe vos baptizabit in Spiritu & igne:] *id eſt in tentatione. Nemo baptizatur in igne tentationis, niſi qui factus fuerit filius Dei ſicut Chriſtus. Servi autem Diaboli in igne non baptizantur. Quare? quia non poteſt fieri ut,* &c. *Secundum hoc cum videris hæreticum nunquam perſecutionem tentationis pati: noli ſcandalum pati, nec dicas: Quomodo hæretici nunquam periclitantur, ſed ſemper boni. Scito quoniam filii Dei ſunt, hi tantummodo in tentationibus baptizantur in igne. Veniat tibi in mente, quod te docuit Paulus Apoſtolus, dicens: & omnes volentes piè vivere perſecutionem patiuntur.* Ita Chryſoſt. op. imp. in Matth. Longè aliter hunc ignis baptiſmum interpretatur Origenes homil.24. in Luc. ita ſcribens: *quomodo Ioannes juxta Iordanem fluvium venientes ad baptiſmum præſtolabatur, & alios abigebat, dicens, generatio viperarum, & reliqua; porrò eos qui confitebantur vitia atque peccata, ſuſcipiebat: ſic ſtabit in igneo flumine Dominus Ieſus juxta flammeam Romphæam, ut quemcumque poſt exitum vitæ hujus, qui ad Paradiſum tranſire deſiderat, & purgatione indiget, hoc eum amne baptizet, & ad cupita tranſmittat: eum verò, qui non habet ſignum priorum baptiſmatum, lavacro igneo non baptizet. Oportet enim priùs aliquem baptizari aquâ & ſpiritu: ut, cùm ad igneum fluvium venerit, oſtendat ſe & aquæ & ſpiritus lavacra ſervaſſe, & tunc mereatur etiam ignis accipere Baptiſmum in Chriſto Ieſu.* Similiter homil.6. in Exod. *Veniendum eſt ergo omni-*

omnibus ad ignem, veniendum est ad conflatorium: sedet enim Dominus, & conflat, & purgat filios Iuda. Sed & illuc cum venitur, siquis multa opera bona, & parùm aliquid iniquitatis attulerit, illud parum tanquam plumbum igni resolvitur, ac purgatur, & totum remanet aurum purum; & siquis plus illuc plumbi detulerit, plus exuritur, ut ampliùs decoquatur, ut etsi parum aliquid sit auri, purgatum tamen resideat. Quòd si aliquis illuc totus plumbeus venerit; fiat de illo hoc quod scriptum est, demergetur in profundum, tanquam plumbum in aquâ validissimâ. Homil. 3. in Psal. 36. *Si verò in hac vitâ contemnimus commonentis nos divinæ scripturæ verba, & curari vel emendari ejus correptionibus nolumus, certum est quia manet nos ignis ille, qui præparatus est peccatoribus, & veniemus ad illum ignem, in quo uniuscujusque opus quale sit ignis probabit: & (ut ego arbitror) omnes nos venire necesse est ad illum ignem; etiamsi Paulus sit aliquis vel Petrus, venit tamen ad illum ignem. Sed illi tales audiunt; etiamsi per ignem transeas, flamma non aduret te. Si verò aliquis similis mei peccator sit, veniet quidem ad ignem illum sicut Petrus & Paulus: sed non sic transiet sicut Petrus & Paulus.* Contra Origenem & Chrysostomum scribit Gregorius Nyssenus orat. catechet. c. 35. ἐπεὶ οὖν ῥυπτικὴ τίς ἐστι δύναμις ἐν τῷ πυρὶ καὶ τῷ ὕδατι, οἱ διὰ τοῦ ὕδατος τοῦ μυστικοῦ τὸν τῆς κακίας ῥύπον ἀποκλυσάμενοι, τοῦ ἑτέρου τῶν καθαρσίων εἴδους οὐκ ἐπιδέονται. οἱ δὲ ταύτης ἀμύητοι τῆς καθάρσεως, ἀναγκαίως τῷ πυρὶ καθαρίζονται. *Siquidem ergò purgativa quædam vis est in igne & aquâ, qui per aquam mysticam*

malitiæ ſordes abluerunt, non opus habent altero purgationis genere: at qui non ſunt initiati iſtâ purgatione, neceſſariò igne purgantur. Et in orat. de mortuis: *Excogitavit*, inquit, *divina ſapientia rationem, ut homo vel in præſenti vitâ precibus & Philoſophiâ purgatus, vel poſt obitum per expurgantis ignis fornacem* πάλιν δρομήσῃ πρὸς τὴν πρώτην μακαριότητα, *ad priſtinam recurreret beatitudinem.* Porrò ignem illum purgatorium animarum à corpore ſolutarum à barbaris Iudæis didicerunt Græci Platonici, & inter alios Epheſius ille, (teſte Origene lib. V. contr. Celſ. & Clement. Alex. lib. VI. Strom.) ſecutique ſunt illam ſententiam plurimi ex antiquis Patribus, quos allegat Spencerus in Orig. lib. IV. contr. Celſ.

℣. 14. ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι:] Chryſoſt. op. imp. h. 4. *Poſtea*, inquit, *Chriſtus baptizavit Ioannem, quamvis in ſecretioribus libris manifeſtè hoc ſcriptum ſit: Ioannes quidem baptizavit illum aquâ, ille autem Ioannem in Spiritu.* MS. Bodlej.

℣. 15. οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην:] & quidem hoc loco & tempore virtutem humilitatis.

℣. 16. ὡσεὶ περιστερὰν:] Tertull. de Trin. in modum columbæ. Origenes hom. 2. Cant. Cantic. *Similis*, inquit, *ſpiritui ei, qui in ſpecie deſcendebat columbæ, audias, quia oculi tui columbæ ſunt.* & tom. 11. in Ioan. *Sed nec oculi quidem puri ſunt, quales oportet eſſe oculos pulchræ ſponſæ Chriſti, de quibus inquit ſponſus: oculi tui columbarum:*

rum: fortaſſe innuens vim acutæ intelligentiæ, quam habent ſpirituales, propterea quod etiam ſuper Dominum, atque ſuper ſingulos ipſum habentes, Spiritus ſanctus, ſicut columba aduenit. Et Clemens Rom. 1. ad Iacob. di. 93. *Diaconi.* Diaconos vocat oculos Epiſcopi: at *alibi* probavimus Arianos comparationem Spiritus ſancti cum Diacono hauſiſſe ex Clem. Rom. & Ignatio. Plura dicemus in exegeſi Apoc. 1. verſ. 4. Vid. Ioan. I. 32.

ỷ. 16. 17.] Chryſoſtomus op. imp. hom. 4. ſic ſcribit: *Sicut enim ſilio Dei baptiſmum recipiente, & Spiritu deſcendente unus in formâ ſtabat humanâ, alter in ſpecie deſcendebat columbæ; tertius autem nec in formâ ſtabat humanâ, nec in ſpecie deſcendebat columbæ; ſed in voce tantum audiebatur deſurſum deſcendente. Sed hæc confeſſio* (al. *confuſio*) *eſt inſipientium hæreticorum. Prudentiores autem hæretici non dicunt tres unum eſſe Deum; ſed tres eandem habere ſubſtantiam, quod magis Macedonius, quàm ὁμοούσιον confitetur. Videamus ergò cui ſit æqualis. Non dixit hic eſt filius noſter dilectus, ut ne quemadmodum Deus, ita & Spiritus ſanctus pater Chriſti fuiſſe videretur. Nam ſi æquales ſunt per omnia, quemadmodum ille paternitate eſt honoratus, ſic & Spiritus ſanctus. Si autem Deus quidem Pater eſt, quia Filium habet. Spiritus autem ſanctus non eſt Pater, quia nec Filium habet, non eſt per omnia æqualis. Nec dictum eſt, Filii mei dilecti hi ſunt, ne cum Chriſto etiam Spiritus ſanctus Filius putaretur. Nam, ſi per omnia æqualis eſt Chriſto, etiam Filius eſt quemadmodum & Chriſtus. Si autem non eſt Filius quem-*

admodum Christus; sed minister fidelis Christi, non est æqualis Christo. Hæc Chrysostomus. Pro hac Chrysostomi ratiocinatione scripsit quidam *Anonymus*, qui videtur fuisse Arianus, 1. quòd & sensus contrarium docuere, videntes & audientes tres distinctas substantias, perinde atque tres personas, quas essentialiter numero unum esse nec sensus, nec ratio, nec revelatio ulla loco isto docuit: imò tantum abest, ut inde Trinitas personarum in unitate essentiæ divinæ colligi potuerit, ut potiùs inde concludatur juxta Arianos Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, prout Deum, hominem, & columbam, esse tres naturas, earumque Deum summum esse & maximum, hominem Deo inferiorem, ac columbâ superiorem. 2. Ratio docuit nec Filium, nec Spiritum sanctum esse summum Deum, & quia visi sunt, & quia loco moti. Filius enim videbatur in Iordane, Spiritus sanctus in aëre descendens de cœlo. Deus autem nec videbatur, nec descendebat; sed tantùm audiebatur in voce. 3. Si quisquam ex hac revelatione colligere potuisset Trinitatem summi Dei, maximè potuisset Diabolus; sed ipse inde non cognovit Trinitatem. Nam plurimi Homousianorum adserunt Diabolum in tentatione non cognovisse Iesum esse Filium Dei, vel summum Deum. Similiter ferè respondendum est, cùm ex Matth. XVII. 5. Trinitas unius Dei probatur. Hæc *Anonymus* ille.

CAP.

CAP. IV.

℣. 1. *Tunc Iesus ductus est in desertum à Spiritu:*] Chrysost. hom. 5. op. imp. *Iesus*, inquit, *à Spiritu Sancto est ductus, sed non quasi minor majoris præcepto; sed quasi major minoris hortatu.*

Vt tentaretur à Diabolo:] *Christus postquam baptisatus est in Verbo, à Iohanne autem in aquâ, à Patre verò in spiritu, nunc à Spiritu ducitur in desertum, ut quarto loco baptizetur in igne tentationis, postmodum baptisandus in morte. — Multi autem cùm in aquâ baptisati fuerint, non sunt digni baptizari in Spiritu: — quia aqua corpus solum baptizat, Spiritus autem animam.* Chrys. ib. ubi ex sacris egregiè probat quinque illa genera baptismi. *Vide ipsum.*

℣. 3. *Si filius Dei es.*] Nullo modo ignorabat Diabolus qualis esset, quem tentabat, Jesus, Sanctum videlicet Dei Filium. Cùm enim Diabolus sit Spiritus astutissimus, non potuerunt eum latuisse tempus, locus, aliæque circumstantiæ nativitatis Messiæ, quæ à Prophetis longè antè erant annunciatæ: prout nec annunciatio Mariæ facta ab Angelo, salutatio Elisabethæ, hymnus Angelorum, & annunciatio Pastoribus facta, Magorum adoratio, eamque antecedens stella nova, testimonium Simeonis, fuga in Ægyptum, eamque sequens infanticidium Bethlehemiticum, imò nec ea, quæ in baptismo Christi gesta sunt, cùm Spiritus sub signo visibili columbæ super eum descenderet & maneret, cùm Pater

Pater de cœlo testaretur, hunc esse Filium suum dilectum, in quo complacuerit, & Johannes eum digito monstraret, dicens: Hic est agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Hunc itaque Messiam esse Filiumque Dei facile Diabolo fuit intelligere & ex Vet. Testamenti scriptis, & ex ipsâ experientiâ sensuali. Præterea id liquet ex eo, quòd Diabolus Jesu objicit verba *Psalmi* XC. quem de solo Christo vaticinatum Davidem egregiè demonstrat Eusebius Cæs. dem. Euang. V. 21. & IX. 7. *Ipsum vide*. Nec Diabolus tentâsset Jesum in dubitationem inducere, quasi non esset Filius Dei si Diabolus non cognovisset eum esse Filium Dei. Consentiunt Tertullianus l. 5. contr. Marcion. in 1. ad Corinth. *Iesum*, inquiens, *& secundùm nostrum Euangelium Diabolus quoque in tentatione cognovit; & secundùm commune instrumentum, Spiritus nequam sciebat eum sanctum Dei esse, & Iesum vocari, & in perditionem eorum venisse.* Et contra Prax. *Excidit*, inquit, *sibi coluber, quia Iesum Christum post baptisma Iohannis tentans, ut filium Dei aggressus est, certus Filium Deum habere, vel ex ipsis Scripturis de quibus tunc tentationem struebat.* Ibid. *hoc*, ait, *Satanas eum in tentationibus agnovit: si filius Dei es. Hoc & exinde Dæmonia confitentur: scimus qui sis, Filius Dei.* Chrysostomus op. imp. hom. 2. *Non tantum Herodes à semetipso turbabatur, quantum Diabolus in Herode. Herodes enim timebat, quod suspicabatur; Diabolus autem timebat, quod verè sciebat. Herodes hominem æstimabat, Diabolus Deum cogrosce-*

cognoſcebat. Audierat enim jam Angelos in aëre clamantes : Gloria in excelſis Deo , & in terrâ pax hominibus bonæ voluntatis. Ideo quanto magis teſtes adducebantur pro Chriſto , tanto magis deſtructionem poteſtatis ſuæ Diabolus timebat. Herodes terrenum ; Diabolus autem cœleſtem. Nam nec Herodes terreretur ſi cœleſtem Regem naſci ſuſpicatus fuiſſet, nec Diabolus, ſi terrenum. Chriſtianus Druthmarus c. 22. expoſ. in Matth. *Sic*, inquit, *ut dicunt aliqui doctorum, non ideo Diabolus perſuaſit Iudæis Chriſtum crucifigere , quaſi eum neſciret Chriſtum eſſe ; ſed quia ſe non prævidit morte illius damnandum.* Rupertus Tuitienſis l. XII. de Victoriâ Dei c. 4. *Satanam*, ait, *tentâſſe Chriſtum , non ut cognoſceret quaſi incognitum ; ſed ut corrumperet cognitum.* Et c. 14. *Sciebat quidem Diabolus ipſum Ieſum Nazaræнum eſſe Chriſtum Filium Dei , & ob ſalutem veniſſe generis humani , ſed neſciebat ſecretum à ſeculis abſconditum ſapientiæ Dei conſilium , quòd de morte unius renaſci deberet vita omnium.* Rudimentum Noviтiorum in ſextâ ætate : *Iſte Vehemoth filium Dei incarnatum noverat ; ſed redemptionis noſtræ ordinem neſciebat , ſciebat quòd pro redemptione noſtrâ incarnatus Dei filius fuerat ; ſed omnino quòd idem redemptor noſter illum moriendo transfigeret , neſciebat.* *Anonymus* autem ille , quem paulò ante allegavi, non ſolùm negat quòd Satanas cognoverit Ieſum eſſe ſummum Deum , ſed & dicit eum ſciviſſe non eſſe Ieſum ſummum Deum. Nam, *inquit*, non auſus fuiſſet tentando aggredi illum , quem ſcit peccare non poſſe , ac ad cujus Majeſtatis con-

conſpectum contremiſcit. Tentavit autem Diabolus Chriſtum non ob aliam cauſam, quàm ut eum ad peccandum induceret. Sic Iuſtinus cum Tryph. *Diabolus*, ait, *ſicut Adamum deceperat, cogitabat huic quoque ſe poſſe aliquid efficere*: Ibid. *Acceſſit eum Diabolus, hoc eſt potentia illa, quæ & ſerpens vocatur, & Satanas, tentans eum, & contendens proſternere, dum adorari ab eo poſtulat.* Rupertus Tuitienſis X I I. de Vict. Dei c. 4. *Satanas*, inquit, *tentavit Chriſtum non ut cognoſceret quaſi incognitum; ſed ut corrumperet cognitum.* Petrus Comeſtor, *Acceſſit*, ait, *ut tentaret, ſi eum poſſet dejicere in peccatum.* At annon Diabolus cognovit ante lapſum Trinitatem perſonarum in Deo, in eâque filium Dei perſonam ſecundam eſſe ipſum ſummum Deum, Patre non minorem, aut an hujus myſterii cognitio ex intellectu diaboli poſt lapſum fuit eradicata? Annon potuit eam ſibi rurſus acquirere ex iis Vet. Teſtamenti locis, quibus hodiè myſterium illud probatur? Annon potuit myſterii illius recordari, cùm ipſis ſenſibus videret revelationem ejus in Iordane. Si itaque Diabolus, qui tamen eſt Spiritus aſtutiſſimus, non cognoſcere, imò nequidem in memoriam ſibi revocare potuit cognitionem Trinitatis, vel ex veteri Teſtamento, vel ex ſenſuali experientiâ: quo jure Arianis exprobrari poteſt, quod myſterium illud non comprehendere queant vel colligere ex veteri Teſtamento, aut quòd non credere queant rem ante incognitam, præprimis cùm & ipſa ſenſualis

expe-

experientia ipsis desit? Ego certè puto non immeritò dubitari non solùm de claritate, (qualis in maximis articulis fidei esse debet,) sed & de veritate & valore istorum argumentorum, ex quorum consequentiâ nec ipse Diabolus intellectui suo persuadere potuit, quòd detur Trinitas in uno Deo, vel quòd filius Dei sit summus Deus? Sunt quidem aliqui, qui dicant Diabolum nescientem Christum esse summum Deum, illud experiri voluisse, si lapides in panes mutare, si illæsus in terram cadere posset. Atenim non tam stupidus fuit Diabolus ut summum Deum colligeret ex illis miraculis qualia Sancti omnes virtute divinâ patrare possunt. Plura de his dicemus alibi. Hucusque Anonymus ille.

℣. 6. 7.] *Ignatius* ad Diabolum in epist. ad Philipp. *Fingis*, inquit, *te sequentia ignorare, quæ de te ac de tuis ministris prophetavit dicens: super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* Novitii autem Theologi sapientiores Christo videri volunt, dum eum docere conantur, quomodo Satanæ respondendum fuisset, scilicet illum omissis verbis, *in viis tuis*, allegâsse Psalmum XCI. Christus sanè, qui scripturas sacras bene noverat, sine dubio respondisset Satanæ id ipsum, si in verbis omissis quicquam momenti positum judicâsset. Nam nemo Christum tum in viis suis non fuisse asserere ausit: nec Diabolus, utpote spiritus astutus, sibi proposuisset Iesum malâ allegatione S. Scripturæ decipere.

℣. 8. 9.

℣. 8. 9.] Diabolus ſciens quòd adverſa facilè toleremus, felicitate corrumpamur, poſtquam priori tentandi modo nihil effecit, poſteriore Chriſtum ad peccandum ſollicitare aggreditur. Non ſecus certè agunt illi, qui, cùm fideles igni, rotâ, ferro, ab ipſorum religione ſeducere nequeunt, idipſum dignitatibus tentant.

℣. 10. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.*] Emphaſis eſt in vocibus *Dominum Deum tuum, & illi*: non in implicitâ voce *tu.* Nam *S. Ignatius ad Philippenſes* Chriſtum introducit ad Satanam dicentem in hæc verba: *Ego autem ſcio quis ſum, & à quo miſſus ſum, & ſcio quem debeo adorare. Dominum enim* (*inquit*) *Deum tuum adorabis, & ipſi ſoli ſervies. Novi eum, & ſcio unum ſolum, cui non denego ſervire, à quo tu apoſtata factus es. Non enim æqualis ſum Deo, ſed confiteor ejus ſupereminentiam, & non recuſo adorare eum, quem novi nativitatis meæ autorem & Dominum, atque meæ perſeverantiæ cuſtodem, Ego enim vivo propter Patrem.* Locum hunc de divinâ naturâ exponit Bellarm. de Chr. l. 10. Similiter Arius in diſputatione à Vigilio compoſitâ edit. G. Caſſandri. Colon. 1555. *Filius*, inquit, *cùm ſit creaturæ ſuæ Dominus: non poteſt tamen genitori ſuo, aut in omnibus conferri, aut in aliquo coæquari, quem & Deum & ſuæ originis profitetur autorem.* Et Irenæus lib. 5. *Chriſtus*, inquit, *repulit Satanam ex præcepto legis paternæ: non tentabis Dominum Deum tuum, & dixit ei: Non debeo Deum meum tentare, quia non ſcriptum eſt mitte te deorſum: item, Dominum*

um Deum tuum adorabis: per hoc quoque legis præceptum eum repulit, quod servavit, non transgrediens præceptum Dei. Quis ergò Dominus Deus, cui testimonium perhibet (Christus,) *quem nemo tentavit, & quem omnes adorare oportet, & ipsi soli servire? Certè ille, qui & legem dedit Deus. — Sic igitur manifestè ostendente Domino: quoniam Dominus verus & unus Deus, qui à lege declaratus fuerat: quem enim lex præconiaverat Deum, hunc Spiritus ostendit Patrem, cui & servire soli oportet discipulos Christi.*

℣. 17. *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cælorum:*] Idem principium prædicationis Ioannis, & Christi. Per regnum autem cœlorum intelligitur Ecclesia, in quâ homo interior Spiritus cœlestis dominabitur exteriori, carni videlicet terrestri.

℣. 19. *Piscatores hominum:*] *id est animarum, quas Apostoli de mari liberare, & ex acerbissimis fluctibus ad auram producere liberiorem, docti sunt à Salvatore, superfundendo eis gyro artificis gratiam sermonis ita scripturarum ratione contextam, ut retia. Verùm prout pisces, cùm sagenis, retibus, atque hamis extracti de aquâ fuerint, moriuntur: ita cùm aliquis nostrûm sermonis reti comprehensus, & eductus de mari seculi, moritur quidem & ipse, sed peccato, sed mundo, ut consurgens Christo vivat Deo.* Ita Origenes hom. 12. in Ierem.

CAP. V.

℣. 5. *Beati mites, quoniam ipsi hæreditabunt terram:*] ut scias qualis terra hoc loco sit intelligenda, lege Origenem homil. 1. in Genes. I. 10. & hom. 27. Num & hom. 2. in Psalm. 36. & Lib. II. c. 8. Periarch. Conf. Chrysost. hom. 9 oper. imp.

℣. 14. *Vos estis lux mundi:*] Apostolos esse mundi lucem lunarem, Christum verò solarem, ait Origenes hom. 1. in Genes.

℣. 17. Ἀλλὰ πληρῶσαι, *sed implere:*] Duplicem voces hæ sensum ferre possunt: 1. Christum venisse ut legem faceret, vel ei satisfaceret, aut viveret juxta præscriptum legis. 2. ut legem suppleret, id est adderet perfectiores quasdam virtutes, quæ in lege non erant præceptæ: in hoc sensu intelligi potest verbum πληρῶσαι Rom. VIII. 4. ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν, & XIII. 8. ὁ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον νόμον πεπλήρωκε. In hoc etiam sensu præsens locus videtur accipiendus, si conferatur cum ℣. 20. Imò Christus toto hoc capite & duobus sequentibus legem sic supplevit, ut perfectiores addiderit virtutes.

℣. 20. Ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν:] δικαιοσύνη nunquam strictam justitiam denotat, sed talem virtutem, quæ magis propriè *æquitas*, vel *gratia* dicetur. nam nec strictæ justitiæ alterum opus altero perfectius dici potest: nec is propriè δίκαιος dicitur, qui opera lege præcepta; sed

ſed qui ultra illa etiam conſilio commendata facit. Ita opera miſericordiæ, quæ nos bona vocamus, toties à Cypriano dicuntur juſta: Serm. 1. & 5. Atque ideo puto Rabbinos vocem Ebræam צדקא (quæ græcè δικαιοσύνη ſonat) interpretari eleemoſynam. Nam & Matth. VI. 1. pro ἐλεημοσύνης voce aliàs legitur δικαιοσύνη. Conf. Matth. I. 19.

℣. 22. Ὃς δ᾽ ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, ῥακὰ, ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ:] *id eſt ut ſit unus ex conſilio, qui adverſus Chriſtum fuerunt. Sic Apoſtoli in Concionibus ſuis interpretantur.* Chryſoſt. op. imp. hom. 11. MS. Bodlej.

℣. 25.] Quid per adverſarium, judicem, miniſtrum vel exactorem, & principem, qui in loco parallelo Luc. XII. 58. additur, intelligendum ſit, exponit Origenes hom. 35. Luc. quem vide. Et Clemens Alexandrinus Strom. l. IV. per adverſarium non corpus noſtrum; ſed Diabolum expoſuit.

℣. 26. *ultimum quadrantem:*] Ex hoc verſu Origenes d. l. circa finem videtur finem pœnis peccatorum impoſuiſſe, pro quantitate ſcilicet delictorum vel citiorem, vel tardiorem, putatque ultimum quadrantem aliquando ſolvendum. Tertull. de animâ cap. 58. *Carcerem*, inquit, *illum, quod Euangelium demonſtrat, inferos intelligimus, & noviſſimum quadrantem modicum quoque delictum morâ reſurrectionis illic luendum, interpretamur.* Ita diabolorum damnatarumque animarum in priſtinum beatitudinis ſtatum reſtitutionem docent

B 2 Oracula

Oracula Sibyllina. Justinus Martyr dial. cum Tryph. Theophilus Antiochen. II. ad Autolyc. Tatian. contr. Græc. Irenæus II. 64. V. 4. Clemens Alexandrinus. Origenes h. l. tractar. 33. in Matth. hom. 6. Exod. hom. 24. Luc. contra Cels. l. IV. V. VI. VIII. tom. 18. in Ioan. Arnobius lib. II. Didymus Alexandrinus in 1. Petr. III. Greg. Nyssenus orat. catech. c. 8. & 35. de animâ & resurrectione de mortuis. & in Ioan. XIX. 34. Ambros. ad Ephes. c. 3. & in Luc. XII. Epiphanius. Hieronymus l. V. comm. ad Galat. cap. V. 22. in Esai. LXVI. dubitanter loquitur de animarum damnatarum pœnis æternis, producitque loca plurima, quibus earum restitutio probatur: Vide in IV. Amos. Alibi pugnat apertè contra hanc sententiam. Vide Spencerum in l. IV. Orig. contra Cels. p. 167. Porrò restitutionem in integrum tenuere Cyrillus Alexandrinus tract. 16. Levit. (si tamen ipse illorum autor:) Theodorus Mopsuestænus: Vide Phot. Cod. 81. & 177 Sedulius in Rom. III. Anno 551. adhuc Monachi in Palæstinâ Diabolorum restitutionem statuebant, contra quos habita Synodus Constantin. 2. Similiter sensit Theophylactus, uti de hoc productis ad Irenæum locis notat Fr. Feuardentius, Doctor Parisiensis. Ex recentioribus sententiæ isti dediti fuere Merlinus teste Sixto Senensi. Anglus quidam in libro impresso Londini, 1658. cui titulus: *Of the torments of Hell.* Alius Anglus Anonymus in libello impresso Londini

dini 1661. cui titulus : *A letter of resolution concerning Origen and the chief. of his opinions.* Pallavicinus in tractatu Italico de anima, vigil. 1. &c.

℣. 22. 28. 29. Γέενναν :] Origenes lib. VI. contra Cels. Τὴν γέενναν ἡμεῖς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ γεγραμμένην ὡς κολαστήριον εὑρόντες, ἐζητήσαμεν εἴ που τῶν παλαιῶν γραμμάτων ὠνομάσθη· καὶ μάλιστα, ἐπείπερ καὶ ἰουδαῖοι χρῶνται τῷ ὀνόματι. Εὕρομεν δὲ ὅπου μὲν Φάραγξ υἱοῦ Ἐννὸμ ὀνομαζομένην ἐν τῇ γραφῇ, ἐν δὲ τῷ ἑβραϊκῷ, ἀντὶ τοῦ φάραγγος, μεμαθήκαμεν ὅτι κατὰ τοῦ αὐτοῦ ἀποκειμένου ἐλέγετο ἡ φάραγξ Ἐννὸμ, καὶ ἡ γέεννα. ἐπιτηροῦντες δὲ τὰ ἀναγνώσματα, εὑρίσκομεν καὶ ἐν τῷ κλήρῳ τῆς φυλῆς Βενιαμὶν τὴν γέενναν ἢ φάραγγα Ἐννὸμ καταλεγμένην, οὗ ἦν καὶ ἱερουσαλήμ. καὶ ἐξετάζοντες τὴν ἀκολουθίαν τοῦ εἶναι ἐπουράνιον ἱερουσαλὴμ ἀπὸ τοῦ κλήρου Βενιαμὶν καὶ τῆς φάραγγος Ἐννὸμ, εὑρίσκομέν τι εἰς τὸν περὶ κολάσεως τόπον μεταλαμβανόμενον, εἰς τὴν μετὰ βασάνου κάθαρσιν τῶν τοιωνδὶ ψυχῶν. *Nos , cùm Gehennam invenissemus in Euangelio pro loco pœnarum , quæsivimus sicubi in antiquorum scriptis haberetur , præsertim cùm & Iudæi utantur hoc vocabulo ; invenimusque in eis vallem filii Ennon alicubi nominari , pro quâ in Ebræorum literis indifferenter nunc vallis Ennon , nunc Gehenna legitur : & inter legendum observavimus in sorte tribûs Benjamin censeri Gehennam , sive vallem Ennon , ubi erat etiam Hierusalem. Cùmque ampliùs examinaremus , quid ita cœlestis Hierusalem sit ex sorte Benjamin , & vallis Ennon , invenimus eum locum pœnarum accipi , pro purgatione*

 gatione

gatione talium animarum cum tormentis, juxta illud: — Quòd belle quadret circa Hierusalem esse pœnas eorum, qui conflandi venirent; quia nonnihil malitiæ in substantiam animæ admiserint, quæ figuratè plumbum dicitur: unde apud Zachariam iniquitas plumbi talento insidet.

℣. 32. *Nisi propter fornicationem:*] Lex divina Euangelica non vult licitum esse divortium facere cum uxore nisi propter fornicationem: sed adulterii uxoris reum esse eum qui uxorem ob aliam caussam dimiserit, adulterumque qui divortio solutam ducit in uxorem. At quædam leges civiles divortium faciunt, si alteruter conjugum alterutrum impotentiæ, vel denegationis copulæ maritalis convicerit, unde procreatio liberorum (qui est maximus finis conjugii) impeditur.

℣. 34. *Ne juretis omninò:*] Apud Euseb. VI. 5. Basilides, cùm à commilitibus ob quandam causam juramentum posceretur, affirmavit sibi prorsus non licere ut juret: esse enim se Christianum, idque se disertè confiteri. Conf. Tertull. de idol. Lactant. epitom. c. 4. In eâdem sententiâ fuisse Origenem, Athanasium, Hilarium, Ambrosium, Epiphanium, Chrysostomum, Hieronymum, Chromatium, Theophylactum, Oecumenium, Euthymium, liquet ex allegatione locorum verborumque eorum à Sixto Senensi Bibl. S.

CAP.

CAP. VI.

℣. 9. **P**Ater noster:] Cyprianus serm. 6. *Vt est Christus Dei Filius: sic & nos Dei filii nuncupemur.* Christus docuit nos, ut Deum orantes Patris nomine eum appellemus. At Cornelius à Lapide Deum sequentibus elogiis, vel (ut veriùs dicam) blasphemiis alloquitur in dedicat. Comment. in Prophet. major. *Tu numen τριπρόσωπον, triformis relatio, Divinitatis Triangulus, Natura trigemina, Majestas trisagia, Trias τρισμακάρια, Tripartita hypostasis, Personarum ternio, Triumviratus (ut ita dicam) Homoüsii.* — *Tu tridigitus παντοκράτωρ, Deus trismegistus, Speculum trifaciale, Mens tripotens, Parelius trilustris, Sol trifulgidus, anima tricorpor, fulmen trisulcum, Gladius triceps, arbor trifida, Triphyllum Paradisi, ignis triflammeus, lampas trilucens, Dioptra triquetra, Concentus τρίφωνος, Triglyphum Elegantiæ, Tricolon pulchritudinis, Trigonum alpha, Triglotton eloquentiæ, Tribrachium potentiæ, Trivium sapientiæ, Trioculus providentiæ, Arx τριέμβολα, Triclinium Ambrosiæ, Triremis abyssi, Tripondium æternitatis, Trivertex Celsitudinis, Triculmen gloriæ, Tridens creationis, Tripes substantiæ, Tristegum cœlorum, Triradius lucis, iris tricolor, manus τριδάκτυλος, Fons τρίστομος, Fons tricornis, Hasta tricuspis, Adamas trigemmis, Funis trinodis, Licium trilix, Trimodium mentis, Tristrophon essentiæ, Trimetrum latriæ, Triccronisimperii, Tripolis universi, Tricosmus magnificentiæ,* (:) *Trinus Iehova,*

Trinum α & ω, &c. Ita Deum orat Cornelius à Lapide tot blaſphemiis, quot verbis, nullius certè rei trinæ oblitus triſ. ille præter trilaterum Π, & tricipitem cerberum, quem non minori cum blaſphemiâ ſuperioribus jungere potuiſſet.

℣. 10. *Veniat regnum tuum:*] Cyprianus ſerm. 6. *Poteſt*, inquit, *& ipſe Chriſtus eſſe regnum Dei, quem venire quotidie cupimus, cujus adventus, ut cito nobis repræſentetur, optamus. Nam cùm reſurrectio ipſe noſtra ſit, qui in ipſo reſurgimus, ſic & regnum Dei poteſt ipſe intelligi, quia in illo regnaturi ſumus.* pòſt ibid. *Quando*, inquit, *oramus & petimus ut ſuper nos lux denuo veniat, Chriſti precamur adventum.*

Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terrâ:] Cyprianus d l. *Fieri*, ait, *petimus voluntatem Dei ut in cœlo, & in terrâ, quod utrumque ad conſummationem noſtræ voluntatis pertinet & ſalutis. Nam cùm corpus è terrâ, & Spiritum poſſideamus è cœlo, ipſi terra & cœlum ſumus, & in utroque, id eſt, corpore & ſpiritu, ut Dei voluntas fiat, oramus. Eſt enim inter carnem & ſpiritum colluctatio, & diſcordantibus adverſus ſe invicem quotidiana congreſſio, ut non quæ volumus, ipſa faciamus, dum ſpiritus cæleſtia & divina quærit, caro terrena & ſecularia concupiſcit: & ideo petimus impensè inter duo iſta ope & auxilio Dei concordiam fieri, ut dum & ſpiritu, & carne voluntas Dei geritur, quæ per eum renata eſt, anima ſervetur*, &c.

℣. 11. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie:*]

die:] Cyprianus d.l. *Panis*, inquit, *vitæ Christus est. — Et panem nostrum vocamus, quia Christus noster, qui corpus ejus contingimus, panis est. Hunc autem panem dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo graviore delicto, dum abstenti & non communicantes à cœlesti pane prohibemur, à Christi corpore separemur, ipso prædicante & monente: Ego sum panis vitæ, qui de cœlo descendi. Si quis ederit de hoc pane, vivet in æternum. Panem autem quem ego dedero, caro mea est pro seculi vitâ. — Nisi ederitis carnem filii hominis, & biberitis sanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis. Et ideo panem nostrum, id est Christum dari nobis quotidiè petimus.* Aliam deinde interpretationem subjungit *Cyprianus*: scilicet ut non petamus à Deo magnas divitias; sed tantum cibum quotidianum vel diurnum, quo vitam conservemus, & ut ne de crastino solliciti simus: Christus diurnum cibum vel victum in diem tantùm petere jussit. Hieronymus lib. I. comment. in Matth. & 2. cap. ad Titum dicit nos in oratione Dominicâ eum petere, qui dixit: Ego sum panis vivus qui de cœlo descendi. Consentit quoque Ioan. Cassianus coll. 9.

℣. 12. *Remitte nobis debita nostra sicut & nos remittimus debitoribus nostris.*] Ex hoc versu, & ex sequenti ℣. 14. *Si dimiseritis fratribus vestris ex corde peccata ipsorum, & vobis remittet Pater vester peccata vestra:* & ℣. 15. *Quòd si non remiseritis fratribus vestris ex corde, nec vobis remittet pater vester:*

B 5 Orige-

Origenes tom. 2. Levitic. collegit unam viam de ſeptem viis remittendorum peccatorum. *Primò* enim dicit remitti peccata per baptiſmum : *ſecundò* per martyrium : *tertiò* per eleemoſynam : *quartò* per mutuam remiſſionem : *quintò* per converſionem peccantis : *ſextò* per pœnitentiam : *ſeptimò* per charitatem , aut charitatis abundantiam.

ỹ. 13. Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας.] Hæc verba deſunt in multis græcis codicibus , nec vulgata ea legunt , nec agnoſcuntur à Tertulliano, Cypriano , Ambroſio , Chryſoſtomo , Hieronymo, Auguſtino : nec leguntur in loco parallelo Luc. XI. 4. Brugenſis Pariſienſium codicem unum hoc carere teſtatur dicto. Bellarminus, Huntlæus , & Poſſevinus adjectum cenſent.

ỹ. 17. *Vnge caput tuum* :] Origenes hom. 4. diverſ. *Caput* , ait , *tuum Chriſtus eſt. Hoc ergò caput tuum unge , dominum tuum Chriſtum , per ſingularem charitatem , per pauperum miſerationem, peregrinorum eleemoſynas , ut dicat tibi , quando feciſti uni ex his puſillis. Ita ergò unge caput tuum.*

CAP. VII.

ỹ. 15. *Attendite à falſis prophetis* :] id eſt, hæreticis doctoribus , quod probat Chryſoſt.op.imp. hom.19. h. l. & ỹ.21.

Qui in veſtimentis ovium veniunt ad vos :] id eſt, *qui exterius , per ſimulationem apparent veri Chriſtiani , oves enim Chriſtiani dicuntur ; veſtimentum*

autem ovile est Christianitatis species. Vides quia de hæreticis loquitur Christus fugiendis, qui a foris in schemate Christiani videntur; ab intus autem confessionis efficacitate gentiles. Et isti multò periculosiores sunt, quàm illi Iudæi, quoniam illi quidem rejecti ab Apostolis, & vocati extra conventum Christianorum, erratici vagabantur, & furtim quosdam corrumpebant incautos. Isti autem quasi fundati Christiani, & Ecclesias habentes. Et quid dico? Ecclesias etiam regentes, palam cum libertate subvertunt: & sic multiplicati sunt ex diverso, ut Christiani potiùs vagi videantur, quàm illi. Idem.

Intrinsecus autem sunt lupi rapaces:] *De qualibus lupis ad Ephesios dicebat Apostolus. Scio quia post decessum meum intrabunt lupi graves in vos non parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exient perversa loquentes, ut abducant discipulos post se.* Idem.

℣. 16. *A fructibus eorum cognoscetis eos:*] *Numquid ovis lupum persequitur aliquando? Non, sed lupus ovem. Sic enim & Cain persecutus est Abel, non Abel Cain. Sic Ismaël persecutus est Isaac, non Isaac Ismaël. Sic Esau Iacob, non Iacob Esau. Iudæi Christum, non Christus Iudæos: hæretici Christianos, non Christiani hæreticos. Ergò ex eorum fructibus cognoscetis eos. Siquis lupum cooperiat pelle ovili, quomodo illum cognosces, nisi aut per vocem, aut per actum? Ovis inclinata deorsum balat. Lupus in aërem convertit caput suum contrà cœlum, & sic ululat. Qui ergò secundùm Deum vocem humilitatis & confessionis emittit, ovis est. Qui autem adversus veritatem turpiter blasphemiis ululat contra Deum, lupus est.*

est. Sicut dixit Propheta de illis. Iniquitatem in excelso locuti sunt, posuerunt in cœlo os suum. Ovis herbas manducat. Lupus carnibus delectatur. Quem videris ergò de prato scripturarum herbas floridas justitiæ colligentem, ovis est; quem autem videris in sanguine persecutionis gaudentem, lupus est. Idem.

Numquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus:] Idem Chrysostomus hom.19.op.imp. *Et,* inquit, *verum est quidem, quia spinas & tribulos omnes iniquos hæreticos appellavit: tamen forsitan sciens Dominus hanc hæresim esse prævalituram præ omnibus, tribulos eos appellavit, quasi Trinitatis professores, & triangulam impietatem in suâ perfidiâ bajulantes.* Hæc Chrysost. Et Philo lib. II. Allegoriar. scribit spinas & tribulos dici, quia terni sunt, &c.

℣. 17.18. *Non potest arbor bona fructus malos facere: & non potest arbor mala fructum bonum facere:*] *Vidit arborem pallentibus foliis, & intellexit studiosus agricola, quia læsuram in radicibus habet. Nam verè quemadmodum cùm videris arborem pallentibus foliis marcidam, intelligis quia aliquam culpam habet circa radicem: ita cùm videris populum indisciplinatum & irreligiosum, sine dubio cognosce, quia sacerdotium ejus non est sanum:* Ita Chrysost. op. imp. hom. 38. *Et è contrario, si videris populum inculpatæ, piæque vitæ, sine dubio cognosce, quia sacerdotium ejus est sanum.*

℣. 22. *Nonne in nomine tuo prophetavimus?*] *In omnibus ergò secundùm Christi præceptum discutiendi sunt fructus eorum. Si videris hominem Christianum,*

mum, statim considera; si bona sit conversatio ejus, & vera confessio, id est, si conveniat cum scripturis, verus est Christianus; si autem aut conversatio non convenerit confessioni: aut confessio conversationi, quemadmodum Christus mandavit, falsus est. Chrysost. op. imp.

℣. 24. — 29.] Chrysost. hom. 20. op. imp. h. l. uti fatetur in divinis distinctionem personarum, ita palam negat illarum æqualitatem. Vide præf. Erasmi in hoc opus.

CAP. VIII.

℣. 1. *CVm descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ.*] Iesus ad docendum montem ascendisse dicitur, cap. 5. ℣. 1. *ubi soli eum discipuli comitabantur, quibus datum erat cœlestis doctrinæ nôsse secreta. Nunc verò descendente eo de monte, hoc est inclinante se ad infirmitatem, & impotentiam cæterorum, misertus imperfectioni eorum, vel infirmitati, secutæ sunt eum turbæ multæ. In montem scilicet ascendere nequaquam poterant, quia, quos delictorum sarcina deprimit, ad mysteriorum sublimia nisi abjecto onere scandere minimè valent. Idcirco & filii Israël primitus in montem ascendere non poterant ad obviandum Deo, quia Ægyptiacâ gravati conversatione præpediebantur; sed solus Moyses ascenderat, & pauci cum eo seniorum Israël*: Ita Origenes hom. 5. in diversos. Conf. hom. 1. in Genes. I. 16. & contra Cels. lib. II. IV. & VI.

℣. 8. Μόνον εἰπὲ λόγῳ, (sine artic.) καὶ ἰαθήσεται

σεπαι ὁ παῖς μυ:] Chryſ. hom. 22. op. imp. *Dic verbo, & ſanabitur puer meus:*] *Sciebat quoniam adſtant illi Angeli inviſibiliter miniſtrantes.* Dic ſaltem verbo tuo, (Luc. VII. 7.) i.e. manda ſolummodò Spiritui ſancto cuidam, vel Angelo, aut virtuti: ut procedat, vadat, ſive exeat à te ad ſanandum puerum meum, & ſanabitur. Nam tu, licèt à Patre tuo paulò citra Angelos minoratus ſis demiſſus in carnem, tamen virtutibus tuis meruiſti, ut magna vis Spiritûs Sancti ſuper te deſcenderet ſub ſigno viſibili columbæ, quâ unctus nuper in Regem à Joanne Baptiſtâ, imperium accepiſti ſuper Angelos, qui etiam tentatione Diaboli ſuperatâ, miniſtraturi te acceſſerunt. Conf. verſ. 16. hujus cap. & Eccl. XLV. 3. Angelos enim ſæpiùs λόγυς dici alibi probabitur. Dictam autem paraphraſin confirmat ratio quam verſu ſequenti adducit Centurio, dicens:

℣. 9. *Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, & habeo ſub me milites, & dico huic vade, & vadit: & alii veni, & venit: & ſervo meo fac hoc, & facit.*] In quem locum Chryſoſtomus hom. 22. op. imp. ita ſcribit: *Ego ſum ſub poteſtate alterius, tamen habeo poteſtatem jubendi eis, qui ſub me ſunt. Nec enim impedior jubere minores, propter quòd ipſe ſum ſub majoribus, ſed ab illis quidem jubeor, ſub quibus ſum: illis autem jubeo, qui ſub me ſunt. Sic & tu, quàmvis ſub poteſtate Patris ſis: habes tamen poteſtatem jubendi Angelis tuis, nec impediris jubere inferioribus, propter quòd ipſe habes*

habes superiorem. Nam & juberis à Patre quasi minor. tamen Angelis jubes quasi major. Sed fortè dicit hæreticus vo'ens ostendere Patrem & Filium unum vel æqualem: Non est ita intelligendus hic locus, sed sic: si ego sub potestate constitutus, possum jubere eis, qui sub meâ sunt potestate: quantò magis tu, qui in nullius es potestate, potes jubere eis, quos habes in potestate? Sed hanc interpretationem perversam non recipit textus. Non enim dixit: Si ego homo in potestate, sed ita: Nam ego homo sum sub potestate, non comparationis inter se & Christum differentiam fecit; sed rationem similitudinis introduxit. Et Origenes hom. 5. in diversf. *Non* (scribit) *sum dignus ut intres sub tectum meum. Sed tantùm dic Verbo; sed tantum veni Verbo: Verbum aspectus tuus est, opusque est consummatum. Quamobrem dic Verbo, ostende absens corpore, quod præsens Spiritu consummare potes. — Ego homo sub potestate Regis vel Principis, indignus ego habeo sub potestate meâ milites & servos: & tu habes sanctos sub potestate tuâ Angelos sicut milites, & sanctos omnes servos. Ego mando unicuique & secundùm præceptum meum facit, & tu mandas, quod & statim completur. Quod enim mandas & dicis, fit, & sine morâ perficitur. Omnis enim creatura servit tibi: & ideo dic Verbo*, &c. Hieronymus in h. l. *Volens*, inquit, *ostendere dominum quoque non per adventum tantùm corporis; sed per angelorum ministeria posse implere quod vellet. — Pellendæ enim erant vel infirmitates corporum, vel fortitudines contrariæ, quibus homo ad debilitatem sæpe conceditur, & Verbo Domini & ministeriis angelorum*

rum

rum. Eusebius propterea Filium vocat ἀρχιστράτηγον & principem militiæ Domini: de præp. Euang. VII. 17. autoritate scripturæ in libro Ios. V. 14. 15. Vnde mihi videtur Photius Myr. Cod. 13. vocem ἀρχιστρατήγου de Filio Dei prædicatam immeritò culpasse, & inter Ariani furoris germina numerâsse.

ỷ. 10. *Amen dico vobis talem fidem in Israël non inveni*:] Vide Matth. XXII. 32.

ỷ. 22. *Sine mortuos*, νεκροὺς:] Eos mortuos vocat Salvator noster h. l. quos Apostolus Iudas vers. 19. Epist. suæ animales Spiritum non habentes appellat: (Ψυχικοὺς, πνεῦμα μὴ ἔχοντας:) Nam *Macarius homil.* 30. ὥσπερ τὸ σῶμα χωρὶς τῆς ψυχῆς νεκρόν ἐστι, οὕτως ἡ ψυχὴ ἄνευ τοῦ πνεύματος. *Sicut*, inquit, *corpus sine animâ mortuum est, ita anima sine spiritu*. Tales animæ, talesque homines sæpe etiam dicuntur mortui in peccatis. Vnde David orat: Spiritum tuum sanctum ne auferas à me. Deus verò aufert Spiritum ab iis, qui eum mortificaverint in corpore suo, contra præceptum Apostoli dicentis: Nolite extinguere Spiritum sanctum. Sicut enim qui corporaliter dormit, quasi mortuus non potest operari corporaliter, nec sensibus percipere corporalia: ita illi, in quibus Spiritus obdormierit, non possunt opera bona facere, nec intellectu comprehendere ea quæ sunt Spiritûs. 1. Cor. II. 14. 15. Clemens Alex. Strom. III. tradit discipulum illum cui Christus hæc dixit, fuisse Philippum Apostolum.

ỷ. 29.

ỷ. 29. *Quid venisti ante tempus torquere nos?*] *Ita Diabolus ad Christum bene sciens sibi istud statutum tempus pœnarum nondum advenisse, nec se in hoc seculo corripiendum pro peccato, neque flagellandum, sed omnia ei in futurum seculum reservata* Origenes hom. 8. in Exod.

CAP. IX.

ỷ. 2. Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου:] Quidam per ἁμαρτίας non peccata morum; sed ἁμαρτήματα τῆς φύσεως intelligebat, ita ut sensus esset: *Relinquant te morbi tui.*

ỷ. 9.] Vide cap. X. vers. 3.

CAP. X.

ỷ. 3. Φίλιππος:] Hunc apostolum Hierapoli sepultum, & crucifixum lapidibusque obrutum distinguunt à Philippo discipulo, diacono, & Euangelistâ, Simonem convertente, & Eunuchum baptisante, quique placidè mortem obierit, relictis quatuor filiabus prophetantibus. Verùm Eusebius III. 30. 31. 39. V.24. ex Clement. Alex. Polycrate & Proclo videtur statuisse unum eundemque fuisse Philippum Apostolum & Diaconum. Nam quem dicit habuisse quatuor filias prophetides, (quarum duæ virgines permanserint, duæ viris nupserint) mox scribit fuisse Apostolum unum ex XII: (quicum consentit *Hieronymus* & *Dorotheus in Synopsi*) mox eum cum D. Lucâ Act. XXI. Euangelistam & unum ex VII. Diaconibus nominat.

nat. Sic & in paſſione Andreæ Simon magus à Philippo Apoſtolo baptiſatus legitur, quod communiter dicitur à Philippo Diacone factum.

Θωμᾶς:] Hic etiam Iudas dictus eſt. Vide Euſeb. hiſt. I. 14.

Ματθαῖος ὁ τελώνης. ἰάκωβος ὁ τοῦ ἀλφαίου, καὶ λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος.] In Actis Apoſtolorum cap. I. verſ. 13. Lebbæus vel Thaddæus dicitur Iudas Iacobi frater: & qui Matth. cap. IX. verſ. 9. Matthæus publicanus vocatur, Marci II. 14. & Luc. V. 27. Levi Alphæi filius publicanus audit, quod circumſtantiæ hiſtoriæ apertiſſimè docent. Videtur autem Origenes alium putaſſe Levi, alium Matthæum, cùm ita ſcribit lib. I. contra Celſ. *ἔστω δὲ καὶ ὁ λεβὴς τελώνης ὁ ἀκολουθήσας τῷ ἰησοῦ. ἀλλ' οὔτι γε τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ ἦν, εἰ μὴ κατά τινα τῶν ἀντιγράφων τοῦ κατ Μάρκον εὐαγγελίου*: *Sit & Levi publicanus, qui Ieſum ſecutus eſt, non erat tamen ex Apoſtolorum numero, niſi juxta quædam exemplaria ſecundum Marcum Euangelii*: nam aliàs *Origenes* numerum duodenarium apoſtolorum complere nequiviſſet. Deinde monendum, quòd ſi idem eſt Matthæus & Levi, nec alius eſt Alphæus cujus filius Levi, quàm cujus filius Iacobus, certè & Matthæus erit frater Iacobi & Iudæ Thaddæi cognomento Lebbæi, fratris (ſine dubio) Iacobi, cujus pater Alphæus: (in græco Act. I. 13. *ἰοῦδας ἰακώβου* legitur; Syrus interpretatur filium, Arabs meliùs fratrem & Luc. VI. 16. corruptè *Lutherus*

therus reddidit Iudam Iacobi filium.) At ſi alius ſtatuatur Levi à Matthæo, certè vix alius poterit eſſe à Lebbæo, qui omnium conſenſu fuit apoſtolus, quare tandem neſcio cur *Origenes* Levi publicanum extra apoſtolorum rejecerit numerum: nec magis poſſum intelligere, quid velint hæc verba: *niſi juxta quædam exemplaria euangelii ſecundum Marcum*; hiſtoria de Levi publicano legitur in omnibus exemplaribus Euangelii Marci & Lucæ, eademque recenſetur in Euangelio Matthæi mutato ſaltem nomine Levi in nomen Matthæi: in catalogo autem apoſtolorum Marci III. 18. nulla mentio fit Levi, ſed Thaddæus in aliâ lectione appellatur Lebbæus. Neceſſe eſt itaque in alterutro vel in utroque loco fuiſſe diverſam lectionem, quam nos ignoramus. *Iacobus Alphæi* numeratur inter apoſtolos: qui etiam Simon dicitur cognomento Iudas, Dorotheo in Synopſi: & Iacobus Mariæ filius, Ioſe frater, *minor* dicitur Marci XV. 40. tandem & Iacobus filius Zebedæi inter apoſtolos recenſetur. Primus itaque Iacobus etiam minor eſt, idemque cum ſecundo: tertius autem major. Iacobus Alphæi traditur fuiſſe Hieroſolymorum epiſcopus, cognomento Iuſtus: ab eo diſtinguere videtur *Dorotheus in Synopſi* fratrem Domini Iacobum, treſque Iacobos conſtituere: 1. Iacobum Zebedæi Apoſtolum, gladio occiſum ab Herode. 2. Iacobum Alphæi, dictum Simonem cognomento Iudam, Apoſtolum & ſucceſſorem Iacobi Hieroſolymo-

rum episcopi, crucifixum. 3. Iacobus fratrem Domini, cogn. Iustum discipulum, & primum Hierosolymorum Episcopum, lapidibus à Iudæis obrutum: at secundùm Eusebium II. 23. de pinnaculo præcipitatum, & fullonis fuste occisum. Deinde notandum quòd Dorotheus videatur confundere Iacobum Alphæi quem dicit, cum Cleophâ, quem & Simonem & consobrinum Domini alterum ait factum Hierosolymorum Episcopum. Fuit enim Cleophas aliàs etiam dictus Alphæus, qui genuit ex Mariâ Iacobum Alphæi dictum. Deinde sciendum quòd Matth. XIII. 56. & Marci VI. 3. distinguantur & Iudas & Simon (quem aliàs Simeonem dictum tradunt successisse in Episcopatu Hierosolymitano) à fratribus suis Iacobo & Iose vel Iosepho. Simeonem autem illum quidam volunt fuisse Nazarenum, alii non distinguunt à Simone Cananæo.

℣. 23. *Si persecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam*:] Hinc constat quòd immeritò *Tertullianus lib. de fugâ in persecutione* defendere sustinuerit non esse fugiendum in persecutionibus. Locum autem præsentem ita torquet, ut ex necessitate solis Apostolis in principio prædicationis illud licuisse asserat, tum ob docentium paucitatem, tum ob multitudinem civitatum, quibus adhuc dum prædicandum erat.

℣. 28. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus*:] Chrysost. op. imp. hom. 25. *Substantia*, ait, *hominis non est corpus; sed anima. Hanc enim solam Deus*

Deus ad imaginem suam fecit, & hanc diligit, propter hanc fecit & mundum, hanc zelat & persequitur inimicus, propter hanc & ipse filius Dei venit in mundum. Corpus autem vestimentum est animæ, sicut ait Apostolus: de corpore nostro, in quo ingemiscimus onerati. Dicam autem quod sentio verius, non solum ad vestimentum animæ, caro creata est, sed magis ad tentationem ejus, quasi domestica & naturalis inimica, copulata est, &c. Vigilius lib. 5. contra Eutych. *Falsum*, inquit, *est quod dicunt, unam quamque personam propriam habere naturam. Nam usque adeò falsum, ut cum homine alia sit natura animæ, alia cùm corporis, una tamen sit hominis eademque persona.* —— *Siquidem negari non potest, ut superiùs dixi, hominem ex duabus constare naturis, animæ scilicet & carnis. Nemo tamen insipiens & totius rationis expers, rectè hominem dixerit duas habere personas, aut quia rursus una est hominis persona, rectè opinatus sit unam esse carnis animæque naturam. Non esse autem unius naturæ corpus & animam, Salvator in Euangelio docuit, dicens, Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.* —— *Proprium mihi est notam livoris cujusque verberis gestare in corpore meo per naturam carnis meæ, & proprium mihi est hanc eandem notam non gestare in spiritu meo, per naturam animæ meæ. Item proprium est mihi plagam verbi, id est, sermonem durum gestare in mente meâ per naturam animæ meæ, & proprium mihi est, eandem plagam non portare in corpore meo per naturam carnis meæ.* Sic etiam *Georgius Cassander*

ſander in Comment. de duab. in Chriſto naturis, aſſerit in unoquoque homine eſſe duas diſſimillimas naturas & ſubſtantias, ſpiritualem & corpoream, ſive animam & corpus. Notanda ſunt hæc verba iis qui negant Chriſtum duas habere naturas, quique putant impoſſibile eſſe perſonam Chriſti præexiſtentem hominem fieri potuiſſe, ſalvâ manente unitate perſonæ. Caſſander d. l. *Anima*, inquit, *quæ corpore ſoluta eſt perſona non aliter, atque angelus rectè à quibuſdam vocatur*. Cùm itaque perſona poſtexiſtens, (& ſecundùm Platonicos præexiſtens) una eademque cum & in corpore maneat perſona, cur non & perſona divina præexiſtens poſt incarnationem una eademque maneret perſona? Nec iſta unio hypoſtatica in Chriſto quicquam derogare poteſt veræ ejus humanitati, natus eſt enim Chriſtus de muliere conſtans ex animâ humanâ, & carne humanâ. Sicut angelus ita & anima officii nomen eſt: utriuſque nomen naturæ ſpiritus eſt, qui ſi mittitur ad annunciandum, angelus dicitur: ſin ad informandum corpus humanum, anima humana fit & dicitur, & unitus cum carne homo vocatur: & licèt verâ ſubſtantiâ ſimus ſpirituales, tamen uſus obtinuit, ut anima non nuda; ſed cum corpore homo diceretur: nec ab hujus vocis uſu recedendum, cùm nec hominem appellare liceret nudum, ſi uſus vellet hominem veſtitum tantùm appellare hominem: aut Suecum veſtitum appellare Suecum, eundem veſtibus carentem Suecum appellare non liceret.

CAP.

CAP. XI.

ỷ. 3. *Tu es qui venturus es:*] *Ruffinus in Symbolo: Tu es*, inquit, *qui venturus es, in infernum sine dubio,) an alium exspectamus?*

ỷ. 13. *Omnis lex & Prophetæ usque ad Ioannem:*] *Non quia futuri non erant post Ioannem, fuerunt enim Agabus & Silas & multi; sed quia prophetia de Christo non erat futura post eum. Ergò post Ioannem prophetia quidem de Christo futuro cessavit. Prophetæ autem & fuerunt & sunt; sed non quia prophetarent de Christo; sed qui interpretarentur ea, quæ de Christo ab antiquis fuerunt prophetata, id est doctores ecclesiarum. Sed & omnes Christiani prophetæ dicuntur, qui in regnum & sacerdotium & prophetiam unguntur. Nec enim quis potest propheticos interpretari sensus, nisi habeat spiritum Prophetiæ*: Ita Chrysost. hom. 19. Matth.

ỷ. 22. *Tyro & Sidoni remissius erit:*] Hinc differentiam, gradusque tormentorum colligit Origenes tr. 5. in Matth. Idem concludi potest ex vers. 24.

ỷ. 27. *Omnia mihi tradita sunt à patre meo:*] Chrysost. homil. 28. oper. imp. *A quo*, inquit, *illi tradita sunt, si unus est Pater & filius? Aut quare habere non poterat, nisi tradita illi fuissent, si per omnia Patri suo erat æqualis? Nam significatio traditionis tam unitatis rationem, quàm æqualitatis excludit. Nam nec qui accipit, unus est cum dante, nec qui traditum acceperit, æqualis est ei, qui tradedit.* Verba quæ sequuntur, adjecta esse liquet,

 sunt

ſunt enim contra apertiſſimam autoris hujus mentem, nec leguntur in edit. Colon. 1487.

CAP. XII.

ẏ 8. Κύριος γάρ ἐστιν τοῦ σαββάτου ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου:] Ex anteced. & ex Marci II. 27. & anteced. quidam colligebat per filium hominis omnem hominem hoc loco intelligi.

ẏ. 26. *Si Satanas Satanam ejicit: &c.*] Sæpe quidem evenire ſolet, ut incantator major noceat minori, imò interficiat; non tamen Diabolus fortior adverſatur invalidiori; ſed uterque in eundem finem conſpirant, & in unum ſcopum collimant, qui eſt hominis interitus.

ẏ. 31.] per *Spiritum* & verſ. 32. per *Spiritum Sanctum* commodè intellexerunt patres quidam Spiritum Chriſti, vel divinam Chriſti naturam, Verbum ſeu Filium Dei, qui opponitur ibidem Filio hominis, id eſt, cuivis puro homini. Ita Tertullianus de Trin. *Cur*, inquit, *non licet Chriſtum ſine exitio animæ negare, cùm in hominem commiſſum delictum referatur poſſe dimitti*: (paulò infra tamen per Spiritum Paracletum intelligit:) in hanc quoque interpretationem inclinant Hilarius Can. 12. & 31. & Ambroſius in Luc. XII. Clariſſimè autem Chryſoſtomus hom. 30. op. imp. *Operà*, ait, *Filii Dei Diabolo applicare, blaſphemare eſt Filium Dei vel Spiritum Sanctum.* Blaſphemabant enim Phariſæi Chriſtum, quaſi eſſet magus, & Beelzebulis virtute dæmonia ejiceret. Communis autem opinio de Spiritu

u Sancto poteſt probari ex Marci III. 30. ua Marcus loquatur de Spiritu Sancto, qui betur, non qui eſt ipſe Chriſtus, adeò- ue Spiritum impurum illum dicendo, bla- hemabant Spiritum Sanctum. Sed nihil hoc oſtat priori ſententiæ. Qui enim dicit virtute piritûs immundi miracula quendam facere, um incuſat Magiæ. Si verò is ipſe Spiritûs S. irtute ea faciat, non tam blaſphemat Spiritum ., quàm ipſum, qui habet Spiritum Sanctum. Quod ad vocem blaſphemiæ attinet, ſciendum nalè eam reddidiſſe Lutherum Gottes-Läſterung/ & hæc verba Marci III. 28. Καὶ βλασφημίαι σας ἂν βλασφημήσωσιν, ita reddidiſſe: auch die Gottes-Läſterung/ damit ſie Gott läſtern/ cum blaſphemia ſit nomen generale, denotans quam- libet calumniam. Quòd verò verſ. 31. (ubi di- citur omnem blaſphemiam hominibus remitti;) non ſit intelligenda blaſphemia in Deum, pro- batur exinde, quia Chriſtus ſibi adverſaretur ſubjungens blaſphemiam in Spiritum S. nun- quam remittendam. Nam aut Spiritus Sanctus eſt major Deo & Filio Dei: quia blaſphemia in Deum & Filium remittitur, & non remittitur blaſphemia in Spiritum Sanctum, quod abſur- dum. Aut, ſi Spiritus Sanctus idem eſt Deus, quomodo remitti poteſt blaſphemia in Deum & Filium, & non remittitur blaſphemia in Spiri- tum Sanctum? quare neceſſe eſt intelligamus per blaſphemiam prioribus locis non eam, quæ fit in Deum; ſed quæ fit in ea, quæ Deo & Spiritu

Sancto sunt inferiora: unde rursus probatur per Filium hominis, non illum Filium Dei; sed quemvis hominem Synecdochicè intelligendum esse, ne Filius Dei minor statuatur Spiritu Sancto.

℣. 32. *Neque in præsenti seculo, neque in futuro:*] Origenes tom. 19. in Joan. *Nec tamen*, inquit, *sequitur, non habet remissionem in futuro seculo, ergò nec in super venturis seculis.*

℣. 37. Ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ, καὶ ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ vel καταχριθήσῃ.] Id est, secundùm quod quilibet rationem reddere poterit, vel justificabitur, vel condemnabitur. Hunc sensum confirmat versus præcedens: Ὅτι πᾶν ῥῆμα πονηρὸν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀποδώσουσι περὶ αὐτοῦ λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως.

CAP. XIII.

℣. 13. Διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλῶ, ὅτι βλέποντες οὐ βλέπουσι, καὶ ἀκούοντες οὐκ ἀκούουσιν, οὐδὲ συνιοῦσι:] Chrysostomus op. imp. hom. 31. *Ideo*, inquit, *in parabolis loquor illis, quia videntes non videant. Si dixisset: ideo in parabolis loquor illis, ut videntes non videant, forsitan non esset culpa non intelligentium Judæorum, sed Christi qui sic loquebatur, ut non intelligeretur ab eis. Nunc autem dicit: ideo in parabolis loquor illis, quia videntes non vident. Intelligitis ergò, quia non est culpa Christi nolentis dicere manifestè, sed eorum qui audientes nolebant audire. Non enim quia Christus in parabolis loquebatur, ideo illi videntes non videbant; sed quia videntes non videbant, ideo illis Christus in para-*

abolis loquebatur. Hanc verò interpretationem
n recipiunt loca parallela Marci IV. 12. Luc.
II. 10. Joan. XII. 40. (ubi ἵνα, non ὅτι
itur,) ut nec Esai. VI. 9. Actor. XXVIII.
Rom. XI. 8.

℣. 25. *Dormientibus hominibus:*] *Qui non agunt
cta præceptum Christi dicentis: Vigilate & orate,
intretis in tentationem:* Origenes.

℣. 28. *Inimicus homo:*] Hier. h. l. *Diabolus prop-
ea inimicus homo appellatur, quia Deus esse desiit.*

℣. 30. *Sinite zizania crescere:*] per zizania Orige-
es & alii Patres rectè interpretantur hæreticos.

℣. 31.] Parabola de grano sinapis intelligi
otest ex Ioan. XII. 24.

℣. 44. *Simile est regnum cœlorum thesauro abscon-
ito in agro, quem qui invenerit, abscondit, & præ
audio abiit, & vendidit omnia sua, & emit agrum
llum.*] Vigilius lib. 3. contr. Eutych. *Thesaurus,*
nquit, *in agro absconditus Deus est, latens in carne
uâ. Audi Apostolum dicentem de Christo. In ipso
(inquit) sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ
absconditi; — Agrum autem carnem Christi figura-
iter nominari, & præsens indicat locus, & superiùs
illata testimonia docent. De hoc enim agro maximè
Isaac in suis benedictionibus prophetavit, Ecce, di-
cens, odor filii mei sicut odor agri, cui benedixit Deus.
Corpus enim Dominicum, magnis diversarum vir-
tutum flagrat odoribus, & sui beneolentiâ diversa
pigmenta, infirmos quosque vivificat. Unde Aposto-
lus Christi (inquit) bonus odor sumus, de vitâ in
vitam, his qui salvi fiunt. Hujus tam præcipui &*

salvi-

salvifici odoris suavitate illecta, in Cantico Canticorum ad eum dicit Ecclesia, Post te in odorem unguentorum tuorum curremus. De hujus agri pulchritudine & ipse loquitur in Psalmo quadragesimo nono, Et species agri mecum est. Per hujus agri gloriam Ecclesia in prædicto Salomonis libro sodales adjurat, dicens, Adjuro vos in gloria & virtutibus agri. Agrum illum fortis & sapiens in Proverbiis Salomonis mulier, id est, Ecclesia, introducitur comparâsse. Sic enim de eâ dicitur, Agrum vidit & emit illum.

CAP. XIV.

℣. 2. Διὰ τοῦτο αἱ δυνάμεις ἐνεργοῦσιν ἐν αὐτῷ.] Herodes putabat virtutes Angelicas, quæ fuerant operatæ in Iôanne, translatas esse in Iesum, non autem miraculosas intelligebat, tum quia Ioannes nullum edidit miraculum, (Ioan. X. 41.) tum quia potiùs passivè dictum esset: αἱ δυνάμεις ἐνεργοῦνται ἐν αὐτῷ.

℣. 25. *Ambulabat supra mare:*] Hieronym. in fine Comment. ad Esaiam: *Miror*, inquit, *quosdam aëreum corpus, & paulatim in auras tenues dissolvendum, post resurrectionem introducere: quia Dominus potentiâ Majestatis suæ ad Apostolos clausis ingressus est januis; qui certè & ante resurrectionem pendulo super mare ambulavit incessu.*

℣. 33. Ἀληθῶς θεοῦ υἱὸς εἶ.] Hoc loco & Ioan. I. 50. σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, Bellarminus de Pon.. Rom. lib. I. c. 19. §. quarta prærogativa: dicit Christum Filium Dei vocari eo modo, quo omnes sancti dicuntur filii Dei. Conf. Luc. I. 35.

CAP.

CAP. XV.

13. **O***Mnis plantatio, quam non plantavit pater meus cœlestis eradicabitur:*] De traditionibus, quarum verſ. 2. 3. 6. 9. mentio jicitur, explicat Hilarius h. l. cùm ait: *Omnem plantationem, quæ non à Patre fit, eradicandam dicit: id eſt, traditionem hominum eruendam, cujus favore legis præcepta ſint tranſgreſſi:* Aliqui ex hoc loco voluit probare Eccleſiæ Romanæ veritatem, quia ea non ſit eradicata. Sed ſciendum zizania, quæ Diabolus ſeminavit, non eſſe eradicanda & igni comburenda ante extremum judicii diem, unde non valet ita arguere: iſtæ herbæ nondum ſunt eradicatæ, ergò non ſunt zizania: imò vix ita quidem: iſtæ herbæ ſunt eradicatæ, ergò fuere zizania. Ex eo enim, quòd nec triticum, nec zizania ſint eradicanda ante diem meſſis, id eſt, judicii extremi, concludere debemus herbam talem nobis tantùm apparere quaſi eradicatam. Nec Eccleſia eſt cætus viſibilis, ſed mulier, id eſt Eccleſia fugiet in deſertum, id eſt non apparebit, & relinquet civitates & parietes templorum Draconi, id eſt Antichriſto, ejusque miniſtris, qui totam terram ſunt occupaturi. Et Chriſtus dicit: ſe cùm venerit, non inventurum fidem in terrâ. Sic cùm Eliæ Prophetæ veri Dei cultus appareret penitus eradicatus, Deus reſpondit, 7000. non flexiſſe genua coram Baal. Præſens autem eſſe tempus Antichriſtianæ dominationis, alibi probavimus.

Hoc

Hoc loco nihil addo de hac re, quàm quòd mirer neſcire eos, qui tantum de Eccleſiâ viſibili glorientur, ubi locorum jam ſint decem tribus Iſraël?

℣. 24. *Non ſum miſſus niſi ad perditas oves domûs Iſraël:*] Conf. X. 6. Per perditas oves interpretatus eſt Origenes errore delatas animas (humanas) ab illis montibus, in quibus Paſtor ſalvas reliquit cæteras, h. e. in cœlo: ita quoque ſcribit lib. I. contra Celſ. εἰ δὲ ἦν ἐννοήσας, τί ἀκολουθεῖ ψυχῇ ἐν αἰωνίῳ ἐσομένῃ ζωῇ, καὶ τί χρὴ φρονεῖν περὶ τῆς οὐσίας αὐτῆς καὶ περὶ τῶν ἀρχῶν αὐτῆς· οὐκ ἂν οὕτω διέσυρε τὸν ἀθάνατον εἰς θνητὸν ἐρχόμενον σῶμα· οὐ κατὰ τὴν Πλάτωνος μετενσωμάτωσιν, ἀλλὰ καὶ ἄλλην τινα ὑψηλοτέραν θεωρίαν, εἶδε δ' ἂν καὶ μίαν ἐξαίρετον ἀπὸ πολλῆς φιλανθρωπίας κατάβασιν, ὑπὲρ τοῦ ἐπιστρέψαι τὰ (ὡς ἡ θεῖα ὠνόμασε μυστικῶς γραφὴ) ἀπωλολότα πρόβατα οἴκου Ἰσραὴλ, καὶ καταβάντα ἀπὸ τῶν ὀρῶν, πρὸς ἃ ὁ ποιμὴν ἔν τισι παραβολαῖς καταβεβηκέναι λέγεται, καταλιπὼν ἐν τοῖς ὄρεσι τὰ μὴ ἐσφαλμένα. *Si intellexiſſet* (Celſus) *quid animam in futurâ æternâ vitâ maneat, & quid ſentiendum ſit de ipſius ſubſtantiâ & principiis: non ita irriſiſſet immortalem in mortale venientem corpus, idque non juxta Platonis* μετενσωμάτωσιν, *ſed juxta ſublimiorem quandam contemplationem: vidiſſetque unam è multis inſignem beneficentiam* (præter textum græcum *Dei* addidit Gelenius in editione Spenceri) *deſcenſum ad convertendas* (*ut ſacra Scriptura myſticè vocat*) *oves perditas domûs Iſraëliticæ, & deſcendentes* (Gelenius in editione Spenceri tranſtu-

nstulit *errore delatas*) *ab illis montibus* , (de qui-
s agitur XVIII. 11. 12. Lucas autem XV.
desertum appellat) *ad quas Pastor in quibusdam*
rabolis descendisse dicitur , relictis in montibus reli-
is quæ non erraverant : (mendosè Gelenius in
ditione Spenceri : *quæ minùs errâssent.*) Conf.
uc. XIX. 10. Orig. Philocal. cap. 1. vocat
uoque oves illas genus animarum perspica-
ium perditum , in h. l. ibid. Non sum missus ,
ocens esse quasdam animas præcipuas & intel-
gentes ac perspicaces , sed perditas , quæ per
ropum dicuntur oves domûs Israël.

ỳ. 28. *O mulier, fides tua magna* :] Vide Matth.
XXII. 32.

CAP. XVI.

ỳ. 4. *Generatio adultera* :] Animæ vir est lex mentis , quæ est spiritualis. lex autem quæ est in membris , id est , carnalis , militans adversus legem mentis est adulter viri animæ ; isti autem desponsa est à Deo , ut sit uxor anima. Generatio itaque adultera est , cujus anima sit mulier adultera , viventeque viro , puta lege , jungitur alteri viro , nimirum legi carnis. Ita Origenes ferè in h. l.

ỳ. 14. *Hi quidem , Ioannem Baptistam , alii verò Heliam , alteri verò Hieremiam , aut unum Prophetarum* :] Hinc apparet Iudæos μετεμψύχωσιν , vel μετενσωμάτωσιν statuisse , à quibus Pythagoras sine dubio hanc doctrinam hausit. Quod verò ad Ioannem Baptistam attinet , nô-
rant

rant equidem Iudæi ipſum Chriſti coætaneum fuiſſe, putabant tamen Ioannis Spiritum vel mentem poſt ejus mortem tranſiiſſe in animam Chriſti: Conf. XIV. 2. Nec mirum quoſdam putâſſe Chriſtum eſſe Heliam, cùm ipſe Ioannes Baptiſta Luc. I. 17. dicatur præcurrere Meſſiam (*non in animâ; ſed*) in ſpiritu & virtute Heliæ: unde Chriſtus eum vocavit Heliam. Iſtud enim procul dubio, eâdem ratione intelligebant, quâ ſpiritus Heliæ, poſt ejus aſſumptionem, duplâ menſurâ pervenit in Prophetam Eliſæum, & quâ a ſpiritu Moſis depoſitum olim fuit in ſeptuaginta Seniores.

ỹ. 18. *Super hanc petram.*] Per petram Pontificii intelligunt ipſum Petrum. Auguſtinus tract. in Ioan. 124. de verbis Dom. Serm. 13. Retract. lib. I. c. 21. & Iſidorus l. VII. c. 9. ipſum Chriſtum. Origenes Lib. III. & VI. contra Celſ. & Beda omnes diſcipulos. (Imò tom. 12. in Ioan. Origenes, *Eccleſia*, inquit, *Superædificata eſt ſupra fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, & Ieſu Chriſti, qui eſt lapis angularis.* ex Epheſ. II. 19. ubi Tertullianus l. 5. adv. Marcionem, epiſt. ad Laodic. ait abſtuliſſe hæreticum illud: & prophetarum.) Eutychianus PP. Epiſt. 1. ad Ioannem & omnes Epiſcopos Bæticæ, Hilarius II. & VI. de Trin. Ambroſ. in Luc. VI. c. 9. Epiphan. hær. 59. Chryſoſtomus hom. 55. Matth. & ſerm. de Pentecoſte. Cyrillus Dial. de Trinit. lib. 4. Felix tertius PP. apud Baron. a. 403. Photius epiſt. 35. con-

confeſſionem Petri, pro quâ ſententiâ allegantur etiam Leo Magnus, Felix IV. Gregorius Magnus, Adrianus, Leo II. Gregorius VII. P. Theophylactus, Lyra, Durandus. Hunc ſenſum ſecutus eſt Eraſmus. vide ejus Scholia in Hieron. ad Marcellam adverſus Montanum. Mihi magis arridet interpretatio Tertull. de pudicitiâ: ſcil. In ipſo (*Petro*) Eccleſia exſtructa eſt, id eſt per ipſum, quia ipſe primus die Pentecoſtes poſt effuſum Spiritum ſanctum concionatus eſt, quâ concione eodem die converſi homines ter mille ferè, quibus primus Petrus in nomine Ieſu Chriſti baptizatis reſeravit aditum regni cœleſtis.

℣. 27. *Venturus eſt filius hominis in gloriâ Patris ſui cum ſanctis angelis:*] Per ſanctos angelos intelligi poſſunt ſeptem ſpiritus, de quibus Apoc. I. 4. & per ſeptem ſpiritus ipſe Spiritus ſanctus. Abſurdum enim Spiritum ſanctum hîc loci omiſſum dicere. ita *Anonymus.*

CAP. XVIII.

℣. 2. Προσκαλεσάμενος ὁ ἰησοῦς παιδίον, ἔστησεν αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐτῶν:] Hunc Nicephorus II. 35. tradit fuiſſe *Ignatium*, Ioannis Apoſt. diſcipulum, qui pòſt Epiſcopus Antiochenus, & martyr factus eſt. *Ignatius* certè ipſe ſibi titulum Θεοφόρου in epiſtolis attribuit.

℣. 10. οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν οὐρανοῖς διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου, τοῦ ἐν οὐρανοῖς:] per faciem Patris ipſumFilium intellexitClemens

Alexandrinus in Epitomis, ubi ait: οἱ δὲ διὰ παντὸς τὸ πρόσωπον τοῦ πατρὸς βλέπουσιν, πρόσωπον δὲ πατρὸς ὁ υἱὸς, δι' οὗ γνωρίζεται ὁ πατήρ· τὸ τοίνυν ὁρώμενον, ἀσχημάτιστον εἶναι οὐ δύναται, οὐδὲ ἀσώματον. *Facies autem Patris est Filius, per quem cognoscitur Pater.*

℣. 12. *Si homo quidam habeat centum oves:*] Methodius de castitate tradidit *Origenem* statuisse per nonaginta novem oves intelligendas esse cœlestes potestates sive angelos; unam autem perditam significare hominem, sive naturam humanam, propter quam Verbum Patris è cœlo descenderit. Nam ipse Origenes hom. 9. in Genes. *Quia*, inquit, *principes hujus mundi invaserant partem Domini, necesse habuit pastor bonus relictis in supernis nonaginta & novem descendere ad terras, & unam ovem, quæ perierat quærere, inventamque eam & humeris revectam, ad supernum perfectionis ovile revocare.* Conf. homil. 19. in Num.

CAP. XIX.

℣. 6. *Jam non sunt duo:*] *Ubi enim*, ait Origenes, *concordia est, & consensus viri ad mulierem, & mulieris ad virum, hujus quidem quasi principis, illius autem quasi obsequentis, secundùm quod dictum est, & ipse tui dominabitur, verè de eis dicitur, jam non sunt duo; sed unum vel caro una.*

℣. 12. οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν:] Origenes Lib. II. cap. 2. Rom. *Qui*, inquit, *secundum Evangelii leges semetipsos*

metipsos castraverunt propter regnum Dei habent exempli hujus auctorem cum multos alios Sanctorum, tum etiam ipsum Dominum Iesum. Quòd si hæc ita se haberent, (licèt de Domino Iesu nihil in sacris tale legatur,) certè injustissimè fecisset Demetrius Alex. Origeni pro crimine objiciens, quòd semetipsum castrârit.

ỳ. 14. *Sinite parvulos venire ad me:*] Ex hoc loco *Lutherani* Pædobaptismum probare volunt: at rectiùs *Pontificii* scribunt Pædobaptismum nullâ ratione ex sacris literis probari posse. B. Rhenanus in annot. Tertull. de coronâ militis: *Adulti*, inquit, *tantum baptisabantur usque ad tempora Caroli M. & Ludovici Augusti. Indicant hoc leges ab iis sancitæ, quibus cavetur, ne quenquam sacerdotes baptisent excepto mortis articulo præterquam in Paschâ & Pentecoste. Eas sanctiones complectitur volumen legum Pipini, Caroli M. Ludovici & Lotharii, quas Ansegisus abbas collegit, & extat adhuc in multis Bibliothecis. Seletstadii sanè habetur apud Fidei, & Argentinæ.* Thysius in Fortunati carmen de Paschâ, v. Candidus. *Tempore*, ait, *Paschatis Catechumeni antiquitus baptisabantur, teste Ambrosio, aliisque, quin imò olim in totum duo tantum baptisandi tempora fuere, Paschatis & Pentecostes. Extra quæ tempora non baptisabantur nisi infirmi, ægroti, vel siqui aliâ necessitate summâ urgerentur.* Vide Tertull. de Baptismo, & Ambr. in l. de Myster. Pasch. Vide & Niceph. hist. Eccles. lib. XIII. c. 19. & Socrat. lib. V. cap. 19. *quod etiam ad Caroli M. tem-*

tempora perduravit, *ut apparet ex Gregorio Turonensi*, (hic tamen vixit ante Carolum M.) Lib. V. histor. cap. 11. Aymoino L. III. de gest. Franc. c. 49. Oth. Frising. lib. VI. hist. c. 1. hæc *Thysius*. Episcopius inst. Theol. l. IV. c. 14. Pædobaptismus est ritus non necessarius, cujus necessitas demum instituta in *Concilio Milevitano* in Africâ celebrato anno 418. In Asiâ quoque Pædobaptismus multò ante Milevitanum Conc. in usu non fuit, imò nec legitimus nec licitus judicatus, ut patet ex Canon. 6. Synodi Neocæsar. de ann. 315. In mediâ Africâ & Græciâ multi Patres fuerunt, qui Pædobaptismum sibi non usquequaque placere testati sunt: uti *Tertullianus de Baptismo*: (hic Pædobaptismum d. l. inutilem probat,) *Nazianzenus orat.* 40. Parentes *Augustini*, *Hieronymi*, & *Ambrosii* distulerunt eorum baptismum usque in annum ætatis eorum tricesimum. *Constantinus M.* in ætatis annum sexagesimum quintum, cùm jam extremum sibi diem imminere sentiret. *Constantius* Imp. Valentisque filius *Galates* in ipso mortis articulo, ipse *Valens*, fraterque *Valentinianus*, ac *Theodosius M.* Impp. provectâ jam ætate baptisati sunt. Ex *Concilio Gerundensi de ann.* 517. apparet pueros Catechumenos nonnisi in festis Paschatis & Pentecostes baptisari solitos: (unde puto originem traxisse ritum, quo Poloni hodieque Paschatis festo sibi invicem aquam superfundunt.) Admodum verosimile est *Augustinum* primum posuisse fundamentum necessi-

ceſſitatis Pædobaptiſmi, poſtquam cum Pelagio collidi cœpit: uti alibi oſtendimus. At Ariani ſeculo ſexto, teſte Procop. II. Wandal. Paſchatis ſolenni infantes ſacro baptiſinate tingebant. Quòd adulti tempore *Lactantii* fuerint baptiſati, pronum eſt colligere ex ejuſdem lib. VII. c. 5. Origenes cap. 6. lib. 6. ad Rom. *Siquis*, inquit, *priùs mortuus peccato eſt, is neceſſariò in baptiſmo conſepultus eſt Chriſto. Si verò non ante quis moritur peccato, non poteſt ſepeliri cum Chriſto. Nemo enim vivus aliquando ſepelitur. Quodſi non ſepelitur cum Chriſto, nec legitimè baptiſatur.* Baſilius de baptiſmo I. 1. probat quòd oporteat primùm diſcipulum Domini eſſe, deinde Sancto baptiſmate dignum fieri. Hieronymus ad Pammach. adverſus Ioan. Hieroſol. *Conſuetudo*, inquit, *eſt apud nos iſtiuſmodi, ut his qui baptiſandi ſunt publicè tradamus ſanctam & adorandam Trinitatem.*

℣. 17. *Nemo bonus niſi unus Deus*:] Platonici Deum vocant τἀγαθὸν, vel αὐτοαγαθὸν: Ariſtoteles τ'γαθὸν, *ipſum Bonum*: & Triſmegiſt. Pimandr. *Cave*, inquit, *ne aliud quicquam* (præter Deum) *tale* (bonum ſcil.) *dixeris*: c. 2. circa fin. Marſil. Ficin. d. l. Tom. 2. Vide quoque c. 6. Pimand. Triſm. it. c. 9. *Platoni & Proclo* Deus dicitur *omne bonum*. Eadem ratione Moyſi de ſe Deus dixit: *Ego oſtendam tibi omne bonum*: Exodi XXXIII. 19. licèt hunc locum non legant LXX. Int. Denique & Gotthi olim non aliter Deum, quàm bonum (ſcil. *God*) nomi-

nominabant; quæ vox unâ saltem vel additâ vel mutatâ literâ in usu est apud Germanos, Belgas, Britannos, Danos, Suecos. Quod autem Euangelistæ hoc loco de Deo dicunt, de Patre solo (à quo se Christus h. l. exclusit) explicant Tertullianus de Trin. Clemens Alexandrinus Pædagog. I. 8. Καθὸ πατὴρ νοεῖται ἀγαθὸς ὤν, αὐτὸ μόνον ὅ ἐστι κέκληται ἀγαθός. i. e. *Quatenus*, inquit, *Pater mente concipitur bonus existens, ipsum solum quod est, appellatus est bonus.* Mox: Ναὶ μὴν ὅτι ἀγαθὸς αὐτὸς ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ, ὁ αὐτὸς πάλιν ὁμολογήσει λόγος, ὁπηνίκα διαῤῥήδην λέγει. οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. *Etiam quòd bonus est ipse Deus & Pater Domini nostri Iesu, ipsum rursus confitebitur Verbum, quando apertè dicit: Nemo bonus, nisi unus Pater meus, qui in cœlis est.* Paulò pòst; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. *Nemo bonus nisi Pater ejus*, (Christi.) lib. Strom. II. ὁ μόνος ἀγαθὸς πατὴρ: (Valentinus:) *Solus ille bonus Pater.* ibid. Σωτῆρα ἄλλου δηλοῦντι θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ υἱὸν πεφυκότα: *Servatorem alius Dei boni scilicet illius filium existentem.* lib. V. εἷς ἀγαθὸς ὁ πατήρ: *Vnus bonus scilicet Pater.* lib. VII. μόνον ὄντα θεὸν πατέρα ἀγαθὸν χαρακτηρίζει ὁ σωτὴρ ἡμῶν. *Solum esse Deum Patrem bonum exprimit Servator noster.* Et Origenes tom. 1. Ioan. *Cujus vim*, inquit, *probè tenens Servator noster, illi, qui sibi unigenito, dicebat, præceptor bone, cur me, inquit, appellas bonum? Nemo bonus nisi unus: nempe ille Deus: ille Pater.*

tom.

om. 2. *quem glorificans Servator dicit: Nemo bonus nisi solus Deus nempe ille Pater.* tom. 8. *Pater, it, qui misit illum, viventium Deus (ut etiam ipse Ioannes testatur) nempe Abraham, Isaac & Iacob: & idcircò Dominus cœli & terræ, quòd ea fecerit: hic etiam solus bonus, & major est misso.* tom. 9. *Bonus est Pater; Servator verò est imago bonitatis ipsius.* tom. 14. *Quodsi*, inquit, *Heracleon ac sui sequaces admiserint spiritualem naturam, quæ sit ejusdem essentiæ cum divinâ illâ ingenitâ, & undequaque beatâ naturâ, ut ipsi tradunt meretricari, prophana & impia, & irreligiosa de Deo sequuntur rationem ipsorum: ac ne sine periculo quidem conferri possunt hæc inter se, atque imaginari, præsertim cùm audiamus Servatorem dicentem: quare qui misit me major me est, nec tolerantem admittere oblatam sibi boni appellationem: propriam, & veram, & perfectam, sed gratiosè admodum eam referentem ad Patrem, cum increpatione illius, qui volebat glorificare Filium, &c.* Tom. 15. *imago existens bonitatis Patris*, inquit: *cur me vocas bonum?* tr. 8. in Matth. *Bonitas*, ait, *Deo propriè tribuitur: hominibus, angelis, Spiritui sancto, Filio Dei abusivè.* (Non aliâ ratione Porphyrius *supremum Deum propriè bonum asserit, & post eum subordinat illi Mentem & Animam*: apud Cyrillum contra Iulian. lib. I. ut etiam Mornæus c. 6. de verâ Relig. scripserit hanc subordinationem Arrianismum sapere.) Paulò pòst: *Ipse quoque Dominus, qui est imago Dei invisibilis: sic & bonitatis illius imago est, & sicut ipse distat à bonitate*

 Patris,

Patris, quasi imago bonitatis à principali bonitate: sic & omnes, in quibus bonitatis nomen positum invenitur, distant a bonitate Filii. l. I. Periarch. referente Hieronymo ad Avitum. *Deum Patrem omnipotentem* appellat *bonum & perfectæ bonitatis. Filium non esse bonum; sed auram quandam & imaginem bonitatis: ut non dicatur absolutè bonus; sed cum additamento, Pastor bonus: &c.* Lib. II. c. 5. *Nemo*, ait, *bonus nisi unus Deus Pater.* cap. V. lib. IV. Rom. *Nisi enim esset hic illius Patris filius, de quo dictum est, quia nemo bonus nisi unus Deus Pater.* cap. X. lib. VIII. *unum & verum bonum est Deus, cujus imago bonitatis ejus est filius, & Spiritus ejus, qui dicitur bonus.* Eusebius dem. Evang. V. 1. Τῦ μονογενῦς αὐτῦ λόγυ πατὴρ ὢν, αὐτὸς ἂν εἴη τὸ πρῶτον καὶ κύριον, καὶ μόνον ἀληθῶς ἀγαθὸν. *Unigeniti*, ait, *Verbi Pater ipse primum, principale & solum verè bonum est.* Et *Ambrosius* locum hunc de solo Patre explicat. Arius in disputatione à Vigilio composità edit. G. Cassandri Colon. 1555. *Filius*, inquit, *non ideo non bonus, quia solus pater bonus: cùm sit & filius non solum bonus: sed & bonorum creator. Et sicut ei non adimitur ut non bonus sit, cùm solus Pater ipsius Filii professione sit Deus.* Plotinus Enn. 5. lib. V. cap. 12. pro absurdo reputat *Filium Dei esse ipsum Bonum*, cujus in hanc rem verba sunt: *summus ille Pater non est Mens, non Filius, non Puer; sed Mente, Filio, Puero superior: secundùm eum autem Mens & Puer est, qui intelligentiâ & alimento indiget, & ab eo, qui nullo indiget,*

get, proximè abest. Interea habet Filius veram intelligentiæ plenitudinem, quia immediatè & primò habet. Qui verò superior, nempe Pater, non indiget eo: alioqui Filius ipsum Bonum esset. Morainvillerius quoque Exam. Philos. Platon. p. 2. c. 1. pr. 6. per primum bonum ait intelligendam personam Patris. Proclus in Elem. pr. 8. demonstrat hoc Theorema: *Omnia quæ quomodocunque bonum participant, antecedit id quod primò bonum vocatur, & quod nihil aliud est, quàm* τ' ἀγαθὸν.

℣. 19. Καὶ· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν:] Hæc verba non leguntur in Marco, imò nec in Lucâ. Et Origenes egregiè probat locum hunc adjectum esse ab aliquo sibi ignoto non intelligente subtilitatem dictorum istorum.

℣. 24. Κάμηλον:] Origenes camelum animal intelligit, cùm dicit: *Dives comparatur camelo non solum propter immunditiam animalis, sicut docuit lex; sed etiam propter totius corporis ejus tortuositatem*: tract. 8. & lib. VI. contra Cels. *Cur*, inquit, *camelus, qui omnium est animantium, quoad ejus formam, tortuosissimus, desumptus sit in exemplum, & diviti comparatus.* Similiter Chrysostomus hom. 33. oper. imp. de camelo animali locum hunc explicat. Convenientiùs autem meo quidem judicio κάμηλος hoc loco *funem nauticum* significat.

Per foramen acûs intrare:] *Regnum cœlorum foramini acûs assimilatur, ut demonstretur ex eo quoniam satis arctus est, & supra modum contribulatus*

latus regni cælestis introitus : Ita Origenes tractat. 8.

Ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ (al. τῶν οὐρανῶν) εἰσελθεῖν:] Clemens Alexandrinus totum hunc versum ita legit l. Strom. I I. Θᾶττον κάμηλον διὰ τρυπήματος βελόνης διελεύσεσθαι, ἢ πλούσιον φιλοσοφεῖν: *quàm ut dives philosophetur.*

℣. 28. *Sedebitis super duodecim thronos judicantes duodecim tribus Israël.*] Macarius hom. 6. hoc ita explicat, quasi jam fuerit impletum in illo Pentecostes festo.

CAP. XX.

℣. 3. PEr *forum* vel locum extra vineam Origenes tract. 10. intelligit locum animarum ante corpus, idem etiam ex versibus 6. & 7. manifestè colligit præexistentiam animarum ante corpora, imò ante mundum hunc visibilem.

℣. 8. Λέγει ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος τῷ ἐπιτρόπῳ αὐτοῦ:] Origenes tract. 10. *Dicit Dominus vineæ procuratori suo, sive alicui Angelo, qui supra mercedes tribuendas positus est, sive alicui ex multis procuratoribus procuratori.* Chrysostomus hom. 34. oper. imp. *Dicit procuratori suo, cui procuratori? sine dubio Filius dicit Spiritui sancto: &, si volueris, concedo tibi, ut Pater Filio dicat. Non quæro utrum Filius sit Patris procurator, aut Spiritus Sanctus Filii: sed hoc dico, quia procurator domûs, & Pater-familias nec ejusdem substantiæ possunt esse, nec una persona esse, nec æqualis dignitas. Si ergò alter Paterfa-*

familias, alter procurator Patrisfamilias, quomo-locum habeat ternitas tua? si autem ejusdem sub-ntiæ iste est, & est minor, injuriam facis sub-ntiæ. Si verò non æqualis dignitas, ubi est una stantia?

ỳ. 16. *Sic novissimi erunt primi, & primi noviss-i:*] Partialiter non universaliter hæc verba telligenda docet versus ultimus cap. præceden-, & Marci X. 31. & Luc. XIII. 30.

ỳ. 20.] Matthæus scribit matrem filiorum ebedæi petiisse, ut filii ejus sederent Christo ad xteram & sinistram: at Marcus X. 35. scribit sos Zebedæi filios Iacobum & Ioannem hoc etiisse, nullâ factâ matris eorum mentione: uia *quod quis per alium facit, per se fecisse putan-us est.*

ỳ. 23. *Non est meum dare:*] Chrysost. hom. 5. op. imp. *Quid ergò mentitus est Christus dicens, Non est meum dare vobis? Non. Omnis enim qui habet otestatem,* sed acceptam ab alio"* (al.* *si acceptam ha-n ab alio,'*) *illius verè est qui dedit. Nam quid habeat lius* suum,"* (al.* *proprium,"*) *cùm ipse non esset suus, d Patris? Ergò inter eum cujus non est, & inter um cujus est, nec persona* est:* (al. interpon. *una*) *ec æqualis est potestas. Si enim unus Deus* Pater* al. interpon. *&*) *& Filius, aut certè potest, aut ertè non potest. Quis* vidit* (al.* *audit."* optimum ero* *audet"*) *talem unum Deum* colere,* (al. interp. *cælestem*) *qui in dimidio potens est, & in dimidio mpotens, aut quis illos æquales putet, quorum non est æqualis potestas?*

CAP.

CAP. XXII.

ỳ. 21. *Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & quæ sunt Dei, Deo:*] *Qui de rebus corporalibus & debitis corpori nihil curare præcipiunt, ipsi sunt Pharisæi, qui reddere tributum Cæsari vetabant: id est, qui totâ virtute suadent omnino jejuniis & vigiliis debere affligere corpus, & abstinere ab omnibus, quæ sunt corporalia, & necessaria corpori, ut nihil ex nobis corporis principi tribuatur: quales sunt de quibus ait Apostolus: Novissimis temporibus recedent quidam à fide attendentes spiritibus erroris & doctrinæ dæmoniorum in hypocrisi loquentium mendacium,* (Christus quoque vers. 18. Pharisæos dixit hypocritas,) *cauteriatam habentium conscientiam suam, prohibentium nubere, & jubentium abstinere à cibis, quos &c. Alii autem sunt, qui supra modum existimant oportere corporibus indulgere, & per omnia satisfacere principi corporum, & ipsi sunt secundùm similitudinem Herodianorum dicentium oportere Cæsari dare tributum. Salvator autem noster Verbum Dei, dilucidè separans rationabilia corporis debita, à debitis spiritalibus animæ, dixit: Reddite Cæsari quæ Cæsaris sunt: & quæ Dei sunt, Deo. Imaginem enim Cæsaris habet omnis res corporalis; & imaginem Dei habet omnis virtus.* Hæc Origenes.

ỳ. 31. & 32.] Corporum resurrectio ex his versibus, (ut & ex parallelis Marci XII. 26. 27. Luc. XX. 37.) minimè probari potest; sed animarum, & harum immortalitatem tantum,

&

: vitam post mortem corporis, hoc loco pro-
are volebat Salvator noster contra Sadducæos
egantes & animæ & corporis resurrectionem,
: asserentes animas interire cum corporibus. Ita
nim arguit Christus: Deus non est Deus mor-
uorum, sed viventium. Atqui Deus se dicit
Deum Abrahami, Isaaci, & Iacobi. Ergò A-
raham, Isaac, & Iacob vivunt. Ast non vi-
unt eorum corpora. Ergò animæ. Ergò animæ
on intereunt una cum corporibus. Si dicas
Christum inde resurrectionem mortuorum pro-
bare, vers. 31. quia animæ non mortuæ sint,
ed corpora: corpora utique resurrectura, præ-
rimis cùm non nisi quod mortuum est resur-
gere possit. Respondeo Christum hîc animas
mortuas vocare. 1. ex hypothesi Sadducæorum.
2. ut Apostolus 1. Cor. XV. 35. animas mor-
tuas vocat, non quasi revera sint mortuæ & an-
nihilatæ, sed allegoricè vel metaphoricè, quia
dormiant, ut ita dicam, & quiescant ab omnibus
operibus usque ad diem judicii in loco animabus
deputato: & quòd ex somno isto resuscitabuntur
in die judicii. Quare etiam Apostolus dicit,
Ephes. V. *Surge qui dormis, & resurge à mortuis.*
Et propheta Daniel II. 2. *Multi*, inquit, *qui
dormiunt in terræ pulvere, evigilabunt.* Ioannis
XI. 2. quoque Christus dicit: λάζαρος κεκοί-
μηται; pro: λάζαρος ἀπέθανε v. 14. &c. Et
Apostolus dicit 1. Cor. XI. 30. *multi dormiunt*, id
est, *mortui sunt*. Mirè hîc se torquet *Grotius*, ut ex
hoc loco probet resurrectionem corporum, ad
quam

quam probandam licèt hic locus nihil faciat, tamen alii apertissimi nobis suppetunt: præprimis 1. Cor. XV. &c. *Præterea cùm posset mille exempla proferre Salvator noster ostendentia resurrectionem futuram, hoc non fecit ex prophetis, sed tantùm ex lege, quoniam Sadducæi tantùm Mosaicam legem legebant*, (alias scripturas ignorabant vers. 29. quare etiam ex lege Mosis resurrectionem refellere conabantur) *ex quâ volens illos placare, protulit inde exemplum.* Ita Origenes.

℣. 32. *Ego sum Deus Abrahami, Deus Isaaci & Deus Iacobi.*] Conf. loca parallela & Act. III. 13. Iustinus dial. cum Tryph. probat *quòd unum & eundem cum Tryphone, reliquisque Iudæis Christiani Deum credant.* Vide etiam de eo, quòd Deus Abrahami, Isaaci, & Iacobi, Pater Christi sit unus verus Deus, Origen. Periarch. II. 4. & hom. 7. in Esai. *Vos*, inquit, *Israelitæ habentes Deum verum, qui est super omnia*: contra Cels. VI. *Vnum utique Deum, & eundem hunc ipsum tenemus, quem olim & Iudæi coluerunt, & colere se in præsentiâ profitentur, nec per impietatem in hunc ipsi pravè delinquimus.* lib. VII. *Nos, qui eundem, qui & Iudæis sit, Deum tutamur, &c.* Brentius in summâ totius S. Script. scribit *Deum illum, quem coluerunt Abraham, Isaac & Iacob Hebræi, solum verum esse Deum.* Idem Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi dicitur à Petro Act. III. 13. *Deus Abraham & Isaac & Iacob, Deus Patrum nostrorum, glorificavit Filium suum Iesum.* Irenæus III. 6. *Invoco igitur te Domine Deus Abra-*

Abraham & Deus Isaac & Deus Iacob, Pater Domi-n nostri Iesu Christi, — ut te cognoscamus, — qui s solus & verus Deus. II. 56. *Solus unus Deus, hic Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus vivorum, quem & lex annunciat, quem prophetæ præconiant, quem Spiritus revelat, quem Apostoli tradunt, quem Ecclesia credidit, hic Pater Domini nostri Iesu Christi*, Conf. II. 12. 66. III. 1. IV. 2. V. Clem. Strom. IV. Orig. Periarch. procem. . VI. & VII. contra Cels. homil. 7. in Ezech. *Orationem*, inquit, *Deo debemus offerre, id est, Deo legis & prophetarum, Deo Abraham, Deo Isaac, Deo Iacob, & Patri Iesu Christi.* Conf. hom. 3. Ios. hom. 14. Ierem. Rupertus Tuitiensis l. XII. comment. in Ioan. *Quod*, inquit, *est nomen Dei, nisi Pater Iesu Christi?* Nicolaus de Cusa Cardinalis de cribrat. Alcorani lib. I. cap. 11. *Christus*, inquit, *Dei filium se nominavit, & non Deum: cum nominatio Dei sit nominatio Patris Christi.* Calvinus in Act. XXII. 14. *Qui olim Deus Abrahæ & Patrum appellari voluit, nunc proprio elogio vocatur Pater Christi.* Iustinus Mart. dial. cum Tryph. ἄλλοι γὰρ καὶ ἄλλον τρόπον βλασφημεῖν τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων, καὶ τὸν ὑπ' αὐτοῦ προφητευόμενον ἐλεύσεσθαι χριστὸν, καὶ τὸν θεὸν ἀβραὰμ, καὶ ἰσαὰκ, καὶ ἰακὼβ διδάσκουσιν. ὧν οὐδενὶ κοινωνοῦμεν, οἱ γνωρίζοντες ἀθέους, καὶ ἀσεβεῖς καὶ ἀδίκους καὶ ἀνόμους ὑπάρχοντας, καὶ ἀντὶ τοῦ τὸν ἰησοῦν σέβειν, ὀνόματι μόνον ὁμολογεῖν. *Aliter alii blasphemant rerum conditorem, & docent Christum ab istius prophetis prænunciatum & Deum Abraham, & Isaac, & Iacob esse. Cum quibus*

nihil

nihil nobis est communionis, scientibus ipsos esse atheos, atque à Deo alienos, & impios, & injustos, & iniquos, & qui nomine tantùm confiteantur Iesum, (vel, *quantumvis Christianos se appellitent,) revera autem nequaquam colant.* Orig. hom. 14. Gen. cap. 26. *Multi Philosophorum unum esse Deum, qui cuncta creaverit, scribunt, in hoc consentiunt legi Dei.* Conf. Clem. Strom. l. V. & VI. ex quibus verba tum alibi, tum in Rom. I. 18. 19. 20. 21. allegabuntur: ubi ipse ex Christi verbis & Petri prædicationibus, Iustin. Mart. de Monach. & Orig. lib. 4. contra Cels. lib. II. cap. 2. ad Rom. &c. probarunt quosdam Græcorum Philosophos illum solum verum Christianorum Deum, per lumen naturalis rationis cognovisse, & per dictamen practicum, legem scil. naturæ præcipientem, ipsi etiam Deo, præprimis cùm ipse æquè immutabilis sit ejus objectum, immutabilem: eundem coluisse, eique credidisse. Plura dicemus, ubi *de ratione* agemus. Tertulliani interpolat. adv. Prax. *Deus*, inquit, *voluit, ut novè unus Deus crederetur per Filium & Spiritum Sanctum.* Cyprianus serm. 6. *Sacramentum Trinitatis in novissimis temporibus manifestari habebat.* Chrysost. op. imp. hom. 45. asserit *Iudæos non credidisse, nisi in unum & solum Deum Patrem.* Hieronymus adv. Lucif. *Neque enim Centurio, aut illa muliercula, quæ per duodecim annos fluxu tabescebat, in Trinitatis sacramenta crediderant: quæ post resurrectionem Christi apostolis manifestata sunt.* Fr. Lucas Brugensis in Ioan. I. 49. *Nondum (* tempore Christi)

Christi) *divulgatum erat mysterium Trinitatis, ita ut crederent Judæi expressè Messiam fore natura filium Dei, Deum de Deo, unius cum Patre substantiæ, potentiæ, ac gloriæ.* Ibidem: *Sentimus Iesum sibi reservasse mysterium Trinitatis divulgandum.* Ibid. *Iesum ne quidem discipulos suos mox ab initio Trinitatem docuisse.* Conf. quæ scribit in Matth. XXVIII. 19. Alfonsus Salmero proleg. in Euang. XI. q. 3. can. 25. Trinitatem in Vet. Test. ignotam fuisse indicat his verbis: *Sacrosanctæ Triadis mysterium nulli unquam menti, quantumcumque excellenti, & de divinis altissima speculanti pervium fuit, aut esse potuit; sed in solo Euangelio ejus patefactio, & prædicatio mysterii servata fuit:* paulò pòst scribit, *quòd in Vet. Test. articulus de mysterio Trinitatis nondum credendus proponeretur, quia ejus populus nondum poterat esse capax: in lege tamen Dei unitas contra idololatras inculcabatur: unde illud in principio legislationis,* Deut. VI. *Audi Israël Dominus Deus noster Deus unus est.* Galatinus secutus Theodoretum, & Cedrenum docet de arc. Cath. verit. cap. 1. *Sacramentum Trinitatis explicitè atque aperte revelandum ad dies Messiæ reservatum fuisse, quia Iudæi ad idololatriam, & multitudinem Deorum statuendam proclives fuerint.* Fr. Lucas Brugensis etiam in Matth. XXVIII. 19. asserit *Trinitatem personarum magis ad idololatriam & Polytheïan introducendam idoneam esse, quàm Dei unitatem.* Conf. D. Lindan. de ver. Christ. Eccles. diatr. anal. c. 44. Sic & Calovius Anticrell. §. 420. videtur fateri *Trinitatem*

ad superstitionem & idololatriam accedere. Verùm *Keckermannus* rectè agnovit futilem hanc rationem non prædicatæ Trinitatis, nec tamen commodiorem profert. Deus verus enim ab omni multitudine est remotissimus, ut mox videbimus. Deinde si ratio prædicta (ex timore saltem mali contingenter futuri petitâ) non prædicatæ veritatis, alicujus esset valoris, multò minùs in N. Test. mysterium hoc fuisset revelandum, quia scil. gentiles, (ex quibus Apostoli Ecclesiam Christi colligebant,) magis proni erant ad idololatriam, Deorumque multitudinem credendam, quàm quidem Iudæi, qui unius Dei cognitionem & venerationem per traditionem acceperant à Patriarchis, Abrahamo, Isaaco, Jacobo. Unde Petrus Skarga Iesuita super Matth. XXVIII. 19. scribit, *Petrum*, etiam *Paulum*, *& alios apostolos in prædicationibus suis reticuisse dogma de Trinitate, & divinitate Christi, ne deitate Christi patefactâ multitudinem Deorum introducere viderentur.* D. Ioan. Cochleus in tractat. 25. Vrsachen. 1529. 4°. in der 16. Vrsach: Daß die Apostel im Nahmen der Heil. Dreifaltigkeit nicht getaufft haben / auch in ihren Schrifften derselben nicht gedacht / weil es den Newgläubigen zu hoch und ungreifflich war / ob Christus schon im Newen Testament befohlen habe / seinen Aposteln Matth. 28. zu tauffen im Namen des Vaters / des Sohns / und des Heil. Geistes. Quare etiam in Symbolo Trinitatem personarum in unitate numericâ essentiæ divinæ,

Dei-

DeitatemFilii, Spiritûsque Sancti, ac æternitatem Catechumenis non propositam probavimus lib. 1. histor. Ecclef. fecul. 1. Quid, quod *Petavius* fcribit Patres Antenicænos eadem cum Ario tradidiffe, quoniam dogma de æqualitate filii & ὁμουσίᾳ cum Patre & Deitate Spiritus Sancti, ante Arianam procellam & feculum quintum non fuerit patefactum ac conftitutum: Vide noftr. hiftor. Ecclef.

℣. 36.] Marcus h. l. XII. 29. addit illud Deut. VI. 4. *Audi Ifraël Dominus Deus tuus, Deus* (al. *Dominus*) *unus eft*. De quo Auguftinus Chifamenfis epifcopus in annotationibus fuis: *Non eft*, inquit, *hoc loco filentio prætereundum, quòd Rabbi Mofes Ægyptius, primus Hebræorum fcriptor carpit Chriftianos, eosque longâ fubfannatione deridet, Chriftiani, inquit, colligunt Trinitatem ex ifto loco: primùm enim tres exprimuntur perfonæ, cùm dicitur Dominus Deus Deus. Ter enim ibi divinum nomen repetitur: poftea innuitur Trinitas, cùm dicitur unus eft. Productis autem his verbis, multis probris in nos invehitur. Potuit quidem effe, ut aliquis infulfior è noftris, quorum plurimi reperiuntur, id Judæo illi dixerit. Iam multi divinarum literarum imperiti ex his locis Trinitatem colligunt, ex quibus colligi non poteft.* Irenæus IV. 2. *quem & prophetæ prædicârunt, quem & Chriftus Patrem fuum confeffus eft, quem & lex annunciat dicens: audi Ifraël Dominus Deus tuus, Deus unus eft.* Et quidem Deus *fummè unus* eft. Coppenft. Geneal. Luth. Calv. p. 1. q. 3. *Summa unitas* dicitur Marfilio

Ficino lib. 2. Theol. Platon. *Vnitas simplicissima, actusque purissimus*, eidem comment. in conviv. Plat. or. 2. cap. 3. ἑνὰς αὐτοτελὴς, *unitas perfectissima* Proclo inst. Theol. cap. 114. & 65. *maximè una substantia divina, perfectissimè una, imò perfectissima unitas*: Der-Kenni de Deo disp. 2. §. 14. 15. 16. Platonicis, & Assyriis *idem est ipsum unum, quod Deus ille*. Victor. lib. 3. contra Arian. *Deus*, inquit, *est unus plus quam numero, quia in his rebus, quæ dicuntur esse unum numero, licet semper reperire aliquam multitudinem, at in essentiâ divinâ non licet*. Boëthius de Trin. de Deo loquens dicit, quod *hoc verè unum est, in quo nullus est numerus*. At Basilius ep. 141. *Non*, inquit, *unus est numero Deus*. Vide Exod. VIII. 10. IV. 3. 5. XXXII. 39. 1. Sam. II. 2. 2. Sam. II.22. XXII. 32. 1. Reg. VIII. 23.60. 2. Reg. V. 15. XIX. 15. 19. 2. Par. VI. 14. Nehem. IX. 6. Iob. XXXIII. 13. Psalm. XVIII. 32. LXXXIII. 19. LXXXVI. 8. 10. Esai. XLI. 4. XLIII. 10. XLIV. 6. 9. 24. XLV. 5. 6. 7. 14. 21. 22. XLVI. 9. XLVIII. 1. 2. Ierem. X. 6. Dan. III. 29. Hos. XIII. 4. 5. Ioël. II. 27. Zach. XIV. 9. Malach. II. 10. Iudith IX. 15. Sapient. XII. 13. Eccli. I. 7. 2. Macc. VII. 3. 7. Matth. XIX. 17. XXIII. 9. Marci X. 18. XII. 32. Ioan. XVII. 3. Rom. III. 29. 30. 1. Cor. VIII. 4. 5. 6. XII. 4. 5. 6. Gal. III. 20. Eph. IV. 6. 1. Tim. II. 5. 6. VI. 15. 16. Iacob. II. 19. IV. 12. Apoc. I. 8. XXI. 6. XXII. 13. Dan. VII. 9. XI.

. XI. 38. Matth. XXIV. 36. Marci XIII. 32. Ioan. V. 44. Rom. XVI. 27. 2. Cor XIII. 13. 1. Tim. V. 21. Hebr. XII. 23. 24. Iud. 4. Apoc. IV. & V. Athenagoras Apol. docet quòd *Christianorum unus Deus rationibus, doctrinâ, & testimoniis Spiritûs S. nitatur.* Clemens protrept. *Scripturam*, ait, *apertè clamare unum esse Deum.* Vide Origen. hom. 14. Gen. Pseudo-Iustinus Martyr in exp. fidei: *Unum Deum colere nos divinæ scripturæ docent.* Irenæus II. 3. ipse Paulus vocat *unum Deum Patrem Domini nostri Iesu Christi.* 12. *Christus ipse fatetur unum Patrem, & factorem mundi, & plasmatorem hominis, qui à lege & Prophetis annunciatus sit, & hunc esse super omnia Deum.* 66. *Prophetas unum Deum & Dominum ipsum factorem cœli & terræ prædicâsse, & Apostolos unum cum Prophetis Deum annunciâsse.* III. 1. *omnes apostolos unum Deum factorem cœli & terræ à lege & Prophetis annunciatum prædicâsse.* 6. *In scripturis*, inquit, *nemo alius nominatur Deus, nisi solus verus Deus Pater omnium: nec Dominus, nisi ejus Verbum.* Unum autem solum illum ingenitum Deum Patrem Iesu Christi Patres agnoscebant, de quo alibi.

℣. 39. *Secundum simile priori.*] Simile est, non æquale. Vide Chrysost. opus imperfect. in h. l. Luc. X. 29.

Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν:] Barnabas epist. Cathol. part. 2. cap. 1. ita legit: ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὑπὲρ τὴν ψυχήν σου. Interpretationem vocis *proximi* vide Luc. X. 29.

 ex

ex Chryſoſt. in Matth. op. imp. Origen. in Luc. & Roman.

℣. 45. *Quomodo David eum in Spiritu Dominum vocat, cùm dicit: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis?*] Tertullianus contra Prax. dicit hæc verba: ut & Eſai. XLV. 1. *Hæc dicit Dominus Domino meo Chriſto*: Spiritum ex tertiâ perſonâ dicere ad Patrem, vel potiùs de Patre & Filio. Similiter Euſebius dem. Euang. V. 3. 4. Ἐπεὶ θεοῦ γε πνεύματι τὰ τῆς προφητείας ἡμῖν εἰρῆσθαι πεπίστευται, ὅρα εἰ μὴ αὐτὸ δὴ τὸ ἐν τῷ προφήτῃ πνεῦμα ἅγιον, ἑαυτοῦ κύριον δεύτερον μετὰ τὸν τῶν ὅλων ἀναγορεύει· εἶπε γὰρ φησὶν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου. — Μονονουχὶ ἑρμηνεύων τὴν λέξιν, ὡς οὐ μόνον τοῦ Δαβὶδ κύριον αὐτὸν ἀναγορεύουσαν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῦ ἐν προφήτῃ πνεύματος. — Τὸ πνεῦμα τὸ προφητικὸν, τοῦτο δὴ ἡμῖν εἶναι πεπίστευται τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὁμολογεῖ τοῦτον εἶναι κύριον, — καὶ οὐκ ἀπολύτως, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοῦ Κύριον. *Siquidem omnis Prophetia Spiritu Dei prædicta eſt: ita ipſe Spiritus Sanctus, qui erat in Prophetâ, Filium dicit ſui ipſius Dominum ſecundum, poſt univerſorum Dominum. Non itaque ſolùm Davidis; ſed & ipſius Spiritûs Sancti Dominus eſt, dicit enim: Dixit Dominus Domino meo. — Ferè interpretans* (Chriſtus ſcil.) *dictionem, ut non ſolùm Davidis Dominum ipſum prædicantem; ſed & Spiritûs, qui erat in Prophetâ &c. Spiritus Propheticus, qui à nobis Spiritus ſanctus eſſe creditur, confitetur eum eſſe Dominum, & quidem non abſolutè, ſed & ſui ipſius Dominum.* Chryſoſtomus oper. imp. hom. 42. *Numquid*, inquit,

poterat

poterat Dominus ejus esse: qui ex eo fuerat nascitu-rus? Puto hanc interrogationem non solum contra Pharisæos, sed etiam contra hæreticos posuit. Nam secundùm carnem verè filius erat David: Dominus autem secundùm divinitatem. Si ergò secundùm carnem dixerunt Christum Dominum David, aut secundùm carnem jussus est sedere ad Patris dexteram, sicut hæretici putant æqualitatis mendacium componere festinantes. Numquid Christus David se filium denegâsset, nisi quia post David futurus esset. Nam filius potest nobis esse, qui post nos futurus est. Dominus autem non potest esse, nisi qui aut nobiscum est, aut ante nos est. Christus ergò secundùm carnem post David est; secundùm divinitatem autem ante David. Ergò illum significabat Dominum suum, illum significabat jubendum sedere, qui jam tunc erat unigenitus Dei. Illam autem interpretationem, quam Chrysostomus reprehendit, amplexantur Hieronymus in h. l. Psalmi. Augustinus. Vigilius lib. V. contra Eut. Ioan. Cantacuzenus in apol. 1. contra Mahumet.

CAP. XXIII.

℣. 23. Τὴν κρίσιν καὶ τὸν ἔλεον καὶ τὴν πίστιν:] Hæc tria accurate sunt distinguenda. Κρίσις enim vel κρίμα, Ebræis משפט denotat jus strictum: πίστις, quod quidem debetur; sed nonnisi ex honestate vel æquitate, dicitur etiam δικαιοσύνη, Ebræis צדקה, secundùm *Grotium*. Mihi etiam videtur dici אמת veritas. אמת itaque idem est quod צדקה. (Plato apud Eusebium præp.

Euang. XII. 2. ἐϛὶ δ' ὡς φησι Θέογνις, ἀύλη πιϛότης ἐν τοῖς δεινοῖς, ἥν τις δικαιοσύνην ἂν τελείαν ὀνομάσειε. πιϛότης autem & πίϛις Eusebio æquivalent:) Ἔλεος vel ἐλεημοσύνη, Ebræis חסד, est *superabundantia charitatis* vel *bonitatis*, quæ nullo modo debetur. Sæpius tamen duo posteriora confunduntur. Nam & Rabbini vocem צדקה interpretantur *Eleemosynam*, & *gratiam*, & sæpe pro iisdem ponuntur ἔλεος, ἐλεημοσύνη, ἀλήθεια, (Ebr. אמת idem quod) πίϛις, δικαιοσύνη, ἀγάπη. Vide Esai. XVI. 5. & Proverb. I. 3. III. 3. 16. XII. 23. XIV. 22. 23. 24. XV. 6. 29. 30. 33. XVI. 6. 8. XIX. 22. 28. XX. 6. 28. XXI. 3. 21. XXVIII. 6. 20. In plurali etiam sæpissimè leguntur in sacris ἐλεημοσύναι, πίϛεις, δικαιοσύναι, ἀγάπαι, &c. Construuntur autem cum verbo ποιεῖν. Ita dicitur ποιεῖν πίϛεις, ἐλεημοσύνην, δικαιοσύνην, κρίσιν, &c. Ex dictis elucescit, quomodo horum opposita ἄπιϛος, ἀνελεήμων, & similia sint interpretanda. Ἄδικος præteterea denotat non solùm iniquum; sed & eum qui injuriam infert.

℣. 29. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta justorum.* ℣. 30. *Et dicitis, quia si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in sanguine prophetarum:*] Chrysostomus op. imp. hom. 45. *Si*, inquit, *non trinitatem ejusdem substantiæ confitentes martyres passi sunt*, *"quare"* (al. *"qualiter aut quare"*) *eos quasi sanctos colunt, qui unum ingenitum, & unum genitum; & unum*

unum Spiritum (al. add. *Sanctum*) *crediderunt? Si autem martyres colunt, quasi qui veram confessi sunt fidem, quare persequuntur eos, qui fidem prophetarum & martyrum confitentur? Pharisæi ergò hæretici sunt, qui à verâ fide præcisi sunt. Pharisæi enim præcisi intelliguntur. Ipsi enim sunt qui martyria ædificant & prophetarum & martyrum, nomina eorum colunt, & præcepta blasphemant: memoriam honorant, & fidem condemnant.* Alludit hîc *Chrysostomus* ad Clementem Romanum, Ignatium, Iustinum, Irenæum, Theophilum Antiochenum, Tertullianum, Origenem, Cyprianum, Dionysium Alexandrinum, Pierium, Pamphilum, Lucianum, ut & ad Constantinum M. Basilium Amasiensem, & Ancyranum, Marcum Arethusium, Georgium Cappadocem, Eusebium Emesenum, Liberium, Felicemque II. PP.

℣. 30. *Si in diebus Patrum nostrorum fuissemus, socii eorum non fuissemus in sanguine Prophetarum:*] *Sic & hæretici quando colunt prophetas, & apostolos, & martyres, qui a Patribus eorum, id est à Iudæis vel à Gentibus persecutionem passi sunt & occisi, condemnare videntur acta suorum Patrum, id est Iudæorum, atque Gentilium & dicere, quia si fuissemus in diebus illorum, non fuissemus socii eorum in sanguine prophetarum, apostolorum, & martyrum.* Ita Chrysost. op. imp. d. l.

℣. 31. *Itaque testimonium redditis vobis quia filii estis eorum, qui occidunt prophetas:*] *Secundùm hæc ergò & hæretici sibi testimonium dant, quia filii sunt*

 Iudæo-

Judæorum, atque gentilium, qui persecuti sunt prophetas & apostolos & martyres. Quomodo? Ipsa quidem opera facientes in Christianos, quæ fecerunt Judæi atque gentiles in prophetas & apostolos & martyres. Nunquid Prophetæ & apostoli aut martyres persequentes volebant aliquem fieri suum? Nunquid terroribus carnalibus aut promissionibus mundialibus aliquem credere suadebant? Nec enim est fides, quæ ex necessitate timoris procedit; aut desiderio muneris alicujus terreni. Sed bene docentes, & meliùs viventes: ut & verbis docerent, & factis: non minas proponebant carnales; sed futurum Dei judicium exponebant. Nec mundialia bona; sed regna cœlestia hominibus promittebant. Si hæc faciunt hæretici: verè filii sunt prophetarum & apostolorum & martyrum, qui ita fecerunt. Si autem alios persequuntur, alios terrent, aliis promittunt, aliorum bona diripiunt, aliis autem donant, sine dubio ipsi de se testimonium dant, quia filii non sunt prophetarum & apostolorum & martyrum: Chrysost. op. imp. h. l.

℣. 32. *Et vos implete mensuram patrum vestrorum:*] Chrysostomus l. cit. *Consequenter hæreticis dicit hoc: quando vides eos confitentes ac dicentes, quia filius de ipsâ Patris substantiâ processit: sicut & omnis filius corporalis de corpore Patris, & actum carnalem applicantes spiritui impassibili & invisibili: cognosce quia mensuram implent Patrum suorum Gentilium. Et illi enim tales Deos colebant, qui secundùm carnem & generabantur & generabant. Quando enim vides hæreticos, tres per omnia æquales dicentes, ejusdem esse substantiæ, ejusdem esse auctoritatis,*

oritatis, sine principio omnes hos, non aliquâ parte istantes à se, non mireris, implent enim mensuram atrum suorum gentilium; quoniam & illi similiter ultos Deos colebant. Quando vides eos tres unum Deum dicentes, & ipsum esse Deum Patrem, ipsum Deum filium, ipsum Deum Spiritum sanctum, non ireris, &c.

℣. 33. *Serpentes.*] *Filii illius serpentis, ad quem Dominus in personâ Diaboli & Ecclesiæ dicit: Ecce go pono inimicitiam inter te & mulierem, &c. Propter quam sententiam Domini inter Christianos & hæreticos pax non potest esse. Si ergò filios Ecclesiæ non persequuntur hæretici, nec adversantur, & ipsi sunt 'ii Ecclesiæ. Si autem persequuntur semen, sunt serpentis illius, cujus semen inimicitias exercet, adversus semen Ecclesiæ. Nam & ipsi qui genimina sunt rpentis, similiter sicut & ille, super ventrem suum & pectus suum repunt, & terram manducant. Super ventrem quidem & pectus, quoniam quicquid aciunt, propter ventrem suum faciunt, & propter anam gloriam pectoris sui. Terram autem comedunt, uoniam neminem lucrantur & capiunt in perfidiâ uâ, nisi eos qui in terrâ sunt, id est carnales homies. Spirituales autem viros seductio non consumit. Non solùm autem serpentes sunt; sed & viperæ vel*

Genimina viperarum:] *quia ut viperæ rumpentes viscera matrum nascuntur; sic & auctores hæresum, umpentes fidem matris Ecclesiæ processerunt ad principatum.* Chrysost. op imp. d. l.

Quomodo fugietis à judicio gehennæ?] *Nunquid epulchra sanctorum ædificantes? Nunquid liberabunt os sancti, quorum monumenta ornatis? Ecclesias*

judicatis

judicatis non Ecclesiasticæ Christianitatis fidem tenentes, scripturas legentes, non scripturis credentes, prophetas & apostolos & martyres nominantes, nec confessiones eorum sequentes. Chrysost. d. l.

℣. 34. *Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes, & scribas,*] *id est apostolos:* ibid.

& ex ipsis occidetis & flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de civitate in civitatem:] *Qui sunt filii prophetarum & apostolorum & martyrum, persecutionem patiuntur semper, & qui sunt filii Iudæorum atque gentilium, persequuntur semper:* Chrysost. op. imp. h. l.

℣. 35. *Vsque ad sanguinem Zachariæ filii Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare:*] *Zachariam dicit Patrem Ioannis: de quo per scripturas quidem Canonicas ostendere non possumus, nec quoniam filius fuit Barachiæ, nec quia scribæ & pharisæi interfecerunt eum inter templum & altare. Sed venit ad nos quædam traditio talis, quasi sit aliquis locus in templo, ubi virginibus quidem consistere licet, & orare Deum: expertæ autem thorum viri'em, non permittebantur in eo consistere. Maria autem postquam genuit Salvatorem, ingrediens adorare stetit in eo virginum loco: prohibentibus autem eis, qui noverant eam jam filium genuisse, Zacharias stetit, atque dixit prohibentibus eam, quoniam digna est virginum loco, cùm sit adhuc virgo. Ergò quasi manifestissimè Zachariam adversus legem agentem, & in loco virginum permittentem stare mulierem, occiderunt inter templum & altare viri generationis illius.* Hæc Origenes. Verùm Hieronymus de hac traditione

ditione scribit: *quia de scripturis non habet autoritatem, eadem facilitate contemnitur, quâ probatur.*

ỽ. 36. *Venient hæc omnia super generationem istam:*] Chrysost. op. imp. h. I. *Omnium enim iniquorum & persecutorum & homicidarum à Cain usque ad finem una generatio est, & si non sunt omnes in tempore uno. Omnes tamen sunt filii persecutoris & homicidæ illius Cain: ideo & alibi dicit: Amen dico vobis, non transibit generatio hæc donec omnia fiant: Sic post Cain persecutorem Abel facti sunt gigantes persequentes filios Seth. Post hos Cananæi persequentes filios Sem, ex his orti aliemgenæ persequentes Iudæos. Post istos Iudæi ipsi persecuti sunt Christum & Apostolos, destructis Iudæis gentiles persecuti sunt Ecclesiam, & postquam gentiles transierunt, ex ipsâ Ecclesiâ surrexerunt hæretici, qui persequuntur Ecclesiam. Sed generatio ipsa stat. Nam de generatione Iudæorum & gentium, sunt hæretici isti, ideo & mores, & perfidiam sequuntur eorum, &c.*

ỽ. 37. *Hierusalem, Hierusalem:*] *Vt autem hæc eadem hæreticis coaptemus: Hoc intelligite semper Ecclesiam, quæ Civitas pacis dicitur, cujus fundamenta posita sunt super montes scripturarum. Vt ergò illi Iudæi spirituales egressi crediderunt in Christum, illi autem qui erant Hierusalem corporales erant manentes in corporali judaismo persequentes spirituales Iudæos, id est Apostolos, cæterosque ex circumcisione credentes. Sic & de istâ novâ Hierusalem, id est de Ecclesiâ, qui spirituales Christiani fuerunt,* relictâ

relictâ corporali Ecclesiâ, quam perfidi occupaverunt violentiâ, exierunt ab illis. Magis autem exierunt à nobis, sicut Ioannes exponit. Ille enim de Ecclesiâ exire videtur, non qui corporaliter exit; sed qui spiritualiter veritatis Ecclesiasticæ fundamenta relinquit. Nos enim ab illis eximus corpore; illi autem à nobis animo. Nos ab illis eximus loco: illi à nobis fide. Nos apud illos reliquimus fundamenta parietum: illi apud nos reliquerunt fundamenta scripturarum. Nos ab illis egressi sumus secundum aspectum hominum: illi autem à nobis secundum judicium Dei. Ideo & illi corporales Christiani persequuntur nos spirituales. Idem. Conf. verba Hilarii quæ allegabuntur cap. XXIV. vers. 15.

Quæ occidis prophetas, & lapidas &c.] *Non dixit, quæ occidisti & lapidâsti. Nam hæreticorum Ecclesia non solum persecuta est patres nostros, & persequi jam cessavit; sed eadem filii eorum faciunt nobis, quæ patribus nostris fecerunt patres eorum.* Idem.

ỷ. 38. *Relinquetur vobis domus vestra deserta:*] *Ex quo de Ecclesiâ corporali exivit spiritualis, id est Christus, id est de populo, qui videbatur Christianus & non fuit, domus eorum est deserta. Quia præcisi à Domino vivere non possunt, sicut nec membra à corpore præcisa. Deserta est non à malis, sed à sanctis, id est à fide & gratiâ. Nam homo qui Dei non est, mortuus est; sic Ecclesia licèt abundet hominibus, nisi boni sint, vacua est.* Idem. Origenes tract. 26. *Domus*, inquit, *vestra, id est anima vestra & corpus.* Apostolos autem id de

templo

templo Hierosolymitano corporali intellexisse docet versus 1. cap. XXIV.

CAP. XXIV.

ỷ. 3. *QVod erit signum adventus tui & consummationis seculi.*] *Sicut ergò fuit Hierusalem corporalis expugnata, sic Hierusalem spiritualis, id est Ecclesia Christi, quæ in fine mundi tentanda est, & jam tentatur: & sic illa designant carnaliter destructionem Hierusalem, & spiritualiter tentationem, id est consummationem futuram, ideo ad utramque porrige dexteram.* Chryſ. op. imp.

ỷ. 4. 5. *Videte nequis vos seducat, &c.*] *In consummatione gentis Iudææ Hierusalem destructa est, quæ tamen videbatur esse Hierusalem, non autem vera erat. In consummatione autem mundi non ea quæ una erit Ecclesia aut desolata aut desolanda est, adhuc tamen illa quæ videbatur Ecclesia, non autem quæ vera vel una erat aut est. — Hæc tantum Patribus nostris dixit, qui fuerant antequam tentaretur Ecclesia, quia ventura erant hæresis, & multa mendacia dicentes. Ego sum Verbum Dei Christus. Et hæc signa fuerunt expugnationis Ecclesiæ. Et factum est vere postquam ex tempore Theodosii prævaricantibus multis expugnaretur Ecclesia, multa dogmata præcesserunt ex tempore Constantini dicentia: hoc est verbum Dei. Per quæ signa intelligere poterunt* (pro: *potuissent patres nostri*) *periclitaturam esse Ecclesiam Christi, si propheta* (melius *prophetia*) *ante intelligi potuisset.* Idem.

Ἐγώ εἰμι ὁ χριστὸς· καὶ πολλοὺς πλανήσουσι.] Alexander Alex. apud Socr. l. 6. ita legit: ἐγώ

εἰμι·

εἰμι· καὶ ὁ καιρὸς ἤγγικε, καὶ πολλοὺς πλανήσουσι. μὴ πορευθῆτε ὀπίσω αὐτῶν.

℣. 6. *Audietis prælia & opiniones* (al. *auditiones* secundum græcum) *præliorum*; *sed nolite turbari, oportet enim hæc omnia fieri; sed nondum est finis*: Annunciavit hæresim quam Antichristus faciet in fine circa Christianos perituros, nam excitans Diabolus errorum scandala, non statim oppressit Ecclesiam; sed prius per diversa loca schismata excitavit: ut puta quomodo in illâ civitate hæc prædicavit, & sic audiebantur à Christianis schismata: donec veniatur ad hæreses omnibus pejores: sic in illis non erat opus Christianis turbari, quia oportebant hæc fieri. Nam Christus dixit Apostolis: oportet inter vos hæreses esse, ut probati manifestentur. — Verum in illis auditionibus schismatum patrum nostrorum non fuit finis, sed postea Ecclesia est debellata ad prævaricationem, alii seducti, alii coacti, ideo dicit, nolite turbari, sive tunc auditione carnalium præliorum, sive spiritualium. Chrysost. op. imp. de hæresibus etiam interpretatur hæc Origenes tract. 28.

℣. 7. *Insurget gens contra gentem.*] Nunc, non temporibus Apostolorum, vel obsidionis Hierusalem, hæresis super hæresim insurrexit, nam tunc insurgunt hæreses, quando non eodem modo sapiunt, ideo surget gens contra gentem, & magis surget hæresis contra veritatem Ecclesiæ. Unde tunc omnes adversabantur Judææ, quia non erant ejusdem moris, sic modò hæresis hæresi, quia non sunt ejusdem pravitatis; sed omnes adversantur Ecclesiæ. Sic &

hæresis Homousianorum non solum Christi Ecclesiæ adversatur, sed & omnibus hæresibus non similiter sapientibus. (videtur hoc loco Chrysostomus alludere ad locum Origenis tr. 29. in Matth. *unumquodque hæresum dogma non solum veritati adversatur; sed etiam cæteris dogmatibus similiter falsis.*) *Et ideo Diabolus multas causas erroris induxit, ut multipliciter Ecclesia Christi circumveniatur, ut pars pereat per illam sapientiam, pars per istam.* Chrysost. op. imp. Quòd autem per gentes hæreses sint intelligendæ egregiè probat versu 9. Similiter Origenes tr. 28.

ỷ. 10. *Et tunc multi scandalizabuntur, & tradent invicem, & odio habebunt invicem:*] *Hinc patet, quòd non loquitur de tempore Apostolorum, quia tunc pauci scandalizabantur, pauci Christiani odium habebant inter se, quia tunc erat cor unum & anima una*, &c. *Nunc tradiderunt & tradunt, & se odiunt, ut nec in duobus puram invenies charitatem.* Chrysost. op. imp.

ỷ. 11. *Et multi Pseudoprophetæ exsurgent, & seducent multos:*] *Alii*, &c. *Sed hæc talia sursum sunt signa, & insipientes fallunt. Alii vehementer seducunt, quoniam etsi mendaciter, tamen Christum prædicant: fidem annunciant, Ecclesias habent, & ordines clericorum sicut fideles, sic lectiones legunt divinas, eadem sacramenta habere videntur baptismi & Eucharistiæ cum Christianis, similiter sanctos Apostolos & martyres colunt, & ideo omnia opera Christianorum facientes, valdè tenebrescere faciunt mentes, non solum mediocrium*

 hominum;

hominum ; sed etiam sapientium & eruditorum. Quem ex parte non moveat Antichristus faciens opera Christi, & Antichristianus officia universa explens Christianorum ? nisi forte illum, qui considerat (ita locus restituitur :) *quod ait Apostolus: Cum ipse Satanas transfigurat se in Angelum lucis. Quid magnum est illud, & si ministri ejus transfigurantur sicut ministri justitiæ. quorum finis erit secundum opera eorum, non secundum schema Christianitatis eorum. Multos, inquit, seducent, non omnes, quia* &c. Idem.

℣. 13. 14. *Qui permanserit in finem, hic salvus erit:*] *Quomodo audent hæretici facere persecutiones, aut quomodo non erubescunt persecutiones facere, quod hic dicitur qui perseveraverit ? persecutionem patientibus loquitur. Numquid persequentibus vel seductis Christianis, vel seductoribus prophetis? Sicut* (adde *medicamentum*) *non sanis, sed infirmis, sic consolatio non periculum facientibus, sed periclitantibus datur, & prædicatur in universo orbe. Econtra tempus manifestius addit. Primum,* inquit, *prædicabatur Euangelium ; quando illa bella corporalia movebantur contra Hierusalem, adhuc initiabatur Euangelium, nam usque ad tempus Christiani Regis, etsi non prædicantibus quibusdam de gente in gentem, tamen notitia pervenit ad omnes.* &c. Idem. Imò D. Paulus Româ scribit ad Coloss. I. 23. Euangelium jam fuisse prædicatum omni creaturæ, quæ sub cœlo est.

℣. 15. *Cum ergò videritis abominationem desolationis, quæ dicitur per Danielem, stantem in loco*

sancto:]

ſancto :] *Id eſt exercitus Antichriſti, qui ſunt omnes hæreſes, præcipuè illa quæ habet vel obtinuit locum Eccleſiæ, ita, ut videatur ſtetiſſe quaſi verbum veritatis, cum non ſit verbum veritatis; ſed abominatio deſolationis. Et ſtetit abominatio, id eſt exercitus Antichriſti, qui multas animas reddidit deſolatas à Deo, & hoc eſt quod dicit Apoſtolus. Qui extollitur & adverſatur ſupra omne quod dicitur aut colitur quaſi Deus. Et ſic omnes malæ hæreſes, quæ prius audiebantur, pòſt ſteterunt in loco ſancto deſolantes Eccleſiam Chriſti, ex quo datâ ſibi licentiâ ceperunt omnes Eccleſias. Quæ enim præceſſerunt à tempore Conſtantini, uſque ad tempus Theodoſii abominationem diximus. Deſolationes* (al. *abominationem deſolationis*) *verò eſſe hanc ipſam hæreſim, quæ occupavit ſancta Eccleſiæ loca, & multos deſolavit à fide, & ipſum exercitum Antichriſti, aliaſque hæreſes quæ cœperunt publicè habere Eccleſias locum obtinentes Eccleſiæ ſanctum. Siquis verò auditiones præliorum, fames & peſtilentias intelligat omnia hæc mala ſpiritualia facta à tempore Theodoſii uſque nunc : abominationem deſolationis intelligat eſſe Antichriſtum, qui veniet & habebit loca ſancta ſub Chriſti ſpecie, & multos deſolabit, & hæreſis præterita & tunc futura, dicitur exercitus Antichriſti. — Nam ſacrificium Chriſtianorum tollendum eſt ab Antichriſto. Confugientibus enim Chriſtianis ante eum per loca deſerta non erit qui aut Eccleſiam intret, aut Deo ſacrificium offerat,* &c. Idem. Conf. Hieron. q. 4. ad Algaſiam, & Hilar. h. l. & ad Conſtant. Idem ad Auxentium,

F 2 *Cavete,*

Cavete, inquit, *Antichristum; male vos parietum amor cœpit, male Ecclesiam in tectis, ædificiisque veneramini: male sub his pacis nomen ingeritur; anne ambiguum est, in his Antichristum esse sessurum?*

℣. 16. *Tunc qui in Iudæâ sunt, fugiant super montes:*] *id est, qui sunt in Christianitate, conferant se ad scripturas, montes sunt scripturæ Apostolorum aut prophetarum. Et quare jubet in hoc tempore omnes Christianos conferre se ad scripturas? quia in hoc tempore Antichristi, ex quo hæresis Ecclesias & altaria obtinuit, nulla probatio esse potest veræ Christianitatis, vel refugium aliud Christianorum volentium agnoscere fidei veritatem, quàm scripturæ divinæ. Quare? quia omnia hæc, quæ sunt propriè Christi in veritate, habent & hæreses in schismate, similiter ecclesias, similiter scripturas divinas, similiter episcopos, cæterosque ordines clericorum, similiter baptismum, eucharistiam, & cætera omnia, denique ipsum Christum. Volens ergò quis cognoscere, quæ sit vera ecclesia, unde aut quomodo cognoscat, in tantæ confusione similitudinis, nisi tantummodo per scripturas. — Qui ergò vult cognoscere quæ sit vera ecclesia Christi, unde cognoscat nisi tantummodo per scripturas. — Sciens ergo Dominus tantam confusionem rerum in novissimis diebus esse futuram: ideo mandat ut Christiani, qui sunt in Christianitate, volentes firmitatem accipere fidei veræ, ad nullam rem fugiant nisi ad scripturas. alioqui si ad alias respexerint, scandalizabuntur, & peribunt, non intelligentes quæ sit vera ecclesia. & per hoc incident in abominationem desolatio-*

ſolationis, quæ ſtat in ſanctis eccleſiæ locis. Hæc Chryſ. op. imp. hom. 49.

℣. 19. Ταῖς θηλαζούσαις:] *lactantibus.* Origenes teſtatur in multis codicibus lectum: *Væ ſugentibus*, id eſt, *lactentibus*. Hieron. q. 4. ad Algaſ. *Quod*, inquit, *quidem juxta literam de adventu Antichriſti prædicari nulli dubium eſt: quando perſecutionis magnitudo compellit fugere, & graves uteri parvulique lactentes fugam retardant. — Cùm viderint abominationem deſolationis ſtantem in eccleſiâ, & Satanam transfigurari in angelum lucis. — Hæ igitur animæ, quæ necdum pepererunt, ſive quæ necdum potuerunt quæ generata ſunt alere: cùm viderint ſermonem hæreticum ſtantem in eccleſiâ, cito ſcandalizantur & pereunt: & in tempeſtate atque perſecutionibus permanere non poſſunt. — De hac abominatione hæreticæ, perverſæque doctrinæ, dicebat Apoſtolus, quòd homo iniquitatis & adverſarius elevet ſe contra omne quod dicitur deus, & religio, ita ut audeat ſtare in templo Dei, & oſtendere ſe quòd ipſe ſit tanquam deus.*

℣. 29. *Stellæ cadent de cœlo:*] Quia Aſtronomi demonſtrant ſtellas multoties terrâ majores eſſe, imò juxta hypotheſin *Hevelii* vel minimæ apparentiæ ſtella aliquoties mille vicibus ſuperat magnitudinem terræ, utique verba Chriſti ſenſu literali intelligi nequeunt, & neceſſe eſt, ut allegoricè interpretemur *ſtellas*, *doctores*; cadentes *de cœlo*: i. e. *de verâ fide.*

℣. 30. *Super nubibus cœli:*] nubes Matth. XVII. 5. denotat Spiritum ſanctum.

Cum virtute multâ :] id est, cum multis sanctis Angelis, ut patet ex locis parallelis : Matth. XVI. 27. Marci VIII. 38. Matth. XXV. 31. Luc. IX. 26. & aliàs sæpiùs. Virtutes enim sunt certus ordo sanctorum spirituum. Istud καὶ δόξης aliàs deest.

℣. 34. *Non transibit generatio hæc* :] i. e. Judæorum. Meliùs tamen interpretatur Chrysostomus op. imp. XXIII. 36.

℣. 36. Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, οὐδὲ ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατήρ μου μόνος :] Falsò hæc verba οὐδὲ ὁ υἱὸς in modernis codicibus rejiciuntur, tum quia in quibusdam græcis, latinisque codicibus tempore Hieronymi lecta fuerunt, tum quia & Marcus XIII. 32. ea legit. Marcus autem non autor est sui, sed Matthæi Euangelii epitomator : quomodo itaque addidisset, quod in Matthæo non reperisset. Certè alius fuit epitomator Matthæi, qui primus hæc verba salvâ fide Catholicâ abesse posse judicavit. Ex Patribus quoque legunt ista verba in Matthæo Origenes tract. 30. in Matth. Hilarius Can. 26. in Matth. ut & Chrysostomus in Matth. & homil. 50. oper. imp. in Matth. Quare, *Erasmus*, & eum secutus *Casaubonus* rectè putant h. l. resecta esse verba, ne Arianis essent ansa confirmandi Filium esse Patre minorem. Illi verò, qui contra Socinianos arguentes ex hoc loco Filium non esse summum Deum, respondent Filium juxta humanam naturam dixisse se ignorare, impli-

implicant ſe hæreſi Agnoitarum . de quibus plurimi hiſtorici ſcribunt, eos aſſeruiſſe Filii humanitatem ignorare diem judicii. Irenæus l. II. c. 48. *Ipſe*, inquit, *Filius Dei manifeſte dixit, de die autem illâ & horâ nemo ſcit, neque filius, niſi Pater ſolus. Si igitur ſcientiam diei illius filius non erubuit referre ad Patrem; ſed dixit, quod verum eſt, neque nos erubeſcimus quæ ſunt in quæſtionibus majora ſecundùm nos, reſervare Deo:* & c. 49. *Siquis*, ait, *exquirat cauſam, propter quam in omnibus Pater communicans Filio, ſolus ſcire & horam & diem judicii à Domino manifeſtatus eſt, neque aptabilem magis, neque decentiorem, nec ſine periculo alteram, quàm hanc inveniat in præſenti: quoniam cùm ſolus verax Magiſter eſt Dominus, ut diſcamus per ipſum, ſuper omnia eſſe Patrem. Etenim Pater*, ait, *major me eſt, & ſecundùm agnitionem itaque præpoſitus eſſe Pater annunciatus eſt à Domino noſtro.* Tertullianus de reſurrect. *diem ultimum*, inquit, *& occultum: nec ulli præterquam Patri notum.* Origenes l. IV. Periarchon allegante Hieronymo ad Avitum. *Curioſius*, inquit, *lector inquirat, utrum ita à ſemetipſo cognoſcatur Pater, quomodo cognoſcitur à Filio: ſcienſque illud quod ſcriptum eſt: Pater qui me miſit, major eſt omnibus: verum eſſe contendet: ut dicat, & in cognitione Filio Patrem eſſe majorem, dum perfectiùs & puriùs à ſemetipſo cognoſcitur, quàm à Filio.* Et Chryſoſtomus homil. 50. op. imp. *Multi*, ait, *homines, maximè qui videntur docti, conſiderantes hunc locum non deberent eru-*

bescere aliquid mysteriorum Dei se ignorare, cùm legant ipsum Christum non erubescentem suam ignorantiam confiteri ad respondendum: quia de die illâ & horâ nemo scit, neque angeli, neque filius, &c. *Et ne propter dispensationem humanam æstimetur scire se negâsse, non dixit, neque filius hominis*, &c. *Nam inter filium Dei & filium hominis nihil interest.* Hæc Chrysostomus. Sanctorum autem Angelorum multitudo Apoc. I. 4. septem spiritus dicuntur. Cæterùm scire velim ob quam rationem scienti Patri non sit adjunctus Spiritus sanctus.

℣. 40. *Duo erunt in agro, unus assumetur & alter relinquetur:*] Origenes, *Nec enim*, inquit, *possumus dicere spiritum mali hominis non assumi: quia didici apud Ecclesiasten de omni spiritu, quoniam convertitur ad Deum, qui dedit eum: sicut & de omni carne, quoniam revertitur ad terram unde sumpta est: & sicut ipse Dominus docuit nos ut timeamus eum, qui corpus & animam potest perdere in gehennam: & ex eo quòd nihil de spiritu dixit, evidenter ostendit quoniam spiritus cum corpore vel animâ peccatrice non simul punitur. Qui enim peccavit dividitur: & pars quidem ejus cum infidelibus ponitur; quod autem non ejus, revertitur ad Deum, qui dedit eum.*

℣. 41. *Duæ ad molam, una assumetur, & una relinquetur:*] Versum hunc eodem modo quo proximè præcedentem interpretatur Origenes lib. II. cap. II. Rom. Sed Chrysostomus hom. 50. oper. imp. *Ecclesiæ*, inquit, *hæresum quam-*

vis

vis multæ sint, tamen omnium hæresum una ecclesia dicitur. Hæc sumitur quæ & (melius *non) videtur ecclesia & est; illa autem relinquetur, quæ videtur & non est.*

℣. 51. *Et dividet eum, & partem ipsius cum hypocritis ponet: ibi erit fletus & stridor dentium:*] Origenes, *Dividit autem*, inquit, *eum, quando spiritus quidem ejus revertitur ad Deum, qui dedit eum: anima autem cum corpore suo vadit in gehennam. Iustus autem non dividitur; sed anima ejus vadit cum spiritu ad regna cœlestia. Propter quod scriptum est. Benedicite spiritus & animæ justorum Domino. Eorum autem qui dividuntur & deponunt spiritum revertentem ad eum, qui dederat eum, & non habent postmodum in se partem aliquam quæ erat ex Deo, relinquitur ejus pars eorum, quæ erat ipsorum, id est anima, quæ cum corpore suo punietur à Domino veniente cum infidelibus & hypocritis in tormentis.* Et lib. II. cap. II. ad Rom. *Si*, ait, *inobediens spiritui anima & contumax fuerit, dividetur ab eâ post excessum; & separabitur; & propter hoc puto dictum in Euangelio de malo judice, quia dividet eum Dominus, & partem ejus cum infidelibus ponet. — Quia spiritus dividetur ac separabitur ab animâ peccatrice: ut illa cum infidelibus accipiat partem.*

C A P. X X V.

℣. 1. Ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν τοῦ νυμφίου:] *Exierunt obviam sponso & sponsæ:* Origenes,

℣. 2. Πέντε μωραί:] Origenes tract. 32. *Qui profitentur quidem fidem in Iesu, non autem præparant se bonis operibus* (quæ denotantur per oleum,) *ad salutem, reliquis quinque assimilantur virginibus fatuis.* Chrysostomus oper. imp. hom. 52. *Verè*, inquit, *fatui sunt hommes, qui aut solùm existimant sibi posse sufficere ad salutem, quia credunt in Christum, & Christiani dicuntur, & non festinant semetipsos bonis operibus commendare: nec audiunt Iacobum dicentem: quia fides sine operibus mortua est.*

℣. 14. *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam peregrè proficiscens vocavit servos suos, & tradidit eis bona sua:*] Ita Origenes: ast in græco non legitur nisi: ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος ἀποδημῶν ἐκάλεσε τοὺς ἰδίους δούλους, καὶ παρέδωκεν αὐτοῖς τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ. Similiter vers. 31. Origenes præfigit: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis.*

℣. 21. 23. Εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω:] σαφῶς γ᾽ οὖν ἐν τούτοις οὐ τὴν ἄλογον πίστιν ἀποδέχεσθαι παρίστησιν, ἀλλὰ τὴν ταῖς μεγίσταις ἀρεταῖς συνεζευγμένην, εἰ δὴ τοιαύτη, φρόνησις, καὶ ἀγαθωσύνη. Euseb. præp. Euang. lib. XII. cap. 2.

℣. 31. Ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ:] *Throni* vel *sedes* etiam sunt virtutes quædam angelicæ.

℣. 34. 41. *Quod paratum est*] Autor Apostasiæ cap. 8. *Paratum est regnum cœlorum omnibus iis, qui talia opera facturi erant; at non paratum est certis individuis; ideo Christus dicit per consequentiam, iis*

paratum esse regnum cœlorum, & ignem infernalem, quia talia bona & mala opera fecerint.

℣. 35. 36. Ἐπείνασα καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν, &c.] Hîc bonis operibus, & præprimis charitatis & misericordiæ adscribitur salus æterna: & vers. 42. & 43. intermissio talium operum dicitur causa damnationis. Sic per bona opera nos salvari scribunt Origen. l. III. Rom. tract. 32. in Matth. lib. 2. cap. 2. ad Rom. Cyprian. serm. 4. & 6. Lactant. IV. 14. 25. VII. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Chrysostomus oper. imp. hom. 19. 44. 52. 53.

CAP. XXVI.

℣. 2. Οἴδατε ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται:] Origenes: *Non*, inquit, *sicut arbitrantur quidam hoc dicere vult, quia post biduum Paschæ dies adveniet, sed quia post biduum novum Pascha fiet. Nec enim dixit, post biduum Pascha erit, aut veniet, ut ne ostenderet illud Pascha futurum, quod fieri solebat secundum legem; sed Pascha fiet, hoc est quale nunquam fuerat factum, ut per hoc novum Pascha illud succidat antiquum.* Hæc Origenes. Et hæc quidem interpretatio confirmatur ex eo, quod subjungitur: *& filius hominis tradetur ad crucifigendum.* Ast pro aliâ sententiâ multæ quoque rationes adduci possunt, inter alias 1. quòd Christus eo tempore cum apostolis suis ederit pascha: Matth. XXVI. 17. Marci XIV. 12. 13. Luc. XXII. 7. imò quod Marcus ipse XIV. 1. ex suâ personâ dicat post duos dies futurum

turum τὸ πάσχα καὶ τὰ ἄζυμα. 2. Quòd facerdotes, fcribæ & presbyteri cogitantes Chriftum occidere, præcaverent ne id fieret in Pafchatis fefto, de quo præcedenti verfu mentio injicitur Marc. XIV. 1. 3. Pilatus confueverat circa feftum dimittere captivum quendam. 4. Dicitur h. l. πάσχα cum articulo τό. 5. Affirmativè non interrogativè dicitur οἴδατε, licèt interrogatio magis fit probabilis; nec enim fciebant Apoftoli Chriftum poft duos dies tradendum ad occidendum, quod per copulam καὶ fubjicitur. Potuit autem Chriftus utrumque fenfum indigitâffe.

℣. 5. *Ne tumultus fiat in populo*:] Ideoque dolo Chriftum comprehendere & occidere volebant. Populus enim multa figna & miracula Iefum viderat facientem, & ob id plurimi eum habebant pro magno Prophetâ, qui furrexerit in Ifraël.

℣. 7.] Origenes h. l. ut & hom. 1. & 2. in Cant. Cantic. tract. prior. Dicit hanc quidem mulierem effe eandem cum illâ, cujus meminit Marcus cap. XIV. aliam verò ab eâ, cujus mentionem facit Lucas cap. VII. illam fanctam, hanc peccatricem. Mariam verò Lazari fororem Bethaniæ exiftentem apud Ioan. XI. ab utraque diverfam effe. Porrò Mariam hanc cum aliâ, de quâ legimus Ioan. XII. vel eandem effe, vel diverfam. Ego certè licèt vel unam, vel duas, vel tres, vel quatuor afferam, ubique difficultates reperio, meo judicio inextricabiles.

℣. 16. *Quærebat opportunitatem, ut eum traderet eis*:] Scilicet opportunitas in eo tempore confi-

consistebat, quando Christus erat sine multitudine: Lucas enim addit cap. XXII. *sine turbâ vel populo.*

ỳ. 17.] Origenes tom. 11. in Ioan. *Verùm enim verò dicere quomodo mox rursus hi mittuntur, postquàm insidens animæ Dominus Hierosolymam ascendit, dici non potest sine periculo, res alioqui mystica, & mutationi sanctorum in angelos conjuncta, mittendos in futuro seculo: perinde atque illi administratorii spiritus, qui mittuntur in ministerium eorum, qui hæreditatem sortientur vitæ æternæ propter hæc.*

ỳ. 21. Εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με:] Marcus cap. XIV. ỳ. 20. dicit: εἷς ἐκ τῶν δώδεκα. Cùm Christus hæc dixisset, ajunt quidam apostolos suspicatos esse *Bartholomæum* fore, qui Iesum esset traditurus, eo quòd ex regiâ stirpe, regisque Syriæ cognatus fuisse Bartholomæus ex traditione dicitur. Quidam ex verbis Marci d. l. colligebat præter duodecim apostolos & alios discipulos cum Christo Pascha comedisse. Sed contrarium videtur elici ex Matth. XXVI. 20. & Luc. XXII. 14.

ỳ. 24. *Bonum erat ei si non fuisset natus homo ille:*] Sed esse meliùs esse quàm non esse quivis confitebitur, ut ait Clemens Alexandr. Strom. VI. Hinc quidam colligebat Iudam (id est ejus animam) extitisse antequam nasceretur in carne.

ỳ. 26. Εὐχαριστήσας: *postquam gratias egisset:*] Exinde hodieque ritus iste à Christo institutus εὐχα-

εὐχαριστία, id eſt, gratiarum actio dicitur. Apoſtolis quoque ἀγάπαι, id eſt, *Charitates*, dicta fuerunt illa Chriſtianorum convivia, quibus Euchariſtia celebrabatur, quia in iis charitatis opera faciebant: 1. Cor. XI. 20.21.22. Iud. 12. & in ejus loco parallelo, 2. Petr. II. 13. (nam hìc pro ἀπάταις legendum videtur ἀγάπαις, ut vidi- mus in h. l.) Tertull. ad gent. Origen. I. contra Celſ. ad quas ἀγάπας alludi videtur Cantic. Cantic. II. 4. cùm dicitur, τάξατε ἐπ' ἐμὲ ἀγάπην. Hunc morem poſt epulas ſynaxin celebrandi, adhuc apud *Ægyptios & Thebaidem incolentes* tempore *Socratis* obtinuiſſe, ipſe teſtatur V. 22. ita ſcribens: *Ægyptii & Thebaidem incolentes Sabbatho ſynaxin exſequuntur quidem, ſed non ut mos fert Chriſtianorum myſteria participant. Nam ubi epulati ſunt, & variis cibariis ſe ſaturârunt: ſub veſperam oblatione factâ myſteriis communicant.* Porrò die Sabbathi, ſcribit omnes ubique terrarum Eccleſias (exceptâ Romanâ & Alexandrinâ,) myſteria celebrare.

Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου.] Chriſtianis in primitivâ Eccleſiâ objiciebatur, quòd carnes humanas comederent, & ſanguinem humanum biberent; hoc autem negant Iuſtinus apol. 1. Athenag. legat. Theophil. III. ad Autolyc. Tatian. orat. contra gent. Tertull. apolog. cap. 7. & 9. Minutius Felix in Octavio. Iuſtinus quoque apol.2. rejicit prædicta flagitia in Simonis, Menandri, & Marcionis diſcipulos, (*tranſſubſtantiationis autores,*) eoſque ſuſpicionis cauſam gentibus dediſſe

opina-

opinatur. At nullo modo factum illud negare potuissent Patres, si transsubstantiationem credidissent: nisi fortè Pontificii volunt, eos ἀνθρωποφαγίαν negâsse, quia θεοφαγίαν credebant. *Ecquem tamen*, ait Cicero lib. II. de naturâ Deor. *tam amentem esse putas, qui illud quo vescatur, Deum esse credat.* Conf. Plutarch. de Iside & Osir. & Sext. Empiric. *Averroes etiam* (qui vixit seculo XII.) lib. XII. Metaphys. *Maneat*, inquit, *anima mea cum Philosophis, quoniam Christiani tanquam omnium hominum insanissimi, Deum esse credunt, quod ipsi fecerunt & comedunt.* Vnde Carolus Niellius in epist. ad Rombaldum Hoogerbetium: *Mirandum*, scribit, *esse, Ecclesiam talem sensum voluisse in Christi verbis determinare, qui Christianos irrisui exponat omnibus, qui rationem sequuntur.* Sentiunt enim Transsubstantiatores, creatores (uti se vocant) Creatoris: & Consubstantiatores consequenter humanitatem Christi, utpote indivisam, esse ubique: & per communicationem idiomatum attributa soli Deo propria, qualis est omnipræsentia, (nam ex omnipræsentiâ contra Socinianos probant Christum & Spiritum sanctum esse Deum summum:) accepisse, adeoque factam esse Deum. Contra hos valet argumentum Busæi ab absurdo petitum: *Deus est simul unus & trinus, Pater, Filius, & Spiritus sanctus. At humanitas est Deus. Est igitur Pater, Filius, & Spiritus sanctus.* Adversus supradictorum hæreticorum sententiam scripsit Tertullianus de resurrect. *Carnis*, dicens,

dicens, *caro & ſanguis nominantur, quæ horum ſunt figuræ.* 1. contra Marcion. *Deus pane corpus ſuum repræſentat.* 3. contra eund. *Panem corpus ſuum appellans, ut & hinc jam eum intelligas corporis ſui figuram panis dediſſe.* Tandem 4. contra eund. *Hoc*, inquit, *eſt corpus meum dicendo, id eſt figura corporis mei.* Vnde B. Rhenanus dicit hunc Tertulliani errorem jam olim in Berengario damnatum. Conf. Euſebium Eccleſ. Theol. lib. III. ubi dicit nos non bibere ſanguinem Chriſti, nec comedere ejusdem carnem quæ de cruce pependit; ſed ſpiritualiter manducationem illam intelligendam. Macarius homil. 27. *ἐν ἐκκλησίᾳ προσφέρεται ἄρτος καὶ οἶνος, ἀντίτυπον τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος*, &c. *In Eccleſiâ offertur panis & vinum, figura carnis ejus & ſanguinis:* additque *participantes ex pane ſpiritualiter carnem Domini edere.* Similiter Vigilius lib. 1. & 4. contra Eutych. negat *carnem Chriſti, poſt ejus aſcenſum in cœlum, amplius eſſe in terrâ.* At ante Berengarium nulla (quod ſciam) hæreſis memoratur, quæ transſubſtantiationem impugnârit. Porrò originem & progreſſum transſubſtantionis, & communionis ſub unâ ſpecie, in hiſtoriâ Eccleſiaſticâ demonſtravimus. De tempore celebratæ Euchariſtiæ, & quæſtione, utrum Laicis conveniat adminiſtratio S. cœnæ, aliiſque circumſtantiis agemus in exeges. 1. Cor. XI. 24.

℣. 27. *Non bibam amplius de fructu vitis, donec eum novum bibam vobiſcum in regno Patris mei.*] Id eſt, Non bibam amplius *vobiſcum* de fructu vitis: nam

nam Ioan. XIX. 30. Chriſtus crucifixus bibit acetum.

ỷ. 38. 41. Γρηγορεῖτε:] οἷον μελετᾶτε ζῆν, καὶ χωρίζειν τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος πειρᾶσθε. Clem. Strom. V.

ỷ. 39. Προσευχόμενος:] Chriſtum ſecundùm divinam naturam orâſſe refert Tertullianus contra Praxean.

ỷ. 39. & 42.] Ex his verſibus videtur colligi poſſe Chriſtum peccâſſe: quia dicit ſe velle ut calix tranſeat, Patrem autem nolle. Contraria itaque erat voluntas Filii voluntati Patris; at velle quicquam contra Dei voluntatem eſt peccare. Ergò &c. *Reſpondeo*: Sicut carnis natura eſt concupiſcere adverſus ſpiritum, ita etiam caro Chriſti voluit ut calix iſte tranſiret; ſecundùm carnem enim & ſanguinem, quæ non intrabunt regnum cœlorum, vel animam, quæ triſtis erat uſque ad mortem, Chriſtus dixit: Non ſicut ego volo: item: Non mea voluntas fiat. Quoniam verò Chriſtus voluntatem carnis voluntati ſpiritûs poſtponebat, & ſubjiciebat, dixit: Non ſicut ego, ſed ſicut tu, Pater, vis: item: non mea, ſed tua voluntas fiat: ſpiritûs enim Chriſti & ipſe Deus Pater voluntatis concordiâ unum ſunt. Tantum itaque abeſt ut Chriſtus peccârit, ut potiùs voluntati carnis reſtiterit. Poteſt quoque dici ſpiritum Chriſti voluiſſe, ut tranſiret calix; ſed ſub eâ conditione, ſi Deus Pater idem vellet. Alii autem ex hoc loco probant Chriſtum peccare potuiſſe.

℣. 48. Ὃν ἐὰν φιλήσω, αὐτός ἐστι.] Origen. tract. 35. in Matth. *Dignum est quærere quam ob causam, (cùm palam docuisset Iesus per singulas civitates & vicos, & Synagogas, prædicans Euangelii verbum, ita ut fama ejus exierit in omnem regionem, & secundùm faciem manifestatus est omnibus habitantibus in Iudæâ,) quasi non cognoscentibus effigiem ejus dedit signum Iudas missis à principibus sacerdotum, dicens, Quemcunque osculatus fuero, ipse est. Quòd autem & ipsi, qui venerant cum Iudâ ad comprehendendum eum, frequenter eum vidissent, manifestatur ex eo, quòd ipse Iesus dicit ad turbas, Quasi ad latronem venistis cum gladiis & fustibus comprehendere me, quotidie vobiscum sedebam in templo docens, & non tenuistis me: similiter & Ioannes refert eum dixisse, Ego palàm locutus sum huic mundo, ego semper docui in Synagogâ, & in templo, ubi omnes Iudæi conveniunt. Venit ergò traditio talis ad nos de eo, quoniam non solùm duæ formæ in eo fuerunt: una quidem, secundùm quam omnes eum videbant; altera autem secundùm quam transfiguratus est coram discipulis suis in monte, quando & resplenduit facies ejus tanquam sol; sed etiam unicuique secundùm quòd fuerat dignus, &, cùm fuisset ipse, quasi non ipse omnibus videbatur. Secundùm quod de Mannâ est scriptum, quando Deus filiis Israël panem misit de cælo omnem delectationem habentem, & ad omnem gustum convenientem, quando desiderio offerentis obsequens ad quod quis voluerat vertebatur. Et non mihi videtur incredibilis esse traditio hæc, sive corporaliter propter ipsum Iesum, ut alio, & alio modo videretur homini-*

hominibus; sive propter ipsam Verbi naturam, quod non similiter cunctis apparet. Si autem hoc ita se habet, possibile est solutionem ejus invenire, quod quæritur. Quoniam, etsi frequenter eum viderunt turbæ venientes cùm Iudâ, nihilominus opus habebant propter transformationes ejus, qui eum ostenderet iis, habens notitiam ejus familiariorem per multam commorationem cum eo, ut intelligeret transformationes ejus, secundùm quas suis apparere solebat. lib. 2. contra Cels. Ὁ Ἰησοῦς εἷς ὢν πλείονα τῇ ἐπινοίᾳ ἦν, καὶ τοῖς βλέπουσιν οὐχ ὁμοίως πᾶσιν ὁρώμενος.—— ὅτι δὲ βλεπόμενος οὐχ ὡσαύτως τοῖς βλέπουσιν ἐφαίνετο, ἀλλ' ὡς ἐχώρουν οἱ βλέποντες, σαφὲς ἔσται τοῖς ἐφιστᾶσι διὰ τί, μέλλων μεταμορφοῦσθαι ἐν τῷ ὑψηλῷ ὄρει, οὐδὲ τοὺς ἀποστόλους πάντας παρείληφεν, ἀλλὰ μόνους, τὸν Πέτρον, καὶ τὸν Ἰάκωβον, καὶ τὸν Ἰωάννην· ὡς μόνους χωροῦντας τὴν (τότε) δόξαν αὐτοῦ θεωρῆσαι, δυναμένους δὲ καὶ τοὺς ὀφθέντας ἐν δόξῃ Μωϋσῆν καὶ Ἠλίαν κατανοῆσαι, καὶ ἀκοῦσαι συλλαλούντων αὐτῶν, καὶ τῆς ἀπὸ τῆς νεφέλης οὐρανόθεν φωνῆς. Ἐγὼ δ' οἶμαι ὅτι καὶ πρὸ τοῦ ἀναβῆναι εἰς τὸ ὄρος, ἔνθα προσῆλθον αὐτῷ μόνοι οἱ μαθηταὶ, καὶ ἐδίδασκεν αὐτοὺς τά περὶ τῶν μακαρισμῶν, ἡνίκα κάτω που ὢν τοῦ ὄρους, ὀψίας γενομένης, ἐθεράπευσε τοὺς προσαχθέντας αὐτῷ, ἀπαλλάσων πάσης νόσου καὶ πάσης μαλακίας, οὐχ ὁ αὐτὸς ἐφαίνετο τοῖς κάμνουσι καὶ δεομένοις αὐτοῦ θεραπεύοντος, καὶ τοῖς διὰ τὸ ὑγιαίνειν συναναβῆναι αὐτῷ εἰς τὸ ὄρος δυνηθεῖσιν. ἀλλὰ καὶ εἴπερ κατ' ἰδίαν τοῖς ἰδίοις μαθηταῖς ἐπέλυε τὰς παραβολὰς, μετ' ἐπικρύψεως τοῖς ἔξω ὄχλοις εἰρημένας, ὥσπερ ταῖς ἀκοαῖς ἦσαν

κρείττους οἱ ἀκούοντες τῆς λύσεως τῶν παραβολῶν παρὰ τοὺς ἀκούοντας τῶν χωρὶς λύσεων παραβολῶν· οὕτω καὶ ταῖς ὄψεσι πάντως μὲν τῆς ψυχῆς, ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι, ὅτι καὶ τοῦ σώματος. δηλοῖ δὲ μὴ τὸν αὐτὸν ἀεὶ φαίνεσθαι τὸ, ἰοῦδαν, μέλλοντα αὐτὸν προδιδόναι, ειρηκέναι ὡς μὴ εἰδόσιν αὐτὸν τοῖς συναπερχομένοις αὐτῷ ὄχλοις, ὃν ἐὰν φιλήσω, αὐτός ἐστι. τοιοῦτο δ' οἶμαι καὶ αὐτὸν τὸν Σωτῆρα ἐμφαίνειν διὰ τοῦ, καθημέραν μεθ' ὑμῶν ἤμην ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων, καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με. ὡς περὶ τηλικοῦτ' οὖν φερόμενοι ἡμεῖς τοῦ Ἰησοῦ, οὐ μόνον κατὰ τὴν ἔνδον καὶ ἀποκεκρυμμένην τοῖς πολλοῖς θεότητα, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ μεταμορφούμενον σῶμα, ὅτ' ἐβούλετο καὶ οἷς ἐβούλετο· φαμὲν ὅτι τὸν μὲν μὴ ἀπεκδυσάμενον τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας Ἰησοῦν καὶ μηδέπω ἀποθανόντα τῇ ἁμαρτίᾳ, πάντες βλέπειν ἐχώρουν· τὸν δ' ἀπεκδυσάμενον τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, καὶ μηκέτ' ἔχοντα τι χωρητὸν ὁρᾶσθαι τοῖς πολλοῖς, οὐχ οἷοί τε ἦσαν αὐτὸν βλέπειν οἱ πρότερον αὐτὸν ἰδόντες πάντες. ὅθεν φειδόμενος αὐτῶν, οὐκ ἐφαίνετο πᾶσιν ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, καὶ τί λέγω πᾶσιν; οὐδὲ γὰρ αὐτοῖς τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ συνῆν ἀεὶ, ἢ ἀεὶ ἐφαίνετο, μὴ δυναμένοις αὐτοῦ χωρῆσαι τὴν θεωρίαν διηνεκῶς· λαμπροτέρα γὰρ τὴν οἰκονομίαν τελέσαντος ἡ θειότης ἦν αὐτοῦ. &c. *Magna sanè res & miranda occurrit hoc loco, quæ non solùm aliquem ex vulgo credentium exercere possit, sed perfectiores etiam: cur non Dominus post resurrectionem non similiter ac superioribus temporibus conspiciendum se præbuerit*: (nam Marci XVI. 12. dicitur Christus se in aliâ specie duobus ambulantibus in campo

campo conſpiciendum præbuiſſe, & Ioannes XXI. 4. ſcribit apoſtolos ignorâſſe quòd Ieſus eſſet, quicum loquerentur:) *attamen ex ſuperabundanti, ut in opere, quod contra adverſarios Chriſtianæ religionis ſcribitur, videamus an poſſimus probabile quid afferre, quod moveat animos audientium hanc apologiam. Ieſus unus cùm eſſet, plura cogitatione erat, nec ſimiliter videbatur ab omnibus. Et quòd pluribus modis cogitari poterat, manifeſtum eſt ex illis verbis, Ego ſum via, & veritas, & vita; tum ex illis, Ego ſum panis; tum ex illis, Ego ſum janua, innumeriſque aliis. Quòd autem ab inſpicientibus non eodem modo videbatur ab omnibus, ſed prout capaces erant, manifeſtum erit his qui ſciunt, cur transformaturus ſe in excelſo monte, non diſcipulos quidem omnes aſſumſerit, ſed ſolos, Petrum, Iacobum, Ioannem, ut qui ſoli capaces eſſent tam glorioſi ſpectaculi, poſſentque in illâ claritate Moſen & Eliam conſiderare, audireque illorum colloquia, ac etiam vocem cælitus delatam è nubibus. Equidem opinor etiam antequam aſcenderet montem, in quo ſolos diſcipulos docuit illas beatitudines, cùm in ſubjectâ planicie veſpere ſanabat ad ſe adductos variis laborantes ægritudinibus, ab omnibus morbis eos liberans, non eundem viſum malè affectis opeque illius egentibus, & eis, qui ut ſani aſcendentem in montem conſequi poterant. Et quemadmodum quoties parabolas eis privatim explicabat, quas auditorum vulgus audiebat ſub involucris, excellentiorem auditum habebant qui abſque involucris & explicatas audiebant: ſic etiam omnino viſum excellentiorem habebant animæ,*

mæ, & ut opinor etiam corporis. Quin & illud indicat, non semper eum eodem modo videri solitum, quia Iudas proditurus eum turbæ, quam secum adducebat, ut ignoranti eum dixit, Quemcumque osculatus fuero, ipse est. Atque huc videntur etiam illa verba Servatoris facere, Quotidie docens in templo vobiscum eram, & non me tenuistis. Cùm igitur talis esset Iesus, non solùm juxta penitiorem illam divinam naturam non cuivis conspicuam, verùm etiam juxta variam corporis formam, quâ quibus volebat & quoties volebat cernebatur: dicimus eum Iesum qui nondum principatus atque potestates spoliaverat, & nondum peccato mortuus fuerat, ab omnibus potuisse conspici: at eum, qui spoliatis principatibus & potestatibus nihil habebat quod à vulgo posset videri, non ampliùs conspectum ab omnibus quibus antea se cernendum præbuerat: itaque parcens eis post resurrectionem conspici noluit ab omnibus, & quid dico ab omnibus? cùm ne cum apostolis quidem perpetuò conversatus sit, aut semper ab eis videri se permiserit, nimirum quòd non ferrent aspectum ipsius continuum. Fulgidior enim jam erat post peractam dispensationem ejus divinitas, &c. Paulò pòst: οὕτω τοίνυν πάντα κρίσει θεία ποιῶν ὁ λόγος, ἀνέγραψε περὶ τοῦ ἰησοῦ· πρὸ μὲν τοῦ πάθους ἁπαξαπλῶς φανέντος τοῖς πλείοσι, καὶ τοῦτο οὐκ ἀεί· μετ δὲ τὸ πάθος οὐκέτι ὁμοίως ἐπιφαινομένου, ἀλλὰ μετά τινος κρίσεως ἑκάστῳ μετρούσης τὰ δέοντα. *Sic igitur stilum moderante divinâ voluntate de Iesu scriptum est, ante passionem quidem sine discrimine visum eum multitudini, idque non semper:* (at in prioribus affirmârat *Origenes* etiam ante

ante paſſionem Chriſtum non ſimiliter viſum omnibus:) *poſt paſſionem verò non ſimiliter omnibus; ſed cum delectu pro ſuo cuique modulo.* l. 4. εἰσὶ γὰρ διάφοροι οἱονεὶ τοῦ λόγου μορφαὶ, καθὼς ἑκάστῳ τῶν εἰς ἐπιστήμην ἀγομένων φαίνεται ὁ λόγος, ἀνάλογον τῇ ἕξει τοῦ εἰσαγομένου, ἢ ἐπ᾽ ὀλίγον προκόπτοντος, ἢ ἐπὶ πλεῖον, ἢ καὶ ἐγγὺς ἤδη γινομένου τῆς ἀρετῆς, ἢ καὶ ἐν ἀρετῇ γεγενημένου. &c. καὶ ταῦτα δὲ πρὸς τὴν Κέλσου ὑπόληψιν, μὴ νοήσαντος τὰς ὡς ἐν ἱστορίαις λεγομένας μεταβολὰς ἢ μεταμορφώσεις τοῦ Ἰησοῦ, καὶ τὸ θνητὸν ἢ ἀθάνατον αὐτοῦ, λελέχθω. *Sunt namque variæ velut formæ Verbi, prout unicuique eorum, qui ad ſcientiam inſtituti ſunt, ſe conſpiciendum præbet proportione quadam ad ſic inſtitutum habitâ, ſive magis minusve profecerit, aut à limite virtutem ſalutavit, aut jam ingreſſus eſt ejus penetralia,* &c. *Hæc contra Celſi ſuſpicionem dixiſſe ſufficiat, non intelligentis mutationes transformationesve Ieſu, quæ produntur in hiſtoriis.* Lib. 6. ἔχει δέ τι καὶ μυστικὸν ὁ λόγος ἀπαγγέλλων τὰς τοῦ Ἰησοῦ διαφόρους μορφὰς ἀναφέρεσθαι ἐπὶ τὴν τοῦ θείου λόγου φύσιν οὐχ ὁμοίως φαινομένου τοῖς τε πολλοῖς, καὶ τοῖς ἀκολουθεῖν αὐτῷ εἰς ὑψηλὸν (ὃ ἀποδεδώκαμεν) ὄρος δυναμένοις, &c. *Cæterùm præſens hæc hiſtoria non caret myſterio, ſignificans varias Ieſu formas referri ad divini Verbi naturam, non ſimiliter apparentem multis, ac his, quibus datum eſt montem, quem exſpectamus, cum eo conſcendere* : &c. An verò ſententia iſta Origenis de metamorphoſibus Ieſu cum veritate corporis humani conſiſtere queat; diſquirant eruditi.

℣. 51. *Quicunque gladium acceperit, gladio peribit:*] Tertullianus de coronâ milit. c. 11. *Licebit in gladio conversari, Domino pronunciante: Gladio periturum, qui gladio fuerit usus? Et prælio operabitur filius pacis, cui nec litigare conveniet? Et vincula, & carcerem, & tormenta, & supplicia administrabit, nec suarum ultor injuriarum?* Conf. de idolol. c. 18. 19. Orig. hom. 12. & 15. in Iof. hom. 35. in Matth. Sic l. 5. contra Celf. οὐκέτι γὰρ λαμβάνομεν ἐπ' ἔθνος μάχαιραν, οὐδὲ μανθάνομεν ἔτι πολεμεῖν, γενόμενοι διὰ τὸν Ἰησοῦν υἱοὶ τῆς εἰρήνης; *jam enim non sumimus contra ullam gentem gladium, neque bellare discimus, facti filii pacis per Iesum.* Similiter Iustinus martyr, & Clemens Alexandrinus. At sibi non constant Tertull. & Origenes. Nam ille apol. c. 37. *Externi*, inquit, *sumus & vestra omnia implevimus, urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, palatium, senatum, forum: sola vobis relinquimus templa* c. 42. *Navigamus & nos vobiscum, & militamus.* Et de cor. mil. c. 1. ad Scap. c. 4. *Marcus quoque Aurelius in Germanicâ expeditione, Christianorum militum orationibus ad Deum factis, imbres in siti illâ impetravit.* Eundem vide apol. c. 5. Euseb. chr. & Eccl. hist. V. 5. & Marci Imp. epist. ap. Iustin. apol. 2. Origenes autem l. 4. cont. Celf. τάχα δὲ καὶ οἱ οἱονεὶ πόλεμοι τῶν μελισσῶν, διδασκαλία ἔγκειται πρὸς τὸ δικαίους καὶ τεταγμένους πολέμους, εἴ ποτε δέοι, γίγνεσθαι ἐν ἀνθρώποις. *Fortassis*, inquit, *etiam earum bella docent nos justè bellum gerere, si res ita postulet.* Vide Spencer. in 8. l. contr. Celf. p. 427. & Grot. h. l. & de jure pac. & belli I. 2. §. 9.

℣. 64.]

℣.64.] Marcus XIV.62. legit μὲτ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ: Conf. Matth. XVI. 27 XXV. 31. Marc. VIII. 38. Luc. IX. 26. & Apoc. I. 7.

CAP. XXVII.

℣. 3. *TVnc videns Iudas qui eum tradidit, quoniam damnatus est, pœnitentiâ ductus retulit 30. argenteos principibus sacerdotum & senioribus.*

℣. 4. *Dicens: peccavi quòd tradiderim sanguinem justum:*] Iudas avarus studebat acquisitioni pecuniæ, decipere conando principes sacerdotum. Putabat enim se pacto satisfacere si Iesum eis traderet, vel signum eis daret, quis esset Iesus. Iesum autem, cujus multa miracula viderat, opinabatur vel dispariturum, vel alio quovis modo eorum è manibus effugiturum, quod aliàs fecerat, vel omnes vi repulsurum, quod in templo fecerat. Postquam autem vidit Iesum esse condemnatum, pœnitentiâ ductus dixit: &c. Siquis verò dicat Iesum tum nondum fuisse damnatum, respondemus ei 1. vel Euangelistam non necessarium duxisse exactè ordinem historiæ observare, vel 2. Iudæ facile fuisse prævidere exitum rei: siquidem Iesus nullo modo captivitatem evitaverat, quod quidem Iudas futurum arbitratus fuerat: vel 3. siquis hâs interpretationes pro violentis habeat, necesse est ut sequentem recipiat: quòd scilicet Iudas primò quidem non tam traditioni Iesu, quàm avaritiæ & deceptioni principum sacerdotum intentus fuerit: ast, cùm Christus consilium hoc, quod

ipse putabat secretum, omnibus apostolis manifestaret, Diabolus intravit in cor Iudæ, eique iracundiâ moto persuasit ut de Iesu ad occidendum tradendo cogitaret. Postquam Iudas effecit, quod Diabolus voluit, Diabolus recessit ab eo ad tempus, Iudamque sibi soli reliquit. Recedente autem Diabolo Iudas intellexit & vidit, quòd tradens sanguinem justum condemnatus esset à Deo, propterea tristitiâ, & pœnitentiâ salutari ductus dixit: Peccavi tradens sanguinem justum: quæ quidem dicere non potuisset, si adhuc habuisset Diabolum in se operantem. Atenim Diabolus, qui & Iesu & Iudæ interitum intendebat, timens ne Iudas in pœnitentiâ salutari persisteret, & locum pœnitentiæ inveniens salvaretur, rursus cor Iudæ occupat, & per tristitiam illam salutarem, quam ipsi ad tempus concesserat, eum absorbere conatur in abundantiori tristitiâ, id est in desperationem salutis inducere, quod etiam effecit, nam Iudas *argentum in templum jaciens abut, & laqueo vitam finivit.* ℣. 5 Ita ferè Origenes.

℣. 9. *Per prophetam Hieremiam.*] Origenes hom 35. *Si autem*, inquit, *hæc dicens aliquis existimat se offendere, videat ne alicubi in secretis Hieremiæ hoc prophetatur: sciens quoniam & Apostolus scripturas quasdam secretorum profert: sicut dicit alicubi, quod oculus non vidit, nec auris audivit: in nullo enim regulari libro hoc positum invenitur: nisi in secretis Heliæ prophetæ.* (Similiter Georgius, allegante Scaligero in græca Eusebii.) *Item quod ait:*

ait: sicut Iannes (al. *Iamnes*) *& Mambres restiterunt Moysi, non invenitur in publicis scripturis, sed in libro secreto, qui suprascribitur, Iannes* (al. *Iamnes*) *& Mambres liber: unde ausi sunt quidam epistolam ad Timotheum repellere, quasi habentem in se textum alicujus secreti; sed non potuerunt.*

℣. 15.] Circa festum unum captivorum dimittere *Matthæus* adscribit consuetudini Pilati: *Ioannes* consuetudini Iudæorum: *Lucas* necessitati, quâ Pilatus obligabatur dimittere Iudæis unum: *Marcus* libero Pilati arbitrio, & precibus Iudæorum, quibus postremis etiam *Matthæus* & *Lucas* aliquid tribuunt. Vt omnes conciliemus dicendum ex consuetudine diuturnâ & longævâ necessitatem obortam penes Iudæos, cui etiam consenserit Rom. Imperator, cum hac conditione, ut liberum esset penes præsidem arbitrium, quem vellet, eligendi. Petebant itaque Iudæi, non ut unum dimitteret, ad hoc enim obligatus erat Pilatus; sed ut Barabbam dimitteret. Interrogavit itaque Pilatus Iudæos quem vellent, ut dimitteret, non ut sententiæ illorum acquiesceret; sed ut consilium audiret. Tandem tamen invitus Barabbam dimisit timens tum populum, ne ab eo occideretur, tum inimicitiam Cæsaris, in quam incidisset, si Regem Iudæorum dimisisset. Populus enim appellabat Cæsarem, & tempori inserviens clamabat se non agnoscere Regem, nisi Imperatorem.

℣. 17. Τίνα θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν; βαραββᾶν, ἢ ἰησοῦν τὸν λεγόμενον χριστὸν;] Origenes ita legit: *Quem*

Quem vultis dimittam vobis, Iesum Barabbam, an Iesum qui dicitur Christus? Sed addit: *In multis exemplaribus non continetur, quòd Barabbas etiam Iesus diceleatur, & forsitan rectè, ut ne nomen Iesu conveniat alicui iniquorum.* Verùm tract. 27. in Matth *Secundum quosdam*, ait, *Barabbas dicebatur & Iesus; sed latro erat, nihil habens Iesu præter nomen.*

℣. 35. Ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ προφήτου· διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔλαβον κλῆρον:] Hæc verba desunt in veteribus libris, Complut. editione, & Syriacâ versione. *Origenes* quoque antecedentia & consequentia verba recenset, hæc autem verba omittit. Imò & *Marcus* & *Lucas* verba ista prætereunt; *Ioannes* verò allegat ea.

℣. 46. Ὁ θεός ὁ θεός μου] Psalm. XXI. 1. Vide Euseb. dem Euang. V. 8.

℣. 48. & 49.] Convenientiori ordine hos versus collocat *Origenes*, cum versum quadragesimum nonum octavo & quadragesimo præponit: Marcus tamen vulgatum ordinem observavit.

℣. 49. Ἀφῆκε τὸ πνεῦμα:] Origenes lib. III. contra Celsum. ἔλεγε ὁ ἐμὸς ἰησοῦς περὶ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς (οὐ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον χρεὼν χωριζομένης τοῦ σώματος, ἀλλὰ κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ καὶ περὶ τούτου παράδοξον ἐξουσίαν) τὸ, οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλὰ ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ. ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ πάλιν ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν· ἐπεὶ γὰρ ἐξουσίαν εἶχε θεῖναι αὐτήν· ἔθηκε

μὲν,

μοῦ, ἡνίκα εἶπε, πάτερ, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; καὶ κράξας φωνῇ μεγάλῃ, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα· προλαβὼν τοὺς ἐπὶ τῶν ἀνασκολοπιζομένων δημίους, ἀπολέμνοντας τὰ σκέλη τῶν σταυρουμένων, καὶ διὰ τοῦθ' ἀποτέμνοντας, ἵνα μὴ ἐπιπλέον τιμωρίαν τίσωσιν. *Meus certè Iesus de animâ suâ (non humano fato separatâ à corpore, sed juxta datam sibi etiam in hoc negotio mirandam potestatem,) dicebat illud: Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam sponte. Potestatem habeo ponendi eam, & rursum potestatem habeo recipiendi eam: nam quia potestatem habebat ponendi eam, posuit tunc cùm dixit, Pater, ad quid me deseruisti? emissoque clamore magno emisit spiritum, priusquam carnifices crura crucifixorum frangerent, ne cruciarentur diutius*: &c.

℣. 54. 55. *Mulieres quæ Iesum secutæ erant ex Galilæâ, & ipsi ministraverant. Inter quas erat Maria Magdalena, & Maria mater Iacobi & Iose, & mater filiorum Zebedæi.*] *Iacobus* autem ille Marc. XV. 40. minor dicitur: & mater filiorum Zebedæi (qui dicebantur Iacobus & Ioannes Marc. X. 35.) videtur appellari Salome. Ioannes XIX. 25. cruci ait astitisse matrem Iesu, matrisque ejus sororem, Mariam Cleophæ uxorem, & Mariam Magdalenam. Per Cleopham videtur indigitari ille cujus mentio fit Luc. XXIV. 17. utrum autem Ioses ille fuerit unus ex candidatis Apostolatûs: Act. I. 23. & utrum Salome mortuo Zebedæo nupserit Chusæ, aut an Salome & Ioanna una eademque fuerit mulier, eruditiores dijudicent. Maria mater Iacobi & Iose, (& Iudæ

Matth. X 3.) fuit uxor Alphæi, & ſoror matris Domini, ut tradunt. Sed ſoror matris Domini diſtinguitur apud Ioannem d.l. à Mariâ Cleophæ uxore, cùm Cleophas tradatur eſſe idem qui Alphæus, frater Ioſephi matris Domini mariti.

ỳ. 66.] Cum hoc capite finiunt exegeſes Orinis & Chryſoſtomi in Matthæum. Imò nec opus imperfectum ſequens caput explicat.

CAP. XXVIII.

ỳ. 1. *Maria Magdalena*, & *altera Maria* :] Marci XVI. 1. altera Maria dicitur Maria Iacobi, & huic, Mariæque Magdalenæ adjungitur Salome. Luc. XXIV. 9. altera Maria etiam dicitur Maria Iacobi, Salome vocatur Ioanna hiſque & Mariæ Magdalenæ, (quæ Ioan. XX. 11. 16. tantum Maria vocatur, & ex quâ Marcus XVI. 9. Chriſtum ſeptem dæmonas expuliſſe dicit,) ſubjunguntur aliæ mulieres. Eſt itaque Maria Magdalena illa, de quâ etiam Lucas VIII. 2. ſcribit Chriſtum expuliſſe ſeptem dæmonas; Ioanna autem (apud Lucam) ſine dubio eſt eadem quæ d. l. dicitur uxor Chuſæ procuratoris Herodis, alimenta miniſtrantes Chriſto, unà cum Suſannâ, aliiſque. Porrò utrum Maria Magdalena, & Maria Iacobi, (quæ Chriſtum ex Galilæâ ſecutæ dicuntur Lucæ XXIII. 41. 54.) diverſæ fuerint ab iis, quarum mentionem fecimus ad Matth. XXVI. 7. & XXVII. 54. 55. doctioribus enucleandum relinquo. Videtur autem errare Tirinus, qui h. l.

per

per alteram Mariam intelligit Mariam Alphæi filiam.

ỷ. 15. Μέχει τῆς σήμερον :] Hodieque id Iudæis quibusdam persuasum est ex allegoricâ interpretatione 3. Reg. III. 16. Sed ea est ridicula. Persuasum quoque eis erit in seculum. Nam ita vocem σήμερον interpretatur Philo lib. 2. allegor. dicens : ὐ πρὸς βραχύν τινα χρόνον, ἀλλ' ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας, τυτέστιν ἀεί· ὁ γὰρ αἰὼν ἅπας τῷ σήμερον παραμετρεῖται.

ỷ. 16. Εις τὸ ὄρος ὗ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ Ἰησῦς :] De Galilæâ id quidem dicitur Matth. XXVI. 32. & hoc capite vers. 7. & 10. Marci XIV. 28. & XVI. 7. nullâ tamen montis alicujus factâ mentione.

ỷ. 19. Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτὺς εἰς τὸ ὄνομα τῦ πατρὸς καὶ τῦ υἱῦ ἁγίυ πνεύματος :

ỷ. 20. Διδάσκοντες αὐτὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν, καὶ ἰδὺ, ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελέιας τῦ αἰῶνος.] In nomen Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti baptizari vel immergi (hoc enim propriè est βαπτίζεσθαι) aut denotat in confessione eorum baptizari. Ita Hilarius l. 2. de Trin. scribit : *Baptizare jussit in nomine Patris & Filii & Spiritûs sancti, id est in confessione & autoris, & unigeniti, & doni :* aliàs : *Patris, & imaginis, & muneris : æternitatis, & speciei, & usûs.* Augustinus quoque de Trinit. VI. 10. & Ambrosius de Trinit. apud Magistr. 4. di. 3. *in nomine*, ajunt, *id est, in invoca-*

invocatione vel in confessione Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Aut certe significat jussu vel mandato Patris, Filii & Spiritûs sancti baptizari, quæ significatio confirmatur ex 1. Cor. I. 14.15. 17. *Fricius* autem annotavit ex unitate effectûs concludi non posse causarum unitatem. Eunomiani unâ immersione baptisabant non in Trinitatem; sed in nomen vel mortem Domini: moti fortassis eâ ratione, quòd Apostolus Rom. VI. 6. dicit: *qui in Iesum Christum baptisati sumus, in mortem ejus baptisati sumus.*: & in Ignatii epist. ad Philippens. legitur: *Vnum baptisma est, quod fit in morte Christi.* Origenes hom. 17. in Genes. *Consepelimur per baptismum in mortem, & in sanguine ipsius, id est, in morte ipsius baptisamur.* hom. 5. Exod. *Necessarium est ut qui baptisantur in Christo, in morte ipsius baptisentur.* Conf. cap. 6. lib. 5. ad Rom. Deinde 1. Cor. XII. 13. dicitur: *Omnes in unum corpus baptisati estis* Dicuntur quoque omnes veteres Israëlitæ in Mosen baptisati, in nube, & in mari. 1. Cor. X. 2. Idem autem est in Iesum baptisari, Rom. VI. 3. Gal. III. 27. & in nomine vel nomen Iesu baptisari, 1. Cor. I. 13. 15. Act. II. 28. VIII. 12. 16. X. ult. XIX. 5. &c. Nam & *Tertullianus* potissimùm locum præsentem ita allegat: *tinguentes nationes in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum.* Cæterùm miror Apostolos nunquam baptisâsse in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti, sed semper in nomine Domini Iesu, Act. II. 38. VIII. 12, 16. X. ult. XIX. 5. Rom.

VI.

VI. 3. Gal. III. 27. 1. Cor. I. 13. 14. Et Hermas visione 3. dicit *baptisari in nomine Domini.* Porro baptismum in solo nomine Iesu administratum fuisse scribunt Ambrosius l. 3. de Spiritu S. Basilius V. 3. contra Eunomium, cum quibus sentiunt *Scholastici*, qui simul dicunt cum *Ambrosio* in primitivâ Ecclesiâ baptisationem factam in nomine Christi, virtualiter esse eandem cum baptisatione in Trinitatem, quoniam *Christus* denotet & unguentum, & unctum, & unctionem vel ungentem At manet eadem difficultas, cùm Act. VIII. 16. & XIX. 5. dicitur baptisatio peracta in nomen Domini Iesu, & cap. X. 48. tantùm in nomine Domini; his adde testimonia *Hermæ*, *Ambrosii*, & *Basilii* supra allegata. Præterea *Hilarius de Synodis* dicit Apostolos tantùm in Iesu nomine baptisasse. Quare Lyranus h. l. formulam Baptismi ait familiari consilio Spiritûs sancti mutatam esse in primitivâ Ecclesiâ, quando Apostoli baptisabant nomine Christi, ut habetur Act. X & XIX. D. Cochleus causâ 16. in tractatu Germanico, cui titulus 25. Ursachen 4°. 1529. scribit: daß die Apostel im Nahmen der Heil. Dreyfaltigkeit nicht getaufft haben/auch in ihren Schrifften derselben nicht gedacht / weil es den Neugläubigen zu hoch / und ungreifflich war / ob Christus schon im Neuen Testament befohlen habe seinen Aposteln Matth. 28. zu tauffen / im Nahmen des Vaters / des Sohns / und des Heiligen Geistes. Scotus autem in 4. di. 3. q. 2. e.

concl. 8. immutationem iſtam attribuit diſpenſationi Chriſti. At talis diſpenſatio, quia de ſcripturis non habet autoritatem, eâdem facilitate rejicitur, quâ aſſeritur. Adde, quodſi talis diſpenſatio Chriſti facta fuit, ergò hodieque plenè & efficaciter baptiſantur, quicunque in nomine Chriſti baptiſantur: præprimis cùm nullibi legamus diſpenſationem illam revocatam, ideoque malè baptiſationem hodie peragi neceſſe eſt; quia fiat contra diſpenſationem Chriſti. Hanc difficultatem agnovit Scotus d. l. concl. 9. eamque non ſolvit; ſed dubiam reliquit. *Euſebius Cæſarienſis* novies locum hunc allegat, ſemel in hiſtoriâ Eccleſiaſticâ, & octies in libris de demonſtrat. Euangel. ubi lib. I. cap. 1. 2. & 4. ita legit: *πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν.* l. III. c. 6. ita: *πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη ἐν τῷ ὀνόματί μου, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν.* cap 7. ter allegat ſic: *πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη ἐν τῷ ὀνόματί μου:* (ſimiliter I X. 11. & hiſtor. Eccleſ. III. 5. ubi contra Græci codicis fidem *Ruffinus* tranſtulit: *Euntes baptiſate omnes gentes in nomine meo.*) ultimâ autem vice lib. III. dem. Euang. c. 7. ſubjungit: *καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος.* In libris de præparat. Euang. nunquam hæc verba allegat *Euſebius.* Miror autem quòd ubique omittat, & nunquam legat verba: *βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος*, exceptâ ejuſdem

fidei

fidei formulà, quæ legitur apud Socratem. Basilius orat. 19. legit: & πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, & orat. 24. μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Certè Sabelliani teste Ignatio ad Philippens. Basilio epist. 64. & Epiphanio hæres. 62. hoc loco abusi sunt, ut errorem suum confirmarent, quo statuebant tria nomina esse Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Et hoc conjicio eos inde collegisse, quòd dictum sit: baptizantes eos in nomen Patris, & Filii, & Spiritûs sancti, (scil. nomen) non subsistentiam. Sed hæresis ista jam est explosa. *Anonymus* quidam (videns ex loco hoc manifestè contra Socinianos probari Trinitatem personarum in divinis) putat verba de baptisatione in Trinitatem ab imperitis scribis in fine Euangelii hujus adjecta fuisse eadem ratione, quâ in fine Psalmorum semper addita fuit hæc doxologia: Gloria Patri & Filio & Spiritui S. Quia autem nos paradoxas Euangeliorum interpretationes conscribere proposuimus, rationes ejus non præterire consultum duximus. Scribit verò in hæc verba: Ex Matth. XXVIII. 19. III. 16. 17. & XVII. 5. (quæ sola in Euangeliis reperiuntur, adeóque sola ad Christi revelationem pertinent) quilibet videt mysterium Trinitatis, (etsi ponamus id in iis esse revelatum) non per se & ex instituto; sed per accidens esse revelatum. Quod tamen non concedent, qui asserunt Mysterium Trinitatis in Vet. Test. ignoratum, esse reservatum usque ad

H 2 tempus

tempus Christi, qui illud in Novo Test. prædicaturus erat. Deinde constat ex Papiâ, Pantæno, Irenæo III. 1. Euseb. hist. V. 8. 9. Hieron. de script. Eccles. & vitâ Matthæi, Epiphan. contra Ebionæos & Nazaræos, aliisque, Matthæum Euangelium suum linguâ Hebraicâ conscripsisse; Græcus autem textus (ut ait *Baronius*) cujus fidei sit, affirmare minimè possumus, nisi collato eo cum Hebræo originali, quod periisse certum est: quod enim hodie à quibusdam editum legitur Euangelium Hebraicum Matthæi, non esse genuinum à multis probatum est rationibus pluribus. Præterea qui interpretatus est Euangelium Matthæi in Græcum & Latinum, vel est ipse Hieronymus, (fallarius S. Scripturæ & Origenis) vel est adeo incertus & ignotus interpres, ut & ipse Hieronymus in vitâ Matthæi asserat non satis certum esse à quo Euangelium Matthæi sit translatum in græcum. Ex dictis patet Euangelium Matthæi hodiernum non esse tantæ autoritatis, ut etiam ex eo solo maximus fidei articulus probari possit, & id quidem tanto minus, cùm constet I. verba non demonstrare id, quod demonstrandum venit: II. verba Matthæi in ipso græco textu esse controversa: probabile enim est verba ista ab imperitis scribis in fine Euangelii hujus adjecta fuisse eadem ratione, quâ in fine Psalmorum semper addita fuit hæc doxologia: Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto. Nam 1. verbis illis omissis non tantùm plena est verborum constructio; sed & rectior: tum quia uni

uni verbo μαθητεύσαντες præter participium πορευθέντες, alia duo βαπτίζοντες & διδάσκοντες junguntur, & quidem sine copulâ, præter communem usum: tum quia tautologicum est repetere vocem αὐτοὺς, ut taceam potiùs αὐτὰ dici debuisse. (*At hæc regula non est omni exceptione major: sæpe enim constructio ad sensum, non ad verba refertur.*) 2. Marcus hæresiarcha arguitur apud Eusebium IV. 11. quòd baptisârit in nomen incogniti Patris omnium, & veritatis matris omnium, & ejus qui descendit in Iesum: (*Sed ad hoc respondeant Pontifici, qui sub nominibus Synonymis bene fieri baptismum communiter asserunt*: Vide Barth. Brix. in de consecr. dist.4. Eodem,& cap. Retulerunt, *Zacharias Papa legitimum pronunciavit baptismum in Bavariâ factum in nomen Patria & Filia & Spiritua sancta*) 3. Epiphanius hær.62. Sabell. dicit Sabellianos ex Euangelio Ægyptio probare voluisse errorem suum, velut Christus indicet discipulis suis eundem esse Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. unde in Euangelium Matthæi verba ista translata non adeò improbabile est. (*Verùm ista conjectura nullâ nititur ratione. Certè potiùs esset aliqua probabilitas, si de Euangelio secundùm Hebræos istud Epiphanius scripsisset: at nihil commercii cum eo habet Euangelium secundum Ægyptios.*) 4. Ex Euangelistis solus *Matthæus* hæc verba legit: & notandum præprimis, quod *Marcus* quidem locum hunc agnoscat, verba tamen supra dicta prorsus omittat. Non agnoscunt ea verba *Origenes*, *Hilarius* (in quibusdam codici-

bus,) & *Chryſoſtomus* (in utraque expoſitione in Matthæum, & quidem in quibuſdam editionibus expoſitionis indubitatæ,) qui tamen ſunt antiquiſſimi ſcriptores in Matthæum: imò nec unquam in operibus ſuis hæc verba allegavit *Origenes*. Deinde *Lactantius* poſtquam omnia hiſtoriæ Euangelicæ capita diligenter recitâſſet, nihil de hoc Chriſti præcepto ſcribit; ſed hæc tantùm addit: lib. IV. cap. 1. *Ordinatâ verò diſcipulis ſuis Euangelicâ & nominis ſui prædicatione, circumfudit ſe repente nubes, eumque in cælum ſuſtulit quadragesimo poſt paſſionem die.* Idem argumentum valet de fine demonſtrat. euangel. Euſebii. Ita tandem concludit *Anonymus* ille. Verùm ut ad hæc ultima reſpondeam, ſciendum *Origenem* & *Chryſoſtomum in opere imperfecto* nihil ex toto capite, de quo agimus, interpretari: unde non mirum, quòd etiam verba præſentia omiſerint. Quod ad *Hilarium* & *expoſitionem Chryſoſtomi indubitatam* attinet, ſatis eſt verba illa in quibusdam codicibus & editionibus legi. Cæterum non valet conſequentia, cùm dicitur: iſti hunc locum omiſerunt, ergò non eſt legendus. Plus enim valet unus teſtis loquens, quàm mille muti. Nobis ex Patribus loco omnium eſt *S. Ignatius* Apoſtoli Ioannis diſcipulus, ſcriptoribus omnibus in Matthæum antiquior, qui hunc locum apertè allegat in *epiſtolâ ad Philippenſes*, ubi ita ſcribit: *Dominus mittens omnes Apoſtolos docere omnes gentes: præcepit eis baptiſare eas in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Non in unum quendam trinomium,*

trinomium , neque in tres unius ejuſdemque honoris. Hæc ultima verba ſubjunxi , nequis putaret verba Matthæi à Catholico quodam epiſtolæ Ignatii eſſe inſerta.

ỷ. 20. Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ᾽ ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας , ἕως τῆς συντελείας :] Filium eſſe nobiſcum ad conſummationem uſque ſeculi per deſcenſum , prout fuit apud veteres , ſcribit Origenes hom. 2. Cant. Cant. tract. prior. Alii, qui negant Chriſtum totum univerſum eſſentialiter implere , ſicut Patrem , (licèt *Socmiani* & quidam ex *Pontificiis* hoc etiam de Deo negent,) dicunt Chriſtum apud nos eſſe uſque ad conſummationem ſeculi , ſpiritu , favore, efficaciâ , & auxilio ſuo : ut Iudic. VI. 12. 43. Ierem. I. 8. Matth. I. 23. Ioann. VIII. 29. XVI. 32. Actor. VII. 9. Origenes tom. 2. in Ioan. *Poſt hæc* , inquit, (*cum tradiderit filius regnum Deo* , *& Patri*,) *Patre dicente illis : Ecce ego vobiſcum ſum.*

His dictis finem interpretationibus paradoxis Euangelii ſecundùm Matthæum imponimus , & monemus Lectores , ut evolvant (ſi haberi poteſt) MS. græcum in inſulâ Pathmo exiſtens, cui titulus : *In Matthæi Euangelium expoſitio diverſorum tum Catholicorum, tum hæreticorum.* Quæ in Marco dicenda veniunt Matthæi Epitomatore , ea vel in Matthæo explicata ſunt, vel in Lucâ & Ioanne explicabuntur. Peculiare eſt Marco quòd Ieſum Dominum noſtrum fabrum vocitet c.VI. ỷ. 3. Sic & Iuſtinus Martyr in dialogo cum Tryphone : καὶ ἐλθόντος τοῦ ἰησοῦ ἐπὶ τὸν ἰορδάνην,

καὶ νομιζομένου ἰωσὴφ τοῦ τέκτονος υἱοῦ ὑπάρχειν, καὶ ἀειδοῦς, ὡς αἱ γραφαὶ ἐκήρυσσον, φαινομένου, καὶ τέκτονος νομιζομένου. (ταῦτα γὰρ τὰ τεκτονικὰ ἔργα εἰργάζετο ἐν ἀνθρώποις ὢν, ἄροτρα καὶ ζυγά. &c. Jesum ait utpote fabrum fabrilia tractâsse, & aratra jugaque fecisse. Errat itaque Origenes lib. 6. contra Cels. scribens: εἶτα παίζων τὰ περὶ τοῦ ξύλου, ἀπὸ δύο τόπων αὐτὸ χλευάζει λέγων, διὰ τοῦτο αὐτὸ παραλαμβάνεσθαι, ἢ ὅτι ἐπὶ σταυρῷ ἐνηλώθη ὁ διδάσκαλος ἡμῶν, ἢ ἐπεὶ τέκτων ἦν τὴν τέχνην· οὐχ ὁρῶν, ὅτι τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ἐν τοῖς Μωϋσέως ἀναγέγραπται γράμμασιν· ἀλλὰ καὶ οὐ βλέπων, ὅτι οὐδαμοῦ τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις φερομένων εὐαγγελίων τέκτων αὐτὸς ὁ ἰησοῦς ἀναγέγραπται. *Deinde cavillis in lignum ludens* (Celsus) *ait ejus crebram mentionem fieri, vel quia magister noster cruci sit affixus, vel quod artem fabri exercuerit: non videns, lignum vitæ in Mosaicis reperiri literis, nec animadvertens nusquam in Evangeliis ab Ecclesiâ receptis legi Iesum ipsum fabrum fuisse.* Unde Grotius ann. ad Matth. cap. 13. com. 55. *aut*, inquit, *memoria fefellit Origenem, aut Marci exemplaria eo tempore aliam habuerunt scripturam.* Nobis etiam (scribit Spencerus in d. l. Origenis,) vetustissimæ picturæ *Josephum* exhibent una cum *Iesu* tabulas ligneas, & instrumenta huic arti propria tractantem. In ore omnium aut faber, aut fabri-lignarii filius audit. *Bedam* solummodo & *Hilarium* juvat seorsim ire, qui artem ferrariam eundem exercuisse volunt: hic can. in Matth. 13. *Planè hic fabri erat filius, ferrum igne vincentis, omnem seculi virtutem*

tutem judicio decoquentis, massamque formantis in omne opus utilitatis humanæ; ille libro in Euang. secundùm Marcum, cap 2. *Nam etsi humana non sunt comparanda divinis, typus tamen integer est; quia Pater Christi igni operatur & spiritu: unde & de ipso tanquam de fabri filio præcursor suus ait; ipse vos baptisabit in Spiritu sancto & igne; quia vasa iræ sui spiritûs igne molliendo in misericordiæ vasa commutat.* Sed hæc referenda in Matth. XIII. 55. & III. 11.

Hoc solùm peculiariter in Marco notandum est, quod Hieronymus libro 2. adversf. Pelag. scribit capite ultimo post versum 14. in quibusdam exemplaribus Euangelii secundùm Marcum, & maximè in græcis codicibus legi hæc verba: *Et illi satisfaciebant dicentes: Seculum istud, iniquitatis & incredulitatis substantia est: quæ non sinit per immundos spiritus, veram Dei apprehendi virtutem: idcirco jam nunc revela justitiam tuam.* Tandem versu sequ. 15. jam jam in cœlum ascensurus Dominus Apostolis dixit: *κηρύξατε τὸ εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει.* Euangelium autem illud, quod prædicandum erat, subjungitur verſ. seq. 16. à Salvatore nostro dicente: *ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται*, &c. Per creaturam homo intelligitur. Nam & Iudæi vocem creaturæ pro homine accipiunt, & ipse apostolus in hoc sensu voce illà usus est Rom. VIII. 21. & Coloss. I. 23. ỳ. 17. *promittit credentibus miraculorum virtutes*: at quia credentes erunt usque ad finem mundi, nimis absurdè mihi quidam videntur mi-

racula vix ultra tempora Apoſtolorum extendere: hiſtoriis & experientiâ quotidianâ diſertè contrarium teſtantibus. Origenes lib. 1. & 3. contra Celſum ſcribit dæmonas profligatos etiam ſuo tempore prolato ſaltem nomine Ieſu: lib. 3. τινὲς δὲ σημεῖα τοῦ, εἰληφέναι τι διὰ τὴν πίστιν ταύτην παραδοξότερον, ἐπιδείκνυνται ἐν οἷς θεραπεύουσιν· οὐδὲν ἄλλο καλοῦντες ἐπὶ τοὺς δεομένους θεραπείας, ἢ τὸν ἐπὶ πᾶσι θεὸν, καὶ τὸ τοῦ ἰησοῦ ὄνομα μετὰ τῆς περὶ αὐτοῦ ἱστορίας. τούτοις γὰρ καὶ ἡμεῖς ἑωράκαμεν πολλοὺς ἀπαλλαγέντας χαλεπῶν συμπτωμάτων, καὶ ἐκστάσεων, καὶ μανιῶν, καὶ ἄλλων μυρίων, ἅπερ οὔτ' ἄνθρωποι οὔτε δαίμονες ἐθεράπευσαν. *Quidam* (Chriſtiani,) inquit, *in ſignum acceptæ per fidem virtutis mirificæ, ſanant ægrotos, invocato ſaltem ſuper eos Deo qui eſt ſuper omnia, & nomine Ieſu, additâ hiſtoriâ de ipſo. Vidimus enim & nos multos ſic liberatos à gravibus malis, alienatione mentis, inſaniâ, aliiſque innumeris, quibus nunquam homines vel dæmones opem attulerunt.* & tom. 26. in Ioan. *Non poteſt*, ait, *dæmonium cæcorum oculos aperire, vel hæc ſigna facere quæ ſcripta ſunt, quorum etiam veſtigia & reliquiæ vel uſque in præſens fiunt in Eccleſiis in nomine Domini.* Vixit autem Origenes ſeculo III. à nato Chriſto, quo etiam floruit ejuſdem diſcipulus Gregorius epiſcopus Neocæſariæ Ponti, ob miraculorum virtutem cognomento Thaumaturgus dictus. Clariſſima tandem ſunt miracula, quæ Chriſtiani tam contra gentiles, quam contra hæreticos, fecerunt ſeculo IV. V. VI. VII. VIII. & XII.

Euange-

Euangelium Lucæ.

Sciat L. Æ. nos loca ea Lucæ, aut Ioannis, quæ iis cum Matthæo sunt communia, in Matthæi potissimum interpretationibus exposuisse.

C A P. I.

℣. 3. Θεόφιλε:] Origenes h. l. putat hoc nomen esse appellativum. Ast Guilielmus Archiepiscopus Tyri lib. IV. c. 9. historiæ belli sacri, & Blondus Dec. 2. lib. 3. scribunt Lucam utpote Antiochenum Euangelium suum & acta Apostolorum inscripsisse Theophilo septimo (al. sexto) à Petro antistite Antiocheno. Hunc verò Theophilum alii volunt vixisse sub Imp. Antonino Vero, A. Chr. 170.

℣. 6. ἄμεμπτοι:] Origenis interpres hom. 2. Luc. & Ambrosius h. l. vocem hanc transtulerunt, *sine querelâ.*

℣. 17. *Præcedet coram ipso in spiritu & virtute Heliæ:*] Non in animâ.

℣. 27.] Ex voce παρθένε, & ex Matth. I. 18. ubi dicitur: πρὶν ἢ συνελθεῖν ἀυτὰς, & quòd Iosephus ignoravit conceptionem Mariæ, refelluntur Ebionitarum illi, qui teste Eusebio hist. III. 24. & Epiphan. hær. 30. una cum Nazaræis docuere Iesum ex pio coitu Iosephi & Mariæ esse prognatum. Ad id asserendum moti quidem

quidem videntur I. eo quod Apoſtolus Gal. IV. 4. Filium factum dicat ex muliere. Sed Reſp. mulierem dici Mariam non aliâ ratione, quàm quia Ioſepho fuerit deſponſata. II. *Quòd quævis mulier primò concipiens dici poſſit virgo concepiſſe reſpectu aliarum, & ſuſpſius ſecundò concipientium.* Verum quod hic ſenſus non ſit ſufficiens probatur ex Matth. I. 18. ubi expreſsè dicitur: πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, idem quoque probatur ex eo, quod Ioſephus ignoravit conceptionem Mariæ. III. *Quòd putarent alias Chriſto perfectum & verum corpus humanum denegari, quod non ſolum ex mulieris, ſed & ex viri ſemine procreatur.* IV. *quòd Ieſus dicatur filius Davidis, radix & virga Ieſſe. Ioſephi autem genealogia &* Matth. I. & Luc. III. *deducatur à Davide.* Propter has duas difficultates aliqui virginitatem Mariæ contra hæreticos propugnantes aſſerunt temerariè ſemen Ioſephi per miraculoſam tranſlationem in uterum Mariæ, ſine coitu eam imprægnâſſe. De perpetuâ Mariæ virginitate apud antiquos controverſia fuit. *Eunomius* Aëtii diſcipulus (apud Philoſtorg. VI. 2.) & *Helvidius* Auxentii Mediolanenſis Epiſcopi diſcipulus, docuere Mariam poſt Ieſum peperiſſe alios liberos. Sed propterea inter hæreticos recenſentur, licèt propter hoc ſolum dogma hæretici minimè ſint. Nam 1. certum eſt, fatentibus Pontificiis, perpetuam Mariæ virginitatem ex ſacris non poſſe probari, adeoque nec contrarium aſſerentes ex ſacris convinci. 2. Helvidiani

ſatis

ſatis manifeſtam probationem ſuæ ſententiæ in ſacris reperiſſe videntur: tum quia Matth. I. 25. dicitur: Et non cognovit eam (Ioſeph,) donec peperiſſet filium ſuum primogenitum: (Ergò poſtea cognovit, adde quód primogenitus vix dicatur, niſi reſpectu eorum qui ſequuntur:) tum quia ſæpiſſimè ſacræ literæ Ieſum dicant habere fratres & ſorores. A proprietate autem verborum nolle recedere, niſi S. Scriptura id aliis in locis, vel ratio, vel ſenſus ſuadeant, non conſtituit hæreticum: licèt millies contra clamet eccleſia Pontificia, quæ ſolo hoc argumento perpetuam iſtam Mariæ virginitatem ſuadere conatur, quòd ſcilicet non probabile ſit Ioſephum cognoviſſe uxorem ſuam poſt partum Ieſu, quem noſſet ex Spiritu ſancto conceptum. At eandem quidem reverentiam Ioſepho attribuit ſcriptura Matth. I. 25. non tamen videtur eam extendere ultra tempus partûs. unde Chryſoſtomus op. imp. hom. 1. *cognovit*, inquit, *eam, quod eſt poſt partum ipſius.* Ita MS. Bodlej. Verùm & hâc perpetuâ virginitate (quæ certè nec eſt abſurda, nec à me impugnatur,) non contenti Pontificii, effinxerunt aliam, quâ dicunt B. Mariam etiam ſine rupturâ hymenis peperiſſe Christum. Vnde verſus vulgatus de S. Mariâ: *Virgo manet partum poſt, in, & ante ſuum.* Idque probare conantur ex Ezech. XLIV. 2. ſenſu myſtico. Deinde quód dicunt ם לםרבה, in medio vocis Eſai. IX. 7. lectum denotare illam perpetuam B. Mariæ virginitatem, ridiculum eſt:

eſt : & ſiquid inde colligi poſſet, ſatis eſſet ut illo indigitaretur B. Mariam utero clauſo concepiſſe. Nos tamen cum *Ioviniano* hunc ſenſum perpetuæ virginitatis omnino rejicimus, tanquam rationi, ipſiſque ſenſibus & loco S. Script. Luc. II. 23. contradicentem, nec certè Spiritus ſanctus tantum miraculum ſilentio in ſacris literis involviſſet. Conſentiunt quoque mecum Patres primitivæ Eccleſiæ : Tertullianus de carne Chriſti, *Filius Dei*, inquit, *propriè vulvam adaperuit*. Origenes hom. in Luc. 14. *Matris Domini*, ait, *in eo tempore vulva reſerata eſt, quo & partus editus*. Ambroſius quoque l. II. comment. in Luc. *Chriſtus* (ſcribit) *aperuit Matris ſuæ vulvam, ut immaculatus exiret*. Tandem ipſe Hieronymus l. de viro perfecto hac de re ſcribit in hæc verba : *Quæ eſt iſta, cujus vulvam fœtus reſerat, non maritus? quæ virgo concipit, quæ non ut conciperet, virgo eſſe deſiit? Non certè illa de quâ ſcriptura dicit: Cognovit Adam uxorem ſuam, & peperit ei filium; ſed illa de quâ Euangeliſta ſignat: Et non cognovit eam Ioſeph, donec peperit filium. Igitur in Mariâ hoc ſine dubitatione perfectum eſt, cujus vulvam non deflorator virginitatis aperuit; ſed partus effuſus*, &c. Hæc Hieronymus. Et certè ex ſententiâ contrariâ neceſſariò ſequitur Chriſtum non habuiſſe veram carnem humanam; ſed corpus phantaſticum, ſpirituale, cæleſte & ætherium, quod per uterum Mariæ tamquam per fiſtulam tranſierit. Sed is fuit veterum hæreticorum error.

ỷ. 29.

℣. 29. Ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος :] Ex hoc loco probabile est antiquos Græcos festum Annunciationis Mariæ vocâsse περὶ ἀσπασμοῦ τῆς παρθένου : i. e. de Aspasmo, vel salutatione Virginis, sic *Iacobus Monachus* scripsit in salutationem, & *Andreæ Hierosolymitani* tractatus in S. Mariæ salutationem translatus. Nec insolens est Latinis festa quædam græco nomine insignire, ut festum Epiphanias, Paschatis, & Pentecostes. Cardinalis Cajetanus tom. II. tr. 15. dicit sibi non constare de festo, quod dicitur de Spasmo Virginis, quando celebretur, nec esse conveniens ut Maria inciderit vel in spasmum propriè dictum, qui est contractio nervorum, vel ut à vulgo Italo capitur pro animi deliquio, quia Ioannes dicat Mariam adstitisse Christo crucifixo : adeoque festum dictum nec canonicum nec authenticum esse; putat autem celebrari intra tempus, quod est à Dominicâ in passione usque ad Dominicam Palmarum inclusivè. Hæc *Cajetanus*. Ast ego dico festum hoc quotannis celebrari, nec solùm à Pontificiis; sed & à Lutheranis. Videtur enim esse festum quod diximus Annunciationis Mariæ, quod semper incidit in 25. Martii, tempus quo memoria passionis Domini celebratur, & quidem potissimùm in Septimanam Palmarum, quæ dicitur magna, quandoque in ipsum Parasceues diem, quo Spasmus Virginis accidisse fingitur. Monachos enim Latinos græcæ linguæ rudes, verisimile est putâsse primam literam esse præpositionem *à*, & esse redun-

redundantem, nec satis convenientem, & sic eam omittentes solum reliquisse *de*, & inde tandem ortum festum de Spasino Virginis. Convenientior autem transmutationis istius ratio est, si dicatur quod Monachi Itali primò terminationem *us* in *o* mutârint, & secundò primam literam vocalem ante *s* cum consonâ, more sibi aliisque nationibus usitatissimo abscideriint. Itaque factum ex *Aspasmus*, spasmo: ut ex *Asparagus* (gr. ἀσπάραγος,) sparago: ex *historia*, la storia: *Hispania*, Spagna: *extremus*, stremo: *extraneus*, straniere: & similia. Et hinc clarissimè apparet linguæ græcæ ignorantiam occasionem dedisse fabulæ, quæ de Mariæ animi deliquio narratur, & ob quam suaviter contingit *Cajetanus* d. l. & ex eo sine dubio *Guil. Pepinus part. quadragesimali homiliarum, sextâ statione Christi patientis*: quod scilicet in loco illo ad perpetuam rei memoriam ædificata fuerit Ecclesia, inde dicta *Ecclesia Mariæ de Spasmo* Nota hîc obiter festum visitationis Mariæ etiam aptè vocari posse ἀσπασμὸν τῆς μαρίας, ex eo quod vers. 41. dicatur ὡς ἤκουσεν ἡ Ελισάβετ τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας. & vers. 44. ὡς ἐγένετο ἡ φωνὴ τοῦ ἀσπασμοῦ σου εἰς τὰ ὦτά μου. Visitationem autem Mariæ statim post conceptionem Domini accidisse patet ex collatione vers. 26. 39. 56. 57.

℣. 35. Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπί σε, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι:] *Sociniani* volunt per figuram ἓν διὰ δυοῖν hîc idem denotare *virtutem altissimi*, & *Spiritum sanctum*, sed per *virtutem*

Altissimi

Altiſſimi omnes Theologi unanimi conſenſu intelligunt ipſum *filium Dei.* Quod ad Spiritum ſanctum attinet, *Anonymus* ita de eo ſcripſit: πνεῦμα ἅγιον, quoniam utraque vox articulo caret, denotat individuum vagum, id eſt, Spiritus aliquis ſanctus ſupervenict in te, & incarnabitur in & ex te, non autem ſpiritus impurus, ut in aliis mulieribus accidit. Archangelus autem bene nôrat individuum illud Spiritûs S. eſſe Verbum Dei primogenitum. Hæc *Anonymus.* Verùm antiquiſſimi Eccleſiæ Doctores per Spiritum ſanctum h. l. ipſum λόγον intelligi volunt. Ita Clemens Rom. 2. ad Corinth. ὁ ἰησοῦς χριστὸς ὁ κύριος, ὁ σώσας ἡμᾶς, ὢν μὲν τὸ πρῶτον πνεῦμα, ἐγένετο σάρξ. *Ieſus Chriſtus Dominus, qui ſalvavit nos, exiſtens quidem primùm Spiritus, caro factus eſt.* Iuſtinus martyr apol. 2. Δύναμις θεοῦ ἐπελθοῦσα τῇ παρθένῳ ἐπεσκίασεν αὐτήν. — ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ ἐκ πνεύματος ἁγίου. — τὸ πνεῦμα οὖν καὶ τὴν δύναμιν τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ οὐδὲν ἄλλο νοῆσαι θέμις, ἢ τὸν λόγον, ὃς καὶ πρωτότοκος τῷ θεῷ ἐστι. — τοῦτο ἐλθὸν ἐπὶ τὴν παρθένον ἐπεσκίασεν αὐτήν. *Virtus Dei ſuperveniens virgini obumbravit illi.* (D. Lucas autem dicit Spiritum ſanctum ſuperveniſſe Mariæ.) — *Ecce concipies in utero ex Spiritu ſancto. — eum Spiritum autem, eamque virtutem quæ à Deo eſt, nefas eſt intelligi aliud eſſe, quàm Verbum illud Dei primogenitum. — hic Spiritus cùm in virginem illapſus eſſet, obumbravit illi.* (Hoc de virtute Altiſſimi dixit Lucas.) Conf. Clement. Alex. ἐπιτομὰς ἐκ τῶν θεοδότου. Tertullianus

contra Praxean: *Spiritus*, inquit, *Dei superveniet in te. Hic Spiritus Dei idem erit sermo. Si enim Joanne dicente sermo caro factus est: Spiritum quoque intelligimus: ita & hîc sermonem quoque agnoscimus in nomine Spiritûs. — Cæterum alium Joannes profitebitur carnem factum, alium Angelus carnem futurum: si non & Spiritus sermo est, & sermo Spiritus. — Sermo Dei vel Spiritus Dei & virtus Altissimi dictus est. — Ecce, inquiunt, ab Angelo prædicatum est, propterea quod nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei. caro itaque nata est, caro itaque erit Filius Dei. Imò de Spiritu Dei dictum est. certè enim de Spiritu sancto Virgo concepit: & quod concepit, id peperit: id ergò nasci habebat, quod erat conceptum, & pariundum: id est, Spiritus: cujus & vocabitur nomen Emanuel, quod est interpretatum nobiscum Deus. caro autem Deus non est, ut de illâ dictum sit, vocabitur sanctum, Filius Dei; sed ille, qui in eâ natus est, Deus*: &c. De Trinitate: *Spiritus*, inquit, *sanctus superveniet in te. Id est Filius Dei.* Adversus Judæos: *de terrâ*, ait, *in cœlos eum recepit, unde & venerat ipse Spiritus ad Virginem.* Hippolytus martyr in serm. de Helcana & Anna apud Theod. Dial. 1. λόγος γὰρ ἦν θεοῦ πρωτότοκος ἀπ' οὐρανῶν, ἐπὶ σὲ καὶ ἐρχόμενος: *Verbum enim erat Dei primogenitum è cœlis, quod super te venit*, ô Maria. Origenes hom. 27. Num. *Spiritus*, inquit, *vultûs nostri Christus Dominus, cui diximus, in umbrâ ejus vivemus in gentibus. Sed & illa similis huic umbra est, de quâ dicitur, Spiritus Domini obumbrabit tibi.* Hoc de virtute Altissimi prædixit Angelus apud

apud Lucam. tract. quidem 5. in Matth. *Spiritus S.* inquit, *se humiliavit, & missus est in hunc mundum propter salutem hominum*; verùm distingui tamen loco eo videtur Spiritus S. à Filio. Cyprianus tract. 4. de idolorum vanitate: *Hic*, dicit, *est virtus Dei, hic ratio, hic sapientia ejus, & gloria, hic in virginem illabitur: Spiritus sanctus est incarnatus, vel, carne Spiritus sanctus induitur.* Ita in quibusdam legi testatur Erasmus. De Sinâ & Sion: *Quæ caro* (scribit) *à Deo Patre Iesus vocitata est. Spiritus sanctus qui de cœlo descendit, Christus id est unctus Dei vivi à Deo vocatus est. Spiritus carni mixtus est Iesus Christus.* De nativitate Christi: dicit *Spiritum sanctum Mariam obumbrâsse:* quod ipsum Euangelista de virtute Altissimi dixit: & ipse autor paulò antè: *unus*, inquit, *Gabriel virgini obumbrationem virtutis altissimi nunciat.* Lactantius lib. IV. cap. 12. *Descendens itaque de cœlo sanctus ille Spiritus Dei, sanctam virginem, cujus utero se insinuaret, elegit. At illa divino Spiritu hausto repleta concepit.* Titus Bostrenus h. l. *Spiritus*, dicit, *sanctus superveniet, id est, Christus superveniet.* Chrysostomus opere imperf. hom. 1. *Quod*, inquit, *nascetur de eâ de Spiritu sancto est. Spiritum sanctum dicebat ipsum unigenitum Deum, sicut ipse de se testatur in Euangelio. — Et Apostolus ait: Dominus spiritus est. Non enim spiritus advocatus ingressus est in Mariam*, (ita quoque videtur legisse Theodotus Byzantinus apud Epiph. hær. 54. §. 3.) *ut suscipiens corpus nascatur in mundum.* Hîc quivis videt emphasin esse in voce *ad-*

vocatus : non in commate posteriore. Vide præfat. Erasmi in hoc opus. Episcopi Concilii Sardicensis apud Theod. hist. II. 8. in libello Synodico. *Spiritus sanctus*, inquiunt, *non est passus, sed homo quem induit, quem assumpsit ex Mariâ virgine.* Et qui ita locum hunc interpretati sunt, seculo V^to^, audiebant Pneumatotoci. Ita Glossa l. Ariani. de hæreticis & Manichæis. C. ibi: Pneumathomachi: *Pneumatici, pneuma, id est, Spiritus: thocos, id est, mater: inde Pneumatici qui Spiritum sanctum ex matre ipsâ processisse dicebant de filio Dei.* Eandem fuisse sententiam *Photini* hæretici liquet ex Epiphan. hær. 71. Deinde & *Theodotum Byzantinum* ita hunc locum interpretatum non obscurè colligimus ex ejusdem refutatione apud Epiph. hær. 54. §. 3. ubi necesse est post εἶτα φησὶ resectam esse Theodoti sententiam, & quæ sequuntur, ad Epiphanii refutationem pertinere. Nam ut taceam de vi argumenti hujus non constare, certè inexplicabilis est verus ejusdem paragraphi sensus. Tandem & *Melchisedecianorum, Heracitarumque* hæc fuisse videtur sententia. Hos videntur secuti *Muhammedani* in Alcorano: Nam in doctrinâ Mahometi Iesum Christum vocant Verbum, Spiritum, & virtutem Dei. Lib. II. cap. 10. dicunt Iesum Angelum Dei, Spiritum, & Verbum missum esse de cœlo ad Mariam. Conf. cap. 4. Damascenus apud Baronium ann. 630. §. 5. scribit se in Alcorano legisse, quòd Verbum ac Spiritus Dei introierit in Mariam; & Borchardus descr. terræ

sanctæ

ſanctæ p.2. c.2. §.3. edit. Magd.4°. 1587. quòd Maria ex virtute Spiritûs ſancti conceperit. Hæc interpretatio placuit multis, qui judicàrunt eam carere blaſphemiâ, in quam potiùs communis ſententia videatur inclinare, ſtatuens Spiritum ſanctum, quaſi virum Mariæ, & patrem Ieſu fuiſſe: unde quidam Pontificii zelotypiam inter Ioſephum & Spiritum ſanctum confinxerunt. Vide Dorſch. interven. cap.28. Certè ſtante hac explicatione, locus hic probat clariſſimè contra Socinianos præexiſtentiam Chriſti: aut perſonalitatem Spiritûs ſancti, ſi communi modo explicetur. Quòd autem veteres Chriſtum appellaverint Spiritum ſanctum, tum ex dictis, tum ex dicendis patefiet. Euſeb. præp. Euang. VII. 14.XI.14.ex Sapient. VI.22.23.VII.22.allegat, quòd σοφία ἐςὶ πνεῦμα ἅγιον: *Sapientia eſt Spiritus ſanctus.* Vide Sap. I. 5. 6. Rom. I. 4. Conf. Exod. XXIII. 20. 21. cum Eſai. LXIII. 10. 11. &c. Tertullianus carm. 3. contra Marcion.

At, inquit, *Ieſus Nave filius, Auſes ante vocatus,*
Spiritus hunc ſanctus ſocium ſibi nomine junxit.

& carm. 5. de Chriſto:

Ipſe columna fuit lucis, nubiſque rigoris.

Conf. verba ea ex libro adv. Iud. quæ allegantur in Ioh.I.18.Hermas in Paſtore ſimilitud.5. *Filius Dei Spiritus ſanctus eſt:* & aliàs: ſimilit. 9. *ille Spiritus Filius Dei eſt.* Tertull. 3. contra Marcion. *Nos certi Chriſtum ſemper in Prophetis locutum, Spiritum ſcil. creatoris, ſicut Propheta teſtatur, perſona Spiritus noſtri Chriſtum Dominum*, &c. Sed eum

qui in Prophetis locutus, Spiritum S. dici constat ex S. literis, & patribus, præprimis ex ipso Tertulliano, & Cypriano. Hieron. in Psalm. CXXXIII. *Ubi deambulat?* (Christus) *vos estis, inquit, templum Dei: & Spiritus sanctus habitat in vobis. Præparemus templum nostrum, ut Christus veniat & habitet in nobis.* Conf. Ephes. III. 17. ubi legitur: Καλοικῆσαι τὸν χριςὸν διὰ τῆς πίςεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν: *habitare Christum in cordibus vestris.* Et Ebr. III. 6. Conf. quoque Ebr. III. 14. cum VI. 4. Sic 2. Petr. I. 21. *Sancti viri scripserunt ductu Spiritus sancti.* At Chrysostomus & Theophylactus scribunt, quòd *Paulus Christum habuerit in se loquentem.* Clemens Alex. Strom. I. *Quæ enim Spiritu sancto facta est (lex,) est spiritualis. Is autem revera legislator.* Et Cyprianus de Spir. S. dicit *Spiritum sanctum scripsisse legem in monte Sinâ, illum enim esse digitum Dei.* Sed *lex illa lata* dicitur *in manu mediatoris.* Gal. III. 19. *qui est filius Dei.* & 3. ad Quirin. 101. *Spiritum S. scribit fuisse, qui in igne apparuit in monte Sinâ, & angelum illum Domini, qui in flammâ ignis apparuit de rubo, fuisse etiam Spiritum sanctum.* Constat verò tum ex ipso Cypriano, tum ex aliis Patribus antiquis, præprimis Justino, Theophilo Ant. Tertulliano, Origene, Eusebio Cæs. aliisque, *Filium Dei utrobique apparuisse.* De Sinâ & Sion: *Ita invenimus ipsum Salvatorem per Salomonem specu'um immaculatum Patris esse dictum, eo quod Sanctus Spiritus Dei filius geminatum se videat, Pater in Filio,*

Filio, & Filius in Patre, utrique se in se vident, ideo speculum immaculatum. Rivetus in Critico Sacro ex Pamelio judicat hoc scriptum esse antiquum, quia scilicet Christum Spiritum sanctum vocitet. Et Hieronymus in epist. ad Galat. scribit *veteres Filium Dei Spiritum sanctum nuncupâsse.* Lactantius IV. 6. *Deus antequam præclarum hoc opus mundi adoriretur, sanctum incorruptibilem Spiritum genuit, quem Filium nuncuparet.* Athanasius in disputatione à Vigilio compositâ: *Filius*, inquit, *Spiritum sanctum Patri commendat.* Conf. Hilar. lib. II. de Trin. Chrys. op. imp. hom. 2. *In odorem suavem Spiritus sancti. Per Spiritum sanctum intelligitur divinitas Christi.* hom. 3. *Ioannes ante Christum ante Spiritum sanctum constitutus sub lege.* hom. 12. *Filium Dei sive Spiritum sanctum.* hom. 30. *Opera Filii Dei diabolo applicare, blasphemare est Filium Dei vel Spiritum sanctum.* Alibi fortassis probabitur veteres Christum Spiritum Dei, vel Spiritum absolutè consuevisse appellare. Hieronymus de Lactantio agens scribit Iudæos Spiritum sanctum mox ad Filium, mox ad Patrem retulisse, adeoque ejus substantiam negâsse: alii quoque Patres asserunt Sabellianos cum Iudæis sensisse. Atenim quid Iudæi Hieronymi, recentiorumque Patrum tempore senserint de eo, hîc non disquiro; quid deinde Rabbini per Spiritum sanctum intellexerint, quem defuisse in secundo templo ajunt, citante Cornelio à Lapide in Daniel. IX. 25. quæve modernorum Iudæorum de illo sit opinio,

non ita facilè est definire. Cæterum hoc improbabile videtur, Iudæos tempore Christi, utpote qui veram Dei veri cognitionem habebant, Spiritûs S. veram cognitionem latuisse, cumque prædictis hæreticis consensisse: persuasum etiam mihi est sanctissimam virginem deiparam vocem Spiritûs sancti, (qui ipsi superventurus annunciabatur à Gabriele) in sensu orthodoxo accepisse.

Propterea etiam quod ex te nascetur sanctum vocabitur filius Dei:] Tertullianus de Trinit. *Spiritus*, inquit, *veniet in te*, & *virtus Altissimi obumbrabit tibi. Hic est enim legitimus Dei filius qui ex ipso Deo est, qui dum sanctum istud assumit*, & *sibi filium hominis annectit*, & *illum ad se rapit atque transducit, connexione suâ* & *permixtione sociatâ præstat* & *filium illum Dei facit, quod ille naturaliter non fuit: ut principalitas nominis istius filius Dei in spiritu sit Domini, qui descendit* & *venit*. Sic & Actor. II. 27. 31. D. Petrus verba Davidis in Psalmo XVI. 10. *Non permittes sanctum tuum videre corruptionem*, de carne Christi interpretatur. Vnde rectè Maldonatus h. l. scribit Filium Dei h. l. dici prout Adamus dicitur filius Dei, Luc. III. 38.

℣. 63. Ἰωάννης ἐςὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ.] Nam vers. 13. Angelus Zachariæ dixerat καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἰωάννην, quo nomine ante Ioannem Baptistam nemo mortalium vocatus fuit.

CAP.

C A P. I I.

ỽ.52. IEsus proficiebat ætate, sapientiâ & gratiâ apud Deum & homines :] Vasquez in 3. part. Thom. tom. 1. disp. 47. cap. 1. refutat quinque loci hujus expositiones, à *Gregorio Nazianzeno*, *Damasceno*, *Bonaventurâ*, *Theophylacto & Cardin. Toleto* prolatas, nec ipse aptiorem producit. *Origenes* dicit Christum, sicut revera profecit ætate quoad naturam animalem, ita etiam profecisse quoad spiritualem sapientiâ, scilicet eam, quâ se per exinanitionem privaverat Dei Verbum, vel quam per spontaneam incarnationem oblivioni tradiderat (bibens de torrente in viâ *descensûs* Psalm. CX. 7.) sapientiam, paulatim recuperando. Nemo enim proficit qui est perfectus; sed ille qui indiget profectu.

C A P. III.

ỽ. 23. Ἰωσὴφ.] Celsi Iudæus apud Origenem lib. I. contra Cels. finxit fabulam talem de Patre Christi, ut diceret matrem Iesu cum milite Pantherâ in adulterio deprehensam, & gravidam extrusam à fabro lignario marito suo, peperisse Iesum. In Talmude quoque capite decimo secundo Sabat. Filius Mariæ בן פנדירא dicitur, quia Pandera cum Miriam concubuisset : porrò monstrosa referunt Iudæi de *Stadæ* & *Pandeiræ* filio, quem propter Magiam & malefacta vesperâ Paschatis occisum dicunt. Quid,

quod Epiphanius hær. 78. in genealogiâ Iosephi Pantheris meminit, ita enim scribit: ὁ ἰωσὴφ ὁ γέρων ὢν ἀπὸ πρώτης γυναικὸς χῆρος τοσαῦτα ἔτη, ἀδελφὸς παραγίνεται τοῦ κλωπᾶ. ἦν δὲ ὑιὸς τοῦ ἰακὼβ, ἐπίκλην δὲ πάνθηρ καλουμένου. ἀμφότεροι οὗτοι ἀπὸ τοῦ πάνθηρος ἐπίκλην γεννῶνται. *Senex ille Ioseph, qui tot annis viduus fuerat, frater erat Cleopæ: filius autem erat Iacobi cognomento Pantheris: ambo hi à Panthere cognomento dicto generati erant.* Damascenus verò l. IV. de fid. orthod. cap. 15. de geneal. Domini, in genealogiâ matris Domini mentionem facit Pantheris & Barpantheris, cùm ita scribit: ἐκ τῆς σειρᾶς τοῦ Νάθαν, τοῦ ὑιοῦ Δαβὶδ, λευὶ ἐγέννησε τὸν Μελχὶ, καὶ τὸν πάνθηρα· ὁ Πάνθηρ ἐγέννησε τὸν Βαρπάνθηρα, οὕτως ἐπικληθέντα. οὗτος ὁ Βαρπάνθηρ ἐγέννησε τὸν ἰωακεὶμ. ὁ ἰωακεὶμ ἐγέννησε τὴν ἁγίαν θεοτόκον. *Ex stirpe Nathan, filii David, Levi genuit Melchi & Pantherem: Panther genuit Barpantherem, ita cognominatum: hic Barpanther genuit Ioakim. Ioakim genuit sanctam deiparam.* Cùm itaque secundùm Damascenum Panther fuerit proavus S. Mariæ, nescio unde Galatinus de arcan. VIII. 5. habeat, quod Pantherem atavum virginis gloriosæ matris Domini dicit.

CAP. VI.

ṽ. 19. Ὅτι δύναμις παρ' αὐτοῦ ἐξήρχετο καὶ ἰᾶτο πάντας:] Id est, virtus quædam substantialis procedens ex Christo sanabat omnes: similiter dicitur VIII. 46. ἐγὼ γὰρ ἔγνων δύναμιν

μιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ: (Conf. Marc. V. 30.) id est, Angelum aliquem, vel Spiritum ſanctum, qui ex Christo proceſſerat ad ſanandam mulierem. Chriſtus enim nonniſi miniſterio Angelorum miracula faciebat, nec ullum miraculum legitur feciſſe ante, quàm Spiritus ſanctus ſuper eum deſcendiſſet, & Angeli ad miniſtrandum ei acceſſiſſent. Nam cùm duodecennis in templo prædicaret, ea proferebat, quæ viâ ordinariâ ſibi acquiſiverat per ſummam diligentiam. Ita Anonymus.

CAP. VII.

℣.7. Eἰπὲ λόγῳ:] Vide Matth. VIII. 8. ℣.47. Ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαὶ ὅτι ἠγάπησε πολύ:] Pontificii cum Orig. hom. 2. in Levit. & hom. 3. in Pſalm. XXXVI. ex hoc dicto colligunt ob charitatem remitti peccata. Ego quidem concedo eis ob bona opera, & præprimis charitatem peccata remitti: nego tamen id ex hoc loco colligi poſſe. Nam licèt Lucas primò dicat peccatricem charitatis opera exercuiſſe verſ. 38. & verſ. 48. ei peccata remiſſa eſſe: tamen Chriſtum hoc loco colligere à conſequente ad antecedens: (ſcil. multa ei peccata remiſſa eſſe, quia multùm diligat,) tota parabola Chaiſti indicat, in quâ aſſeritur debitorem quingentorum magis amare creditorem, quàm quidem eundem amet debitor quinquaginta denariûm, ſi utrique creditor debita remittat: quia ſcilicet iſti plura remiſſa ſint, quàm huic.

CAP.

CAP. VIII.

ỷ. 20.] Origenes tom. 8. in Ioann. egregiè probat legendum esse *Gergesæorum*, non *Gerasenorum*, vel *Gadarenorum*.

ỷ. 27. 30. 31. 32. 33. 35] Legio diabolorum, & multi diaboli in his versibus dicuntur, qui spiritus impurus, & diabolus singulariter audiunt ỷ. 29. Sic Marci V. 9. 12. 15. Legio diabolorum, & multi diaboli, & ỷ. 13. spiritus impuri vocantur, qui vers. 2. & 8. synecdochicè dicuntur spiritus impurus. Et tam in Marco, quàm in Lucâ de uno narrantur obsesso, quæ Matthæus VIII. 28. 29. 33. recenset de duobus.

ỷ. 48. *Fides tua te salvam fecit.*] Vide Matth. XXII. 32.

CAP. IX.

ỷ. 21. Παρήγγειλε μηδενὶ εἰπεῖν τοῦτο:] Christus noluit ut apostoli prædicarent, se Christum esse filium Dei vivi, aut ut visionem evulgarent quàm tres Apostoli viderant in monte, ubi Christus transfiguratus, antequam ipse à mortuis resurrexisset. Ratio subjungitur versu sequenti, scilicet, quia multa oporteat pati Filium hominis, & rejici à presbyteris, & principibus sacerdotum, & scribis, & occidi, & tertiâ de resurgere.

ỷ. 26. Τοῦτον ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων:]Vide Marci VIII. 38. Matth. XVI.

27.

27. Luc. XII. 9. ubi ſynecdochicè per angelos ſanctos intelligitur Spiritus S. ſecundùm *Anonymum*.

CAP. X.

℣. 8. *Videbam ſatanam tanquam fulgur de cœlo cadentem* :] Cyprianus de Jejunio: *His verbis*, inquit, *eorum animis intimans, quia ante hoc temporale initium ipſe in principio, imò ipſe principium exiſtens apud Deum, ante hominis conditionem ſuperbientis Diaboli ruinam vidit, & affectatæ dominationis ambitionem dejectionis ejus fuiſſe cauſam.* Origenes hom. 13. Ezech. *Satanas*, inquit, *non deſcendit de cœlo, neque ei mali quicquam acciderat, ſi deſcendiſſet. Audi Ieſum dicentem, videbam Satanam quaſi fulgur de cœlo cadentem, non deſcendentem.* Hæc Origenes. Malè itaque legunt quidam cum Cypriano, (ni fallor,) videbam Sana m quaſi fulgur de cœlo deſcendentem. Nam & in Græco legitur : ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν, ὡς ἀστραπὴν, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα, non καταβαίνοντα.

℣. 27. Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου.] Origenes hom. 25. Luc. *Volo*, inquit, *diligere Chriſtum, doce ergò me quomodo eum diligam: ſi enim dilexero eum ex toto corde*, &c. *contra præceptum facio, ut alterum abſque uno Deo ſic diligam*, &c. *Doce me & oſtende rationem quomodo inter utrumque medius incedens diligere debeam Chriſtum. Vis ſcire quâ charitate Chriſtus diligendus ſit? Breviter*

ter ausculta : Diliges Dominum Deum tuum in Christo.

Καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν :] Vide Matth. XXII. 39.

℣ 29. Καὶ τίς ἐστί μου πλησίον :] Origenes cap. XIII. Rom. *Si*, inquit, *diligentius requiras quis sit proximus noster, disces in Euangelio illum esse proximum nostrum qui venit, & jacentes nos vulneratos à latronibus & nudatos à dæmonibus jumento corporis sui superposuit, & ad stabulum Ecclesiæ detulit, & stabulario procurâ nostrâ & diligentiâ vel ipsi Paulo, vel omni qui Ecclesiæ præest, duos denarios novi ac veteris Testamenti ad nostræ curæ concessit expensas. Hunc ergò proximum si diligamus, omnem legem & universa mandata ipsius complemus. Finis enim legis Christus*, &c. Idem in alio loco manifestè dicit Christum esse proximum nostrum, quem ut nosmetipsos diligere debemus. Item hom. 34. Luc. docet *nullius fuisse proximum descendentem, nisi illius, qui voluerit custodire præcepta, & præparare se, ut sit proximus omni homini qui auxilio indiget. Hoc enim est quod post parabolam in fine ponitur. Quis de his tribus videtur tibi proximus esse ejus qui in latrones incidit? Nec enim sacerdos, nec levites, proximi ejus fuerunt, sed ut ipse quoque legis doctor respondit, ille qui fecit misericordiam proximus ejus fuit : (* Hæc Origenes. *)* id est, Samarita, qui plurium consensu ipse Christus est. Chrysostomus quoque per proximum intelligit Christum, eumque dicit indigitari per eum, qui in latrones incidit : ita enim

ait

ait homil. 42. op. imp. *Diliges Dominum, & magnum* (supple, *& primum*) *est. Diliges autem & proximum magnum quidem est, primum autem non est, & ideo dixit simile* (non æquale) *est. Considera ergò mysterium. Quis est proximus noster? Christus, qui suscipiens carnem nostram factus est proximus nobis, sicut in parabolâ illâ Christus ostendit, cum interrogat Pharisæus: Et quis est meus proximus? Introducit hominem vulneratum à latronibus, & à sacerdotibus despectum, à Samaritanis autem receptum, qui est ipse Christus. Ergò primum mandatum est & magnum Deum Patrem diligere; secundum autem & simile est Dei filium diligere. — Ideo Pater magnus Deus & primus; filius autem magnus Deus quidem, non tamen primus. — Christus addidit, Diliges proximum tuum sicut te ipsum, qui erat ipse. —— Quicunque dilexerit Deum ex toto corde, non est possibile ut non perveniat ad filii ejus agnitionem, id est proximi. — Quoniam de Patre & filio omnis prophetarum & legis prædicatio existebat: per quos Prophetas agnoscens quis proximum suum, hoc est filium Dei: ad primum vel maximum mandatum, perveniebat: ut diligeret Dominum Deum melius cognoscens eum per ipsum.* Hierusalem est locus cœlestis, Jericho terrenus, unde & descendere, non ascendere dicitur homo ex Hierusalem in Jericho.

CAP. XI.

ṽ. 4. R*Emitte nobis peccata nostra, nam & nos remittimus omni debenti nobis:*] Ex hoc loco,

loco, ut & ex Matth. VI. 14. 15. (Si dimiſeritis fratribus veſtris ex corde peccata ipſorum, & vobis remittet pater veſter peccata veſtra: quòd ſi non remiſeritis fratribus veſtris ex corde, nec vobis remittet pater veſter:) Origenes hom. 2. in Levit. colligit unam viam (de viis ſeptem) remittendorum peccatorum.

℣. 13. *Pater veſter cœleſtis dabit Spiritum ſanctum omnibus petentibus eum:*] Cyprianus orat. ſub die paſſionis: *Angelus*, inquit, *tuus lucis protegat me, quoniam tu dixiſti quod credentes petieritis per orationem, dabitur vobis.*

℣. 20. Εἰ δὲ ἐν δακτύλῳ θεοῦ:] id eſt in Spiritu ſancto. Nam Spiritu ſancto Chriſtus miracula faciebat. Vnde etiam in loco parallelo Matth. XII. 28. legitur: *εἰ δὲ ἐγὼ ἐν πνεύματι θεοῦ.*

CAP. XII.

℣. 50. Βάπτισμα δὲ ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ πῶς συνέχομαι ἕως οὗ τελεσθῇ;] Origenes hom. 7. Iudic. legit: *Baptiſmo habeo baptiſari, quem vos neſcitis.* Loquitur autem Dominus noſter de quinto baptiſmi genere, quod eſt in morte.

CAP. XV.

℣. 11.] Parabolam de filio juniore perdito explicant quidam de animæ humanæ ex ſtatu Angelorum lapſu, & peregrinatione in his terris, ut & in priſtinum ſtatum per pœnitentiam

tiam restitutione. Origenes homil. 4. Genes. *Vitulus*, inquit, *ille saginatus, quem pro recepto pœnitente filio jugulat Pater. Sic enim Deus dilexit hunc mundum, ut filium suum unicum daret pro hujus mundi vitâ.*

C A P. X V I.

℣. 22. Εἰς τὸν κόλπον τοῦ Ἀβραάμ.] Locum in quo beatè de mortuorum animæ usque ad diem judicii conquiescunt Tertullianus lib. 4. adv. Marcion. & Chrysost. comm. in Paul. vocant sinum Abrahæ: Origenes Periarchôn II. 12. Paradisum: homil. 26. Numer. & sinum Abrahæ, & paradisum: sic & Prudentius Cathemerinon 10. Irenæus autem II. 64. eum dicit προφητεῖον, id est, *Prophetarum domicilium*. Nam animas post mortem in loco aliquo usque ad diem judicii asservari, statuerunt Clemens Rom. lib. 2. hypotyp. (ita allegante Cornel. Agrippâ, S. Senens. Bibl. S. VI. 345. Ioan. Meisnero in disp. de statu animarum separatarum: cùm tamen non Romanus, sed Alexandrinus Clemens scripserit libros hypotyposeon:) Justinus M. dial. cum Tryph. q. 60. 75. 76. Irenæus V. 26. II. 64. Tertullian. de animâ c. 35. & 58. lib. 4. contra Marcion. Clemens Alex. Origen. Periarch. II. 12. hom. 7. Levit. IV. Periarch. contra Cels. 7. Victorinus Pictab. in Apoc. VI. Lactant. VII. 21. Athanas. Ambrosius lib. II. de Cain & Abel. cap. 2. & de bono mortis cap. 10. Nyssenus de

iis qui præmaturè abripiuntur. Chrysostomus hom. 7. de ligno scientiæ boni & mali, hom. 39. in 1. Cor. op. imp. hom. 34. Prudent. Cathemer. 10. hymno pro exeq. & 18. mart. August. Enchir. ad Laurent. in Psalm. 36. & lib. 12. de Genes. ad lit. cap. 9. Cyrillus Alex. lib. 7. Levit. Theodoret. in Hebr. XI. Oecumenius ibid. Theophylactus in Hebr. V. & Luc. XXIII. Andreas Cæsar. in Apoc. 14. Bernardus serm. 3. & 4. omnium sanctorum. Arethas in Apoc. 6. Euthymius in Luc. 23. Joannes XXII. PP. teste Guil. Ockam in opere 93. dierum. His adde Pseudo-Jacobi Liturgiam. Lutherum prælect. 1. in Genes. Calvin. & Anabaptistas apud Seb. Franck. Conf. Apoc. VI. 9. 10. 11. Josephus Scaliger in 1. Cor. XV. 20. dicit antiquissimorum Patrum hanc fuisse opinionem, usque ad Augustini ætatem, & infra. Alii quidem cum Origene, Tertulliano, & Lactantio unam communemque custodiam, (ignem scil. purgatorium, vel infernum) animabus omnibus attribuerunt: moti fortassis hac ratione, quòd Christus jamjam ad inferna descensurus dixerit latroni: hodie eris mecum in Paradiso: alii separata statuunt bonorum malorumque habitacula.

C A P. X V I I I.

ỳ. 8. Ο υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐλθὼν ἄρα εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς:] Quando Christus ad regnum gloriosum adveniet, mulier Ec-

clesia

clesia, & cum eâ fides adhuc erunt in deserto abscondentes se à facie draconis, Diaboli, vel Antichristi, ejus primogeniti filii: cui potestas data ad tempus totum terrarum orbem implendi blasphemiis & perfidiâ, & propterea meritò dictum est: filius hominis veniens non inveniet fidem super terram.

CAP. XIX.

℣. 41. Ἔκλαυσεν ἐπ' αὐτῇ:] Hæc verba propter metum Arianorum delevisse Catholicos attestantur Hilarius, Epiphanius in ancor. & Hieronymus: Vide Vasquium part. 3. tom. 1. disp. 56.

℣. 42. *Nunc autem occultata sunt ab oculis tuis:*] Origenes tom. 11. in Ioan. legit: *Nunc autem occultata sunt à filiis tuis.*

CAP. XX.

℣. 13. *Mittam filium meum:*] Chrysostom. oper. imp. hom. 40. (quæ in MS. Oxon. est 34. & 35.) *Quoniam autem volentes ostendere quidem filium semper fuisse, quemadmodum Patrem: cùm dicimus illis, si filius est, & natus est, & initium habet,* (edit. Colon. 1487. fol.) * *propositione negativâ"* (hæc desunt in dictâ edit.) *respondent,* * *non de proprietate filii secundum carnem":* (& hæc desunt in dictâ edit.) *quia post incarnationem dictus est filius ex baptismo, sic ut & cæteri sancti antea, Verbum autem fuit semper cum Patre. Quos etiam Dominus ex hoc loco convincit, dicens:*

Mittam filium meum. Quando ergò adhuc cogitabat de transmittendo filio post Prophetas, jam filius erat.

CAP. XXII.

℣. 19. IN *mei commemorationem:*]Ex hoc loco & 1. Cor. XI. 24. 25. 26. liquet finem Euchariſtiæ inſtitutæ, eſſe mortis Chriſti commemorationem & annunciationem.

℣. 42.] Vide Matth. XXVI. 39. & 42. *ex hoc verſu & ſequenti.*

℣. 43. Ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος ἀπ' οὐρανοῦ ἐνισχύων αὐτόν:] colligunt quidam Chriſtum peccare potuiſſe. Nullà enim, *inquiunt*, confortatione opus fuiſſet, ſi Chriſtus abſolutè peccare non potuiſſet.

℣. 44.] De ſudore Chriſti, & de angeli ad ipſum conſolatione ſcribit S. Senenſis Bibl. S. lib. 1. *Suſpicor hanc hiſtoriam olim à quibuſdam orthodoxis pio quidem, ſed ſimplici zelo rejectam; quòd favere videretur Arianis hæreticis: qui ex hoc, & huic ſimilibus teſtimoniis aſtruebant, filium Dei in eâdem impaſſibilis Dei naturâ non eſſe.* Ita rectè S. Senenſis ſuſpicatur. Nam Arianos iſtis verbis uſos ad probandam inæqualitatem Patris & Filii, patet ex Epiphan. hæreſ. 69.

CAP. XXIII.

℣.23. Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ:] Vocibus Paradiſi & horti Edenis frequenter utuntur ſcriptores Talmudici eo in ſenſu,

quo

quo ſinum Abrahæ explicari diximus, XVI. 22. Et probabile eſt Chriſtum eodem ſenſu ad hominem Judæum locutum, quò rectè intelligeret locum, de quo Chriſtus ipſi loquebatur.

CAP. XXIV.

℣. 13. Δύο ἐξ αὐτῶν ἦσαν πορευόμενοι :] Horum unus Cleophas dictus, ut patet ex ℣. 18. alterum fuiſſe *Simonem* ſcribit Origenes lib. I I. contra Celſ. *Nathanaëlem* putat Epiphanus: Dorotheus in Synopſi, & Theophylactus ipſum *Lucam*, (fortè quia ſolus hanc hiſtoriam recenſuit.) Verùm is demum ab apoſtolo Paulo ad Chriſtianiſmum converſus, & in principio Euangelii ipſe aſſerit ſe ſcripſiſſe Euangelium, ex iis qui ipſi viderunt & audiverunt, adeóque innuit ſe nec vidiſſe nec audiviſſe. Nec defuere, qui putarent cum Ambroſio h. l. hunc alterum fuiſſe *Amaonem*, vel *Ammonem*, filium Rufi, unum ex 72. teſte Luitprand. adv. 229. Verùm Dorotheus hujus non meminit inter ſeptuaginta diſcipulos.

℣. 46. Οὕτω γέγραπται, καὶ οὕτως ἔδει παθεῖν τὸν χριστὸν, καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ.

℣. 47. Καὶ κηρυχθῆναι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰς πάντα τὰ ἔθνη ἀρξάμενον ἀπὸ ἱερουσαλήμ :] Hæc eſt brevis ſumma juſtificationis noſtræ, de quâ alibi agemus.

Euangelium Ioannis.

C A P. I.

℣. 1. EN ἀρχῇ] Per principium aliqui Pontificiorum cum Athanaſ. 5. contra Arian. Nyſſeno 3. contra Eunom. Cyrillo 32. Theſaur. & I. in Ioann. c. 1. Anaſtaſ. Sinait. Ipſum Deum patrem intellectum volunt; ſed non rectè: diſtinguitur enim principium à patre verſu 2. cùm dicitur: οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν; & verſu 1. Καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν. Alii æternitatem abſolutam intelligunt. Verùm Maldonatus fatetur *nomen principii pro æternitate vix poſitum inveniri*: & quidem rectè, nam cùm Geneſ. I. 1. dicitur: *in principio fecit Deus cœlum & terram*, & Eccli. XV. 14. *homo creatus eſt à principio*: (Conf. XXXVI. 14. & XXXIX. 30.) quis mundum vel hominem ab æterno fuiſſe, aut Diabolum ab æterno peccare aſſerat, quia 1. Ioan. III. 8. dicatur *peccare ab initio.* Vnde Maldonatus & Beza per principium h. l. idem principium intelligunt, quod in initio Geneſis legitur. Tertull. contra Prax. *In principio erat ſermo, in quo principio prolatus à Patre eſt. Cæterùm Pater non habens initium ut à nullo prolatus, ut innatus.* Sic Gualterus h. l. *Vox principii*, inquit, *æternitati nequaquam convenit. Cùm enim æternum dicatur, quod principio & fine caret, quomodo principii nomine declarari poteſt?*

teſt? Hugo Grotius h. l. ἐν ἀρχῇ *eſt cùm primum rerum univerſitas cœpit creari.*

ἦν ὁ λόγος:] Non eſt dubium, quin D. Ioannes vocem λόγου eâ ſignificatione acceperit, quâ cam communiter intelligebant Rabbini & Philoſophi Platonici, qui doctrinam de λόγῳ Iudæis acceptam ſcrebant. Et hoc confirmatur, quia Platonicus *Amelius*, lecto principio Euangelii hujus queſtus eſt Ioannem in ſuum ipſius librum tranſtuliſſe magiſtri ſui myſteria, & quæ erant Platonis arcana, ſua propriaque feciſſe: *Per Iovem*, dicens, *Barbarus iſte cum noſtro Platone ſentit Verbum Dei in ordine principii eſſe conſtitutum*: judicavitque verba illa digna eſſe, quæ aureis literis conſcriberentur, & per omnes ecclefias in locis eminentiſſimis proponerentur. Vide de hac re Euſebium præp. Euang. XI. 10. Auguſtin. de civit. Dei VIII. & X. 29. Cyrillum Alexand. 8. contra Iulianum. Quid verò *Philo Iudæus* σύγχρονος Ioannis, & *Platonici* per λόγον intellexerint, & quomodo de eo, tanquam de perſonâ ſubſiſtente locuti fuerint, dicemus in *tractatu de Verbo*. Hîc ſaltim addimus quòd λόγου vox optimè in latino dicatur *ratio*, vel *mens*, aut *intelligentia*. Errant itaque Sociniani dicentes, quòd Chriſtus Verbum dicatur ſolum ob prædicationem Euangelii: cur non etiam, quia Deus Pater Verbo ſuo uſus eſt & in Vet. Teſt. tanquam mediatore Dei & hominum, (ut *Philo Iudæus* Verbum vocat,) cùm Patriarchis & Prophetis aliquid nunciandum

videbatur? Obſervandum quoque eſt, quod Origenes Periarch. l. 2. ſcribit: *& per hoc Verbum dicitur, quia ſit tanquam arcanorum mentis interpres: unde & velle mihi dictus videtur ſermo ille qui in actibus Pauli ſcriptus eſt, quia hic eſt Verbum animal vivens.*

Καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος.

℣. 2. οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν.] Proverb. VIII. 30. Quod per τὸν θεὸν Pater ſit intelligendus, patet ex loco parallelo 1. Ioan. I. 2. ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἥτις ἦν πρὸς τὸν πατέρα, & II. 1. ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα ἰησοῦν χριστὸν. Conf. Ioan. XVII. 5. Ignatius ad Magneſ. παρὰ τῷ πατρί. Iuſtinus cum Tryph. συνῆν τῷ πατρί. *Philo Iudæus, Clemens Alexandrinus, Origenes, aliique primitivæ Eccleſiæ Patres* ſcribunt ſummum Deum cum articulo Deum appellari, alios ſine articulo. Nam Philo Iudæus in libro de ſomniis: Ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς ὁ ὀφθείς σοι ἐν τόπῳ θεοῦ. — μὴ παρέλθῃς δὲ τὸ εἰρημένον, ἀλλ' ἀκριβῶς ἐξέτασον εἰ δύο εἰσὶ θεοί· λέγεται γὰρ, Ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς ὁ ὀφθείς σοι, οὐκ ἐν τόπῳ τῷ ἐμῷ, ἀλλ' ἐν τόπῳ θεοῦ, ὡς ἂν ἑτέρου. τί οὖν χρὴ λέγειν· ὁ μὲν ἀληθείᾳ θεὸς, εἷς ἐστίν· οἱ δ' ἐν καταχρήσει γενόμενοι πλείους· διὸ καὶ ὁ ἱερὸς λόγος ἐν τῷ παρόντι τὸν μὲν ἀληθείᾳ, διὰ τοῦ ἄρθρου μεμήνυκεν, εἰπὼν, Ἐγώ εἰμι ὁ θεός· τὸν δὲ καταχρήσει χωρὶς ἄρθρου, φάσκων, ὁ ὀφθείς σοι ἐν τόπῳ οὐ τοῦ θεοῦ, ἀλλ' αὐτὸ μόνον, θεοῦ. &c. *Ego ſum ille Deus, quem in loco Dei vidiſti:* &c.] *Hic locus non eſt curſim prætereundus; ſed diligenter examinandus, an duo Dii ſint.*

ſint. Legitur enim: Ego ſum ille Deus, qui tibi apparui non in loco meo; ſed in loco Dei, quaſi alterius. Quid igitur dicendum? Verus quidem Deus unus eſt, abuſivè autem facti plures: ideo ſacer ille ſermo nunc illum verum per articulum indicat, dicens: Ego ſum ille Deus. Cæterùm abuſive dictum ſine articulo enunciat, qui apparui tibi in loco Dei, nihil adjungens ad Dei vocabulum. Vocat autem Deum nunc antiquiſſimum ſermonem ſuum non ſuperſtitiosè de nominibus ſollicitus; ſed unum ſpectans finem propoſitum. Clemens Alexandrinus l. 3. ſtrom. ὐ γὰρ θεὸν ἁπλῶς προσεῖπεν ὁ τῆ ἐ ἄρθρυ προσθήκῃ τὸν παντοκράτορα δηλώσας. *Non Deum abſolutè dixit, qui articuli adjectione nempe ὁ θεὸς dicens, ſignificavit eum, qui eſt omnipotens.* Origenes tom. 2. in Ioan. ubi ita ſcribit: *Magnâ cum obſervatione, non ut græcæ ſubtilitatis ignarus Ioannes, aliquo loco articulis uſus eſt, in aliis eos tacuit, nomini quidem λόγυ, id eſt Verbi; ὁ adjungens, Dei autem dictioni alicubi adjungens, alicubi differentiæ gratiâ detrahens: adhibet enim articulum, cùm Dei nomen in ingenitâ omnium causâ dicitur: eundem autem non adhibet, cùm Verbum Deus nominatur. — Dicendum eſt, eum quidem, qui αὐτόθε☉ eſt, eſſe τὸν θεὸν, ſicut Salvator in ſuâ oratione dixit, ut cognoſcant te ſolum illum verum Deum: omne autem quod præter Deum ipſum, illius divinitatis participatione & communicatione Deus efficiatur, non τὸν θεὸν, ſed θεὸν magis propriè dici. — Verus igitur Deus eſt ὁ θεὸς, qui autem ad illum formati effectique ſunt θεοὶ, primæ ſpeciei & exemplaris ſunt imagines.* Inter

ter hos etiam Filium Dei numerat. Paulò pòst: *Ac nequem offendat, quia diximus unum esse verum Deum, nempe Patrem, & præter Deum verum multos factos Deos, participatione Dei, verentes gloriam ejus, qui omnem creaturam præcellit, æquari reliquis obtinentibus appellationem Dei sine articulo, præter datam differentiam, per quam Deum λόγον diximus reliquis omnibus Diis ministrum esse Deitatis, etiam hæc differentia est apponenda. Ea enim ratio, quæ in singulis rationis capacibus inest, eandem comparationem habet ad illam rationem, quæ in principio apud Deum est, & Deus est λόγος, quam habet Deus λόγος sine articulo ad Deum cum articulo. Vt enim Pater αὐτόθεος, & verus Deus se habet ad imaginem (nempe Filium) & ad imagines imaginis, &c. Sic hunc in modum se habet ipse λόγος, hoc est ipsa ratio ad eam, quæ est in singulis, rationem.* Martinus Czechovicius in h. l. verbis ejus Polonicis in Latinum translatis, ita scribit: *Si in hoc loco ita apertè ut aliqui existimant, Filius Dei vocatus fuisset Deus, ut & antiqui Patres de eo non dubitaverint, aut aliquid aliud non spectaverint, ecquid opus erat conquirere alia argumenta, quibus assertionem suam adversum Arianos fulcirent: unde apparet Ioannem scripsisse: & Dei erat ille sermo, sicut in Apocalypsi XIX. 13. & in illo hymno: veni redemptor: ubi ita extat: Verbum Dei factum est caro, & non Deus Verbum: sicut & in quibusdam antiquis latinis exemplaribus MSis reperitur, ubi ita extat: Dei, non Deus.* At produxisse debuisset Czechovicius ubinam locorum

rum ista MSa reperiri queant, si fidem verbis suis adhiberi voluisset. Hoc exemplo videre licet, quomodo hæretici, si manifestam scripturam in suum sensum interpretando pervertere nequeunt, eandem corrumpere annitantur.

ỷ. 3. *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο.*] Omnia per Verbum, in Verbo & Verbo facta esse confirmat vetus Testamentum, Psalm. XXXIII. 6. CXLVIII. 8. Chaldæus Paraphrastes, Esai. XLV. 12. XLVIII. 13. Targum Hierosolymitanum, Genes. I. 1. בחכמה, *in sapientiâ creavit Deus cœlum & terram*: sic etiam Petrus 2. epist. III. 5. *οὐρανοὶ ἦσαν ἔκπαλαι καὶ γῆ ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα τῷ τοῦ θεοῦ λόγῳ.* Cæterùm Philo Iudæus per *λόγον* ait conditam rerum universitatem, ut infra videbimus. Et Gentiles apud Iustin. apol. 2. *τὸν θεὸν διὰ τοῦ λόγου τὸν κόσμον ποιῆσαι ἔγνωσαν*: *cognoverunt Deum illum per Verbum condidisse mundum.* Certè Plato *λόγον* exemplar mundi vocat. Origenes Tom. 2. in Ioan. *Nunquam*, inquit, *principem locum habet particula per quem, sed semper secundum: veluti in epistolâ ad Romanos, Paulus servus inquit Iesu Christi vocatus ad munus apostolicum, segregatus in Euangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, genitus fuit ex semine David secundum carnem: qui declaratus fuit filius Dei cum potentiâ secundum spiritum sanctificationis ex eo quod resurrexit è mortuis Iesus Christus Dominus noster, per quem accepimus gratiam, & apostolici muneris functionem, ut obediatur fidei inter omnes gentes super ipsius nomine.*

mine. Deus enim Euangelium suum pronunciaverat per prophetas, subministrantibus Prophetis, & habentibus sermonem illius, cui competit per quem, & rursum, Deus dedit gratiam, & apostolici muneris functionem Paulo & reliquis, ut obediant fidei inter omnes gentes. Et dedit per Christum servatorem, habentem particulam, per quem. Et in epistolâ ad Hebræos Paulus inquit: In novissimis diebus locutus est nobis in filio, quem posuit hæredem omnium, per quem fecit & secula, docens nos Deum secula fecisse per filium. Vnigenito habente particulam δι' ȣ̃, *id est per quem, dum secula fierent. Sic igitur hoc etiam in loco si omnia per Verbum ipsum facta sunt, non ab ipso Verbo facta sunt, sed à superiore & majore, quàm sit Verbum: quis autem hic alius est, nisi Pater?* Eusebius lib. I. Eccles. Theol. vel contra Marcellum III. 20. dem. 3. Δυνάμενος γ' ȣ̃ν ὁ Ευαγγελιστὴς εἰπεῖν πάντα ὑπ' αὐτȣ̃ ἐγένετο· καὶ αὖθις, καὶ ὁ κόσμος ὑπ' αὐτȣ̃ ἐγένετο, ȣ̓κ ὑπ' αὐτȣ̃ ἔφη, ἀλλὰ δι' αὐτȣ̃ ἦν, ἵν' ἡμᾶς ἀναπέμψῃ ἐπὶ τὴν τῶν ὅλων ποιητικὴν τȣ̃ πατρὸς αὐθεντίαν: καὶ τȣ̃ λόγȣ τὸ ὑπηρετικὸν τȣ̃ Θεȣ̃. *Cùm potuisset Euangelista dicere omnia ab ipso facta sunt: & rursus, mundus ab ipso factus est, non tamen ab ipso dixit, sed per ipsum erant, ut nos remitteret ad universorum factricem Patris autoritatem, & Verbi ministerium, quo Deo inservit.* & lib. II. cap. 14. ἡ διὰ πρόθεσις, τὸ ὑπηρετικὸν σημαίνει, ὡς ὁ αὐτὸς εὐαγγελιστὴς προϊὼν ἑξῆς παρίστησι λέγων, ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια δι' Ιησȣ̃ χριστȣ̃ ἐγένετο. ὡς γὰρ ὁ νόμος ȣ̓κ ὢν ἀνθρώπινος, ȣ̓δ' αὐτȣ̃ τȣ̃ Μωσέως ὑπάρχων, ἀλλ'

ἐκ

ὄντα τοῦ θεοῦ, Μωσέα διάκονον, καὶ ὑπηρέτην ἐπεχεάφατο τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐκδόσεως, καὶ διὰ τοῦτο εἴρηται, ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη· οὕτω καὶ ἡ χάρις δι᾽ ἰησοῦ χριστοῦ ἐγένετο: τοῦ πατρὸς αὐτὴν διὰ τοῦ χριστοῦ καλεργασαμένου. ὡσαύτως οὖν εἴρηται καὶ τὸ, πάντα δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο, ἑτέρου μὲν πεποιηκότος, αὐτοῦ δὲ διακονησαμένου. *Præpositio per ministerium significat, sicut idem Euangelista in sequentibus manifestè statuit dicens: lex per Mosen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est. Sicut enim lex nec humana, nec ipsius Mosis existens, sed ex Deo, Mosen ministrum & servum dixit in tradendâ hominibus lege, & propterea dictum est, lex per Mosen data est: sic etiam gratia per Iesum Christum facta est: patre ipsam per Christum operante. Similiter ergò dictum est & illud, omnia per ipsum facta sunt, altero quidem faciente, ipso verò ministrante.* Augustinus de incarn. l. 2. dicit *Filium in omni conditione Patri ministrâsse, quia per ipsum omnia condita sunt.* Conf. Clement. strom. 6. & Origen. tom. 2. in Ioan. Vnde etiam Philo, qui lib. de Cherub. probat præpositionem διὰ, *per*, causam instrumentalem & ministrantem denotare, nec altissimo Deo convenire, sæpissimè ait Deum creâsse mundum per Verbum, vel Verbo tanquam instrumento: ita lib. 2. allegor. Σκιὰ δὲ θεοῦ, ὁ λόγος αὐτοῦ ἐστιν, ᾧ καθάπερ ὀργάνῳ προσχρησάμενος ἐκοσμοποίει. *umbra Dei ipsa Ratio ejus est, quâ tanquam instrumento utens, mundum creabat.* de Caino: & Cherub. ὁ θεὸς αἴτιον οὐκ ὄργανον· τὸ δὲ γινόμενον, δι᾽ ὀργάνου μὲν, ὑπὸ δὲ αἰτίου πάντως γίνεται. —— καὶ

ἐστι

ἐστὶ μὲν ὑφ' οὗ, τὸ αἴτιον· ἐξ οὗ δὲ ἡ ὕλη· δι' οὗ δὲ, τὸ ἐργαλεῖον. —— εὑρήσεις γὰρ αἴτιον μὲν αὐτοῦ τὸν θεὸν, ὑφ' οὗ γέγονεν· ὕλην δὲ, τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ἐξ ὧν συνεκράθη· ὄργανον δὲ λόγον θεοῦ, δι' οὗ κατεσκευάσθαι. *Deus ille causa est, non instrumentum. Quodcunque autem fit, per instrumentum quidem, at à causâ omnino fit. —— & est quidem causa, à quâ: materia, ex quâ: instrumentum, per quod. —— invenies enim autorem mundi Deum illum, à quo factus est: materiam verò quatuor elementa, ex quibus temperatus est: instrumentum porrò Verbum Dei, per quod est conditus:* &c. de Monarch. λόγος ἐστὶν εἰκὼν θεοῦ, δι' οὗ σύμπας ὁ κόσμος ἐδημιουργεῖτο. *Verbum est imago Dei, per quod totus mundus factus est.* lib. quod Deus sit immutabilis: δίδωσι δὲ, λόγῳ χρώμενος ὑπηρέτῃ δωρεῶν, ᾧ καὶ τὸν κόσμον εἰργάσατο: *donat autem Deus ille ingenitus, Verbo utens ministro donorum, quo etiam mundum fecit.* de migratione Abrahami, *vel*, de exilio: ὅτε ἐκοσμοπλάστει, χρησάμενος ὀργάνῳ τούτῳ πρὸς τὴν ἀνυπαίτιον τῶν ἀποτελουμένων σύστασιν. *Deus ille universorum gubernator, cùm mundum crearet, usus est instrumento illo Verbo antiquissimo omnium quæ creata sunt, ad absolvendum opus irreprehensibile.* Tertullianus quoque Verbum instrumentum dixit, & alibi ministrum. Iustino dicitur ὑπηρέτης τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων θεοῦ sæpius: Theophilo ὑπουργὸς: Origeni θεοῦ διάκονος. Sic Latini & Verbum & Spiritum vocant membra, pignora instrumenta Dei. Vide Grot. h. l. Lutherus etiam appellationem instrumenti Verbo tributam approbat in 1. Genes. Tandem *Iesuita* quidam,

dam, contra Scripturæ S. defensores Lutheranos, scribit τὸ *per*, denotare medium instrumentale, & nunquam causam principalem efficientem; sed eâ inferius. Adeò autem universaliter quidam Patres vocem *omnia* accipiebant, ut non veriti sint asserere etiam Spiritum sanctum per Filium esse factum. Nam Clemens Rom. const. lib. VI. cap. 11. ἕνα θεὸν ἑνὸς υἱοῦ πατέρα, οὐ πλειόνων, ἑνὸς παρακλήτου διὰ χριστοῦ τῶν ἄλλων ταγμάτων ποιητήν: *unum*, inquit, *Deum unius filii Patrem, non plurium, unius Paracleti per Christum aliorum ordinum factorem.* Origenes tom. 2. Ioan. h. l. ita scribit: *Quærendum est & illud an ipse etiam Spiritus sanctus per ipsum sit factus. Verum cum sit, omnia per sermonem facta fuisse, ac meo quidem judicio, si quis dicat factum esse Spiritum sanctum, & admittat omnia per sermonem facta fuisse, is etiam fateatur, necesse est, Spiritum ipsum a sermone factum, nimirum sermone ipso antiquiore existente ipso spiritu. Qui verò noluerit Spiritum sanctum per Christum fuisse factum, sequitur ut is vera credens: quæ in hoc euangelio sunt scripta, spiritum ipsum ingenitum asserat.* Eusebius de eccles. Theol. lib. II. cap. 23. ὁ δὲ υἱὸς ποιητικὸς ἂν εἴη, καὶ δημιουργικὸς τῆς τῶν γεννητῶν ἁπάντων, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων, καὶ δὴ καὶ αὐτῆς τῆς τοῦ παρακλήτου πνεύματος ὑπάρξεως. Πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. Καὶ ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, &c. *Filius factor est & creator generatorum omnium, visibilium & invisibilium, quin & ipsius Paracleti Spiritûs subsistentiæ.*

ſiſtentiæ. Omnia enim per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Et in ipſo creata ſunt omnia, quæ in cœlis, & quæ ſuper terram ſunt. Lib. III. cap. 6. Τὸ δὲ παράκλητον πνεῦμα οὔτε θεὸς, οὔτε ὑιὸς, &c. ἓν δέ τι τῶν διὰ τοῦ ὑιοῦ γενομένων τυγχάνει, ὅτι δὴ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. *Paracletus Spiritus nec Deus eſt, nec filius; ſed unum quid eorum, quæ per filium facta ſunt, quia omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.*

Καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν.

℣. 4. Ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ, ζωὴ ἦν;] Ita hunc locum diſtinguunt Irenæus III. 8. 11. V. 18. Clemens Alexand. Pædagog. I. 6. 9. Strom. 6. Tertullianus contra Hermog. Origenes lib. 6. contra Celſum, tom. 1. in Ioan. hom. 2. in diverſos. Cyprianus 2. contra Iud. Euſeb. lib. II. Theol. Eccleſ. c. 23. III. 6. Ambroſius Hexaëm. cap. 4. & Pſalm. 36. Auguſtinus, Marius Victorinus 1. & 2. contra Arian. Cyrillus h. l. Gaudenrius tract. 8. in Exod. Beda, imò omnes Latini: quibuſcum conſentiunt Bellarminus, Sixt. Senenſis Bibl. S. VI. 123. & verſio germanica Dietenbergeri. Ita autem ſcribit Origenes tom. 1. *Cùm enim protulerit Ioannes de Verbo loquens, quod factum eſt in ipſo vita erat, oſtendit factam fuiſſe vitam in Verbo. Neque verò Verbum hoc aliud eſt à Chriſto, Deus exiſtens & Verbum apud Patrem, per quòd facta ſunt omnia: neque vita alia eſt à Dei Filio, qui inquit: Ego ſum via, veritas, & vita. Vnde non ſecus atque vita facta fuit in Verbo: ſic Verbum erat in principio.* (Conf. tom. 3. 5. & 27.)

27.) paulò pòſt: *Dei Filium*, inquit, *non eſſe principium juxta omnia, quibus nominatur*, (id eſt!, ſecundùm omnes ſuas proprietates:) *quî enim fieri poteſt, ut ſit principium in quantum eſt vita, cùm vita facta fuerit in Verbo, quod eſt ipſius vitæ principium?* &c. Conf. contra Celſ. lib. 6.

℣. 6.] Poſtquam hactenus apoſtolus de Chriſti præexiſtentiâ & generatione anteſeculari locutus eſt, jam pergit ad nativitatem Ioannis, & verſ. 14. nativitatem Chriſti temporalem enarrare aggreditur, dicit itaque:

Fuit homo miſſus à Deo, nomen illi Ioannes:] Origenes tom. 5. *Proinde*, inquit, *qui cavet ne quicquam vel injuſtè, vel caſu vel privatâ electione faciat, antiquiorem eſſe Ioannis animam, quàm corpus admittat, neceſſe eſt, & antea ſubſiſtentem miſſam fuiſſe ad miniſterium teſtandi de luce.* Hæc Origenes, qui in ſequentibus ex Malach. III. 1. Luc. I. 41. & precatione Ioſephi probat Ioannem ante incarnationem fuiſſe ſanctum angelum, & per conſequens eum peccato originali caruiſſe.

℣. 9. ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν,] Origenes tom. 3. in Ioann. *Quoniam*, inquit, *hoc in loco ſalvator ſimpliciter lux dicitur, in catholicâ verò Ioannis ipſius epiſtolâ Deus lux eſſe dicitur, alius quidam putat hinc colligi, Patrem non eſſe à Filio eſſentiâ diſtinctum: ſed qui diligentiùs obſervaverit, & rectiùs locutus fuerit, dicet natura non idem eſſe lucem, quæ in tenebris lucet, ab ipſis tenebris non apprehensâ, & lucem in quâ nullo modo ſunt tenebræ. Siquidem ea lux quæ in tenebris lucet, tanquam ſu-*

pervenit tenebris. Cumque ab ipsis persecutionem patitur, & ut ita dicam, insidiis petitur, non comprehenditur. At lux, in quâ nullæ sunt tenebræ, neque lucet in tenebris, neque principio ab ipsis persecutionem patitur, ut ceu vincens publice declaretur, quòd ab ipsis persequentibus non sit apprehensa. Tertiò dicitur hæc lux, lux vera, quâ ratione Pater veritatis Deus amplior est Verbo, & major, quàm veritas, & quia Pater est sapientiæ, melior est atque præstantior ipsâ sapientiâ, & hac ratione vera lux præcellit. Apertiùs autem Patrem & Filium duas existere luces per hæc, à Davide sciemus in Psalmo quinto & trigesimo dicente: in lumine tuo videbimus lumen. Eusebius l. III. contra Marcell. vel Theol. Eccles. l. I. c. 20. dem. 3. *Lumen Verbum differt à lumine Patre, quòd hic habitet lucem inaccessam, quem nemo vidit, sed nec videre potest, ille autem in mundo erat, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum.* De præp. Euang VII. 17. ταύτῃ τῃ τοιγαροῦν καὶ τὸν ἐν ἀσωμάτοις καὶ νοεραῖς οὐσίαις κόσμον χρὴ νοεῖν, τὰ πάντα μὲν ἀθρόως ἀπολαβούσης τῆς ἀνεκφράστου, καὶ ἀπειρομεγέθους δυνάμεως τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων, δευτερούσης δὲ μετὰ τὸν πατέρα, τῆς δημιουργικῆς ὁμοῦ, καὶ φωτιστικῆς δυνάμεως τοῦ θείου λόγου· διὸ καὶ φῶς ἀληθινὸν, καὶ δικαιοσύνης ἥλιον ἑβραίοις φίλον αὐτὸν ὀνομάζειν· τρίτης δὲ ἤδη μετὰ τὴν δευτέραν οὐσίαν ἐν χώρᾳ σελήνης καθισταμένης τοῦ ἁγίου πνεύματος. *Et in incorporeis & intellectualibus substantiis mundum oportet intelligere, omnia quidem universè cepit ineffabilis & infinitè magna virtus Dei universorum; secundas partes post Patrem*

Patrem habente operatrice simul & illuminatrice virtute divini Verbi (vel, *divino Verbo*,) *idcirco etiam lucem veram*, *& justitiæ Solem Hebræi eum vocare amant: post secundam verò essentiam tertiâ in orbe lunæ collocatâ sancto Spiritu.* Contra Marcell. lib. III. vel Theol. Eccl lib. I. c. 20. dem. 3. *ἀλλὰ καὶ ὁ κόσμος φησὶ διὰ τοῦδε τοῦ φωτὸς γέγονε, τοῦ κρείττονος δηλαδὴ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πᾶν συνισταμένου. Sed & mundus*, *inquit*, *per hanc lucem factus est*, *potiore nempe Patre per Filium constituente omnia.* Gregor. Nazianz. or. 2. vocat Filium *μεγάλου φωτὸς μικρὸν ἀπαύγασμα*, *magni luminis parvum splendorem.*

ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον:] Vox *ἐρχόμενον* in græco potest esse & nominativi & accusativi casûs: Vnde etiam dupliciter transferri potest in latinum: 1. *Lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* 2. *Lumen verum quod illuminat omnem hominem veniens in hunc mundum.* Prior versio est communis modernorum: & confirmatur ex Tertulliano contra Prax cap. 12. Cypriano contra Iud. I. 7. ut & Origenis interprete hom. 1. in Genes. hom. 13. Exod. hom. 1. Iudic. hom. 11. Ierem. Tom. 1. & 25. in Ioan. præf. in epist. ad Roman. Autore Cant. Cant. hom. 2. & in diversos hom. 2. Posterior versio confirmatur 1. ex Cyrillo & Augustino. 2. quia articulus omissus. 3. quia sequitur, *in mundo erat.* 4. ex locis parallelis: III. 19. *τὸ φῶς ἐλήλυθεν εἰς τὸν κόσμον.* XII. 46. *ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα,*

XVIII. 37. εἰς τοῦτο ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον. VI. 14. οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ προφήτης, ὁ ἐρχόμενος εἰς τὸν κόσμον. XI. 27. σὺ εἶ ὁ χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὁ εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος. I. 15. ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος. Hunc ſenſum ſequuntur Sociniani, ut & D.Georg. Vechnerus. Ex priore ſenſu colligitur animas præexiſtere ante corpora, quod animadvertens autor latinus hom. 2. in diverſos, non de hoc mundo dictum vult: cùm tamen non ſolùm *Vulgata*, ſed & omnes *Patres* conſtanter legant *in hunc mundum*. Ex poſteriore ſenſu contra Socinianos concluditur Chriſtum extitiſſe ante incarnationem: quod animadvertit Brenius in h. l. & propterea proprietatem vocis ἔρχεσθαι eludere conatur; ſed fruſtra: cùm nihil vetet iu locis quæ adducit τὸ ἔρχεσθαι propriè intelligi. Sociniani itaque hunc ſenſum elegerunt, qui ipſis maximè eſt contrarius. Autor libri de Trinitate: *Deus ab Africo veniet, & ſanctus de monte opaco & condenſo. Quem volunt iſti ab Africo venire? Si veniſſe ajunt omnipotentem Deum Patrem, ergo de loco Deus Pater venit, ex quo etiam loco cluditur, & intra ſedis alicujus anguſtias continetur*. Plura vide in Ioan. VI. 33.

ỷ. 10. *Mundus per ipſum factus eſt, & mundus non cognovit eum*:] Hinc liquet Euangeliſtam, cùm dicit: *omnia per ipſum facta ſunt*, non indigitâſſe ſecundam creationem, vel regenerationem. Euſeb. Eccl. Theol. I. vel contra Marcellum III. cap. 20. dem. 3. ὁ κόσμος φησὶ διὰ τοῦδε τοῦ φωτὸς γέγονε, τοῦ κρείττονος δηλαδὴ τοῦ πατρὸς διὰ

διὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πᾶν συνισαμένου: *Mundus*, *inquit*, *per hanc lucem factus est*, *potiore nempe Patre per Filium constituente omnia*.

℣. 11. *Venit ad suos*, *sed sui non receperunt eum* :] Mundus Christi dicitur 1. quia per ipsum factus est. 2. quia data est Christo potestas in cœlo & in terrâ. 3. quia omnia quæ Patris sunt, Filii etiam sunt.

℣. 14. ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο:] *Verbum caro factum est*: id est, Verbum homo factum est: nam uti aliæ animæ hypostaticè uniuntur corpori humano, ita Verbum unitum est carni. S. Lucianus, Arius, Apollinarius, aliique Patres primitivæ Ecclesiæ, (de quibus egimus lib. 1. hist. Eccles.) crediderunt Verbum per spontaneam exinanitionem officium Spiritûs informantis corpus subiisse & sic factum & dictum esse animam humanam, & assumpsisse solam carnem, animâ vel mente carentem. Nam & aliorum hominum animas præexistentes eâdem ratione animas fieri & dici putabant. Samosateniani & Nestoriani dicebant Verbum in homine Christo solùm inhabitâsse, sicut in aliorum sanctorum animabus & corporibus inhabitat Spiritus Dei. Similiter Adam Pastoris. Eutychiani dicebant Verbum mutatum esse in carnem: similiter Menno & Schwenckfeld. Alia sententia est Catholicorum statuentium Verbum unitum hypostaticè cum animâ & corpore Iesu. Fuit quoque antiquissimorum Patrum sententia hominis esse tres partes: animam videlicet, corpus & spiritum vel mentem; sed

de hac ſententiâ plura alibi. De carne etiam Chriſti controverſia fuit Eccleſiæ orthodoxæ Catholicæ, (credentis Chriſtum habuiſſe verum corpus humanum factum & natum ex ſemine mulieris,) cum antiquis hæreticis Menandro, Baſilide, Valentino, Manete, Cerdone, Marcione, Eutychete, aliiſque: qui dicebant Chriſtum corpus habuiſſe æthereum, ſidereum, cœleſte, ſpirituale, phantaſticum, quod per Mariam tanquam per fiſtulam tranſierit. Cum his conſentiebant ex recentioribus M. Hofmannus, Menno & antiqui Mennonitæ, qui ſub nomine Anabaptiſtarum Flandrorum doctiſſimè refelluntur ab Epiſcopio.

Καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ:] Vide ℣. 18.

ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς:] Vnigenitus accipitur pro primogenito. Grotius h. l. *Græci*, inquit, *ſenſum reſpicientes vertunt* ἀγαπητὸν, *ut Geneſ.* XXII. 2. 12. 16. *Iudic.* XI. 34. *Ierem.* VI. 26. *Amos* VIII. 10. *Zach.* XII. 10. *aut* ἀγαπώμενον, *Prov.* IV. 3. ποθητὸν, *Iudic.* XI. 34. *Plutarchus*: ὁ Ὅμηρος ἀγαπητὸν υἱὸν ὀνομάζει, μοῦνον τηλύγετον, τουτέστι μὴ ἔχουσιν ἕτερον γονεῦσι μηδὲ ἕξουσι γεγεννημένον. *In Odyſſeâ ſecundâ eſt* μοῦνος ἐὼν ἀγαπητὸς. *Vid. Matth.* III. 17. *& Marci* XII. 6. *Sic Solomonem filium ſuum unicum, id eſt dilectiſſimum vocat David*, 1. *Par.* XXIX. 1. *& ipſe Solomo ſemet dicto loco Prov.* IV. 3.

℣. 15. Ἔμπροσθέν μου γέγονεν:] *Ante me factus eſt*: ita Vulgata, Arias Montanus, & Autor homil. 2. in diverſos. hoc & 27mo & 30mo verſu

trans-

tranſtulerunt: Chriſtus autem ſecundùm ſolam divinam naturam erat ante Ioannem.

Ὅτι πρῶτός μου ἦν:] *quia prior me eſt*, vel, *quia ante me fuit*. Calvinus hæc non de prioritate temporis, ſed de excellentiâ Chriſti majore explicat. Hunc ſenſum libenter ſequuntur *Sociniani*, ne Chriſtum ante incarnationem extitiſſe cogantur aſſerere. Ita etiam editio Racovienſis Novi Teſtamenti an. 1630. & Amſterdamenſis Felbingerii, 1660. τὸ πρῶτος reddidit vortrefflicher.

ṽ. 17. ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη:] id eſt ſtrictum jus: aliàs κρίμα vel κρίσις. Ebr. משפט

• ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο:] Ebræus diceret חסד ואמת. Sunt autem æquivalentia: χάρις, ἀλήθεια, πίστις, ἔλεος, vel ἐλεημοσύνη, δικαιοσύνη, ἀγάπη: &c. Euſeb. lib. II. Eccleſ. Theol. capite 14. ἡ διὰ πρόθεσις, τὸ ὑπηρετικὸν σημαίνει, ὡς ὁ αὐτὸς εὐαγγελιστὴς προϊὼν ἑξῆς παρίστησι λέγων, ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια δι' Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο· ὡς γὰρ ὁ νόμος οὐκ ὢν ἀνθρώπινος, οὐδ' αὐτοῦ τοῦ Μωσέως ὑπάρχων, ἀλλ' ἐκ τοῦ θεοῦ, Μωσέα διάκονον, καὶ ὑπηρέτην ἐπεγράψατο τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐκδόσεως, καὶ διὰ τοῦτο εἴρηται, ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη· οὕτω καὶ ἡ χάρις δι' Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο, τοῦ πατρὸς αὐτὴν διὰ τοῦ Χριστοῦ κατειργασμένου. *Præpoſitio per miniſterium ſignificat, ſicut idem Euangeliſta in ſequentibus manifeſtè ſtatuit dicens: lex per Moſen data eſt, gratia autem & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Sicut enim lex nec humana,*

nec ipsius Mosis existens, sed ex Deo, Mosen ministrum & servum dixit in tradendâ hominibus lege, & propterea dictum est: sic etiam gratia per Iesum Christum facta est: Patre ipsam per Christum operante.

ꝟ. 18. Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε:] Epistolâ III. ꝟ. 11. cum articulo dicit, οὐχ ἑώρακε τὸν Θεόν. Colosſ. I. 15. filius dicitur εἰκὼν τοῦ ἀοράτου θεοῦ. Philo de somniis: τὸ ὑπαντᾶν μέντοι τόπῳ ἢ λόγῳ, τοῖς μὴ δυναμένοις τὸν πρὸ τόπου καὶ λόγου θεὸν ἰδεῖν: *Occurrendum est loco & Verbo iis, qui non possunt Deum illum, qui est supra locum & Verbum, videre.* ibid. οὐ μεταβαλὼν πρὸς τὴν τοῦ μήπω δυναμένου τὸν ἀληθῆ θεὸν ἰδεῖν ὠφέλειαν. καθάπερ γὰρ τὴν ἀνθήλιον αὐγὴν ὡς ἥλιον, οἱ μὴ δυνάμενοι τὸν ἥλιον αὐτὸν ἰδεῖν, ὁρῶσι, καὶ τὰς περὶ σελήνην ἀλλοιώσεις ὡς αὐτὴν ἐκείνην· οὕτως καὶ τὴν τοῦ θεοῦ εἰκόνα, τὸν ἄγγελον αὐτοῦ λόγον, ὡς αὐτὸν καταναοῦσιν: *qui nunquam potest verum Deum videre: sicut enim solis repercussum splendorem tanquam solem, qui non possunt solem ipsum videre, conspiciunt, & mutationes lunæ tanquam illam ipsam: ita etiam Dei imaginem, Angelum ipsius Verbum, tanquam ipsum intelligunt.* De confus. lingu. εὐπρεπὲς τοῖς ἑταιρείαν πρὸς ἐπιστήμην θεμένοις, ἐφίεσθαι μὲν τοῦ τὸν ἰδεῖν· εἰ δὲ μὴ δύναιντο, τήν γ' οὖν εἰκόνα αὐτοῦ τὸν ἱερώτατον λόγον: *Decorum est iis, qui sodalitium cum scientiâ conjungunt, appetere quidem ut illum videant; si verò non possunt, imaginem ergò ejus sacratissimum Verbum.* (Hæc verba allegat Eusebius de præp. Euang. XI. 15. ex libro quòd deteriora

teriora ſoleant melioribus inſultare, niſi quòd pro τούτου legat τοῦ τὸ ὂν: at in dicto libro ea non reperiuntur.) de nominum commutatione: illud, *Apparuit Dominus Abrahamo*, non ita intelligendum ait, quaſi prima omnium cauſa ſe videndam præbuerit. Iuſtinus dial. cum Tryphone: οὗτος ὁ τῷ ἀβραὰμ ὀφθεὶς θεὸς, καὶ ὑπηρέτης ὢν τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων θεοῦ: *hic qui Abrahamo viſus eſt Deus, miniſter erat illius conditoris univerſorum Dei.* ibid. ὅτι οὗτος ὁ ὀφθεὶς τοῖς πατριάρχαις λεγόμενος θεὸς καὶ ἄγγελος, καὶ κύριος λέγεται, ἵνα καὶ ἐκ τούτων ἐπιγνῶτε αὐτὸν ὑπηρετοῦντα τῷ τῶν ὅλων πατρί: *quia hic qui apparuit patriarchis dictus Deus & Angelus, & Dominus dicitur, ut ex his etiam cognoſcatis ipſum miniſtrare univerſorum Patri.* ibid. οὐχ ὁ ποιητὴς τῶν ὅλων ἔσται θεὸς ὁ τῷ Μωσεῖ εἰπὼν αὐτὸν εἶναι θεὸν ἀβραὰμ, καὶ θεὸν ἰσαὰκ, καὶ θεὸν ἰακὼβ· ἀλλ' ὁ ἀποδειχθεὶς ὑμῖν ὦφθαι τῷ ἀβραὰμ, καὶ τῷ ἰακὼβ, τῇ τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων θελήσει ὑπηρετῶν, καὶ ἐν τῇ κρίσει τῶν Σοδόμων τῇ βουλῇ αὐτοῦ ὁμοίως ὑπηρετήσας: *Non conditor univerſorum erit Deus Moſi dicens ſe eſſe Deum Abraham, & Deum Iſaac, & Deum Iacob, ſed ille qui demonſtratus vobis eſt appareuiſſe Abrahamo & Iacobo conditoris univerſorum voluntati miniſtrans, & qui in judicio Sodomorum voluntati ipſius ſimiliter miniſtravit.* Rationem addit ſtatim: οὐ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων καὶ πατέρα καταλιπόντα τὰ ὑπὲρ οὐρανὸν ἅπαντα, ἐν ὀλίγῳ γῆς μορίῳ πεφάνθαι, πᾶς ὅστις οὖν, κἂν μικρὸν νοῦν ἔχων τολμήσει εἰπεῖν: *non, creatorem univerſorum & Patrem relinquen-*

linquentem omnia supra cœlum in parvâ terræ parte apparuisse, quisquam licèt parùm mentis habeat, audebit dicere. ibid. ὁ λόγος λέγων ἄγγελον κυρίου ὦφθαι τῷ μωσεῖ, καὶ μετέπειτα κύριον αὐτὸν ὄντα καὶ θεὸν σημαίνων, τὸν αὐτὸν λέγει ὃν καὶ διὰ πολλῶν τῶν λελεγμένων ὑπηρετοῦντα τῷ ὑπὲρ κόσμον θεῷ, ὑπὲρ ὃν ἄλλος οὐκ ἐστί, σημαίνει: *Verbum Angelum Domini Mosi apparuisse dicens, ac deinceps Dominum eum esse & Deum declarans, eundem & illum ipsum denotat, quem & pluribus, per ea quæ dicta sunt, ministrantem Deo supermundano, supra quem alius non est, significat.* ibid. ἐπάλαισεν ἰακὼβ μετὰ τοῦ φαινομένου μὲν ἐκ τῇ τοῦ πατρὸς βουλῇ ὑπηρετεῖν: *Conflictatus est Iacob cum eo, qui illi apparuit, ut Patris voluntati inserviret.* ibid. μὴ ἡγεῖσθε αὐτὸν τὸν ἀγέννητον θεὸν καταβεβηκέναι ποθέν· ὁ γὰρ ἄρρητος πατὴρ, καὶ κύριος τῶν πάντων οὔτε ποι ἀφῖκται, οὔτε περιπατεῖ, οὔτε καθεύδει, οὔτε ἀνίσταται· ἀλλ᾽ ἐν τῇ αὐτοῦ χώρᾳ ὅπου ποτὲ μένει, ὀξὺ ὁρῶν, καὶ ὀξὺ ἀκούων, οὐκ ὀφθαλμοῖς, οὐδὲ ὠσὶν, ἀλλὰ δυνάμει ἀλέκτῳ, καὶ πάντα ἐφορᾷ, καὶ πάντα γινώσκει, καὶ οὐδεὶς ἡμῶν λέληθεν αὐτὸν, οὔτε κινούμενος, ὁ τόπῳ δὲ ἀχώρητος, καὶ τῷ κόσμῳ ὅλῳ ὅσγε ἦν καὶ πρὶν τὸν κόσμον γενέσθαι· πῶς ἂν οὖν οὗτος ἢ λαλήσειε πρός τινα, ἢ ὀφθείη τινὶ, ἢ ἐλαχίστῳ μέρει γῆς φανείη, ὁπότε γε οὐδὲ τὴν δόξαν τοῦ παρ᾽ αὐτοῦ πεμφθέντος ἴσχυεν ὁ λαὸς ἰδεῖν ἐν Σινᾷ, οὐδὲ αὐτὸς μωσῆς ἴσχυσεν εἰσελθεῖν εἰς τὴν σκηνὴν, ἣν ἐποίησεν, εἰ μὴ ἐπληρώθη τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ δόξης: *ne putetis ingenitum ipsum Deum descendisse aut ascen-*

ascendisse unquam: ineffabilis enim Pater & Dominus omnium nec usquam venit, nec ambulat, nec dormit, nec resurgit; sed in regione suâ, ubicumque manet acutum videns, & acutum audiens: nec oculis, nec auribus, sed ineffabili virtute, & omnia inspicit, & omnia cognoscit, & nemo nostrum ipsum latuit; nec movetur, qui loco & toto mundo incomprehensibilis est, & qui erat etiam antequam mundus esset. Quomodo ergò hic aut loqueretur ad quenquam, aut appareret cuiquam, aut in minimâ terræ parte videretur, siquidem nec gloriam ejus, qui ab ipso mittebatur, poterat populus videre in Sinâ, nec ipse Moses potuit intrare scenam, quam fecerat, ut ne impleretur gloriâ, quæ proficiscitur ab illo Deo. οὔτε οὖν ἀβραὰμ, οὔτε ἰσαὰκ, οὔτε ἰακὼβ, οὔτε ἄλλος ἀνθρώπων εἶδε τὸν πατέρα, καὶ ἄρρητον κύριον τῶν πάντων ἁπλῶς, καὶ αὐτοῦ τοῦ χριστοῦ· ἀλλ' ἐκεῖνον τὸν κατὰ τὴν βουλὴν τὴν ἐκείνου, καὶ θεὸν ὄντα υἱὸν αὐτοῦ, καὶ ἄγγελον ἐκ τοῦ ὑπηρετεῖν τῇ γνώμῃ αὐτοῦ: *nec Abraham ergò, nec Isaac, nec Iacob, nec ullus alius hominum vidit Patrem illum, & ineffabilem ac absolutum universorum, & etiam ipsius Christi Dominum; sed hunc, qui secundùm istius voluntatem & Deus filius ejus est, & angelus, ex eo quòd inserviat istius sententiæ*: (quæst. 142. dicit angelum illum, qui cum Iacobo, & Mose, cæterisque patriarchis locutus est, & qui propter commissum sibi munus Dei appellatione honoratus est, fuisse angelum creatum.) ὃν καὶ ἄνθρωπον γεννηθῆναι διὰ τῆς παρθένου βεβούληται· ὃς καὶ πῦρ ποτὲ γέγονε τῇ πρὸς μωσέα ὁμιλίᾳ τῇ ἀπὸ

ἀπὸ τῆς βάτου: *quem etiam per virginem hominem nasci voluit: qui & ignis factus est in colloquio cum Mose facto ex rubo.* Addit quoque, nisi hoc modo scriptura explicetur, consequens fore: Patrem ipsum universorum ac Dominum tunc in cœlo non fuisse. ibid. δύο ὄντας ἀριθμῷ μηνύει ὁ λόγος ὁ προφητικὸς· τὸν μὲν, ἐπὶ γῆς ὄντα, ὅς φησι καταβεβηκέναι ἰδεῖν τὴν κραυγὴν Σοδόμων· τὸν δὲ, ἐν τοῖς οὐρανοῖς ὑπάρχοντα· ὃς καὶ τοῦ ἐπὶ γῆς κυρίου κύριός ἐστιν, ὡς πατὴρ καὶ θεὸς, αἴτιός τε αὐτῷ τοῦ εἶναι, καὶ δυνατῷ, καὶ κυρίῳ, καὶ θεῷ: *duos numero existentes sermo propheticus indicat, alterum in terris, quem descendisse dicit ad clamorem Sodomorum inspiciendum; alterum in cœlis, qui etiam Domini in terris apparentis Dominus est, tanquam Pater & Deus, & causa existens ei, & quòd existat, & quòd potens, & quòd Dominus, & quòd Deus sit.* Theophilus Antiochenus l. 2. ad Autolyc. ἐρεῖς οὖν μοι· σὺ φὴς τὸν θεὸν ἐν τόπῳ μὴ δεῖν χωρεῖσθαι, καὶ πῶς νῦν λέγεις αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ περιπατεῖν; ἄκουε ὃ φημι, ὁ μὲν θεὸς καὶ πατὴρ τῶν ὅλων ἀχώρητός ἐστι, καὶ ἐν τόπῳ οὐχ εὑρίσκεται. οὐ γάρ ἐστι τόπος τῆς καταπαύσεως αὐτοῦ· ὁ δὲ λόγος αὐτοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα πεποίηκε, δύναμις ὢν, καὶ σοφία αὐτοῦ ἀναλαμβάνων τὸ πρόσωπον τοῦ πατρὸς, καὶ κυρίου τῶν ὅλων, οὗτος παρεγένετο εἰς τὸν παράδεισον ἐν προσώπῳ τοῦ θεοῦ, καὶ ὡμίλει τῷ ἀδάμ. καὶ γὰρ αὐτὴ ἡ θεία γραφὴ διδάσκει ἡμᾶς τὸν ἀδὰμ λέγοντα τῆς φωνῆς ἀκηκοέναι. φωνὴ δὲ τί ἄλλό ἐστιν ἀλλ' ἢ ὁ λόγος, ὁ τοῦ θεοῦ, ὅς ἐστιν καὶ υἱὸς αὐτοῦ; —— δεικνὺς ὅτι ἐν πρώτοις ἦν ὁ

θεὸς

θεὸς μόνος καὶ ἐν αὐτῷ ὁ λόγος, ὁπότ' ἂν βούληται ὁ πατὴρ τῶν ὅλων πέμπει αὐτὸν εἴς τινα τόπον· ὃς παραγενόμενος καὶ ἀκούεται καὶ ὁρᾶται, πεμπόμενος ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἐν τόπῳ εὑρίσκεται: *Dices igitur mihi, tu ais Deum in loco non posse contineri, & quomodo nunc dicis ipsum in Paradiso ambulare? Audi quod dico. Deus quidem & Pater universorum loco nec includitur, nec in loco invenitur. Non enim est locus, in quo ipse quiescat. Cæterùm sermo ejus, per quem omnia fecit, existens virtus & sapientia ipsius Patris, assumens personam Patris, & Domini universorum, hic venit in paradisum in personâ Dei illius, & collocutus est cum Adamo. Etenim ipsa divina scriptura docet nos Adamum dicentem se audivisse vocem. Vox verò quid aliud est, quàm ipsum Verbum Dei, quod etiam filius ejus est? — Monstrans quòd in primis erat Deus ille solus, & in ipso Verbum. Quandocumque vult Pater universorum, mittit illud in aliquem locum, quod præsens & auditur, & videtur, missum ab eo, * qui in loco non invenitur.* vel, ** & in loco invenitur.* Irenæus III. 11. *Deus*, inquit, *per filium suum donat humano generi, incomprehensibilis per comprehensibilem, & invisibilis per visibilem. — Deum enim nemo vidit unquam, nisi unigenitus Filius Dei, qui est in sinu Patris ipse enarravit. Patrem enim invisibilem existentem, ille qui in sinu ejus est, omnibus enarrat.* Tertullianus contra Iud. *Qui ad Moysen loquebatur, ipse erat Dei filius, qui & semper videbatur, Deum enim Patrem nemo vidit unquam, & vixit: & ideo constat ipsum Dei filium, Moysi esse locutum,* &

& dixisse ad populum: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam. — *nec novum est Spiritui sancto angelos appellare eos, quos ministros suæ virtutis Deus præfecit.* contra Marcion. lib. 2 *Profitemur Christum semper egisse in Dei Patris nomine, ipsum ab initio conversatum, ipsum congressum cum patriarchis, & prophetis, filium creatoris, sermonem ejus, quem ex semetipso proferendo filium fecit, & exinde omni dispositioni suæ, voluntatique præfecit, diminuens illum modico citra Angelos, sicut apud eum scriptum est; quâ diminutione in hæc quoque dispositus est à Patre, quæ ut humana reprehenditis, ediscens jam inde à primordio, jam inde hominem, quod erat futurus in fine. Ille est qui descendit: ille, qui interrogat: ille, qui postulat: ille, qui jurat. Cæterùm Patrem nemini visum etiam commune testabitur Euangelium, dicente Christo: Nemo, cognovit Patrem nisi filius: ipse enim & veteri Testamento pronunciârat: Deum nemo videbit & vivet, Patrem invisibilem determinans, in cujus autoritate & nomine ipse erat Deus, qui videbatur Dei Filius,* &c. *Igitur quæcunque exigitis Deo digna, habebuntur in Patre invisibili, incongressibilique, & placido, & (ut ita dixerim) Philosophorum Deo. Quæcunque autem ut indigna reprehenditis, deputabuntur in Filio, & viso & audito, & congresso, arbitro Patris & ministro.* lib. 3. *Nos certi, Christum semper in prophetis locutum, Spiritum scilicet creatoris, sicut propheta testatur, persona Spiritûs nostri Christum Dominum, quia ab initio vicarius Patris in Dei nomine & auditus sit & visus.* lib. 5. ubi agit de epist. ad Coloss.

Coloff. *Nos invisibilem dicimus Patrem Christi, scientes Filium semper retrò visum, siquibus visus in Dei nomine, ut imaginem ipsius.* contra Prax. *Patrem naturâ invisibilem, Filium visibilem* facit: nam inde personarum duarum colligit differentiam, *quòd aliàs Deum videri scriptura asserat, aliàs neget videri posse, quorum illud Filio competat, hoc Patri,* dicens: *Iam ergò alius erit qui videbatur, quia non potest idem invisibilis definiri, qui videbatur: & consequens erit, ut invisibilem Patrem intelligamus pro plenitudine Majestatis; visibilem verò Filium agnoscamus pro modulo derivationis. Sicut nec solem nobis contemplari licet, quantum ad ipsam substantiæ summam, quæ est in cœlis; radium autem ejus toleramus oculis, pro temperaturâ portionis, quæ in terram inde porrigitur.* ibid. *Ioannem*, ait, *cùm dixisset sermonem Dei Deum, ne ipse putaretur summus Deus invisibilis, subjunxisse: Deum nemo vidit unquam, ipsius autem gloriam vidimus tanquam unigeniti à Patre, utique filii, scilicet visibilis glorificati à Patre invisibili.* ibid. *Paulus dicit se vidisse Christum, nec tamen Patrem vidit: de quo ad Timotheum: quem nemo vidit hominum, sed nec videre potest. Exaggerans ampliùs: qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem*: (& Origenes hoc loco solum Patrem intelligit, hom. 12. Levitic.) *de quo & supra dixerat: Regi autem seculorum, immortali, invisibili, soli Deo*, (& Ambrosius & Chrysostomus locum hunc de solo Patre exponunt,) *ut & contraria ipsi Filio adscriberemus, mortalitatem*

talitatem, accessibilitatem, quem mortuum contestatur secundum scripturas, & à se novissimè visum per accessibilem utique lucem, quanquam & illam neque ipse sine periculo luminis expertus est, neque Petrus, & Ioannes, & Iacobus, sine irratione & amentiâ, qui si non passuri filii gloriam, sed Patrem vidissent, credo morituri ibidem. Deum enim nemo videbit & vivet. Si hæc ita sunt, constat eum semper visum ab initio, qui visus fuerit in fine. Et eum nec in fine visum, qui nec ab initio fuit visus, & ita duos esse, visum & invisum. Filius ergo visus est semper, & filius operatus est semper ex auctoritate Patris, & voluntate: quia filius nihil à semetipso potest facere, nisi viderit Patrem facientem. ibid. *Filius enim ad humana semper colloquia descendit, ab Adam usque ad Patriarchas & Prophetas, in visione, in somno, in speculo, in ænigmate.* ibid. *Qui in Paradiso ad vesperam deambulavit, quærens Adam, & arcam post introitum Noæ clausit, & Abraham sub quercu refrigeravit, & Moysen de rubo ardenti vocavit, & in fornace Babylonii Regis quartus apparuit, hunc Filium Dei fuisse credendum est, quia scriptum: licèt autem de Patre scriptum foret, non tamen talia credenda de eo, qui Deus omnipotens ille invisibilis, quem nemo vidit hominum, nec videre potest, ille qui inaccessibilem lucem habitat, ille qui non habitat in manu factis, à cujus conspectu terra contremiscit, montes liquescunt ut cera, qui totum orbem manu apprehendit velut nidum, cui cœlum thronus, & terra scabellum, in quo omnis locus, non ipse in loco, qui universitatis extrema linea est, ille altissimus. Hinc*

apparet

apparet error illorum, qui Patrem in vulvam Mariæ deducunt, & in Pilati tribunal imponunt, & in monumentis Ioseph reconcludunt. Ignorantes enim à primordio omnem ordinem divinæ dispositionis per filium decucurrisse, ipsum credunt Patrem & visum & congressum, & operatum, & sitim & esuriem passum, adversus Prophetam dicentem: Deus æternus non sitiet nec esuriet omnino, quantò magis nec morietur, nec sepelietur. ibid. *In principio erat sermo, in quo principio prolatus à Patre est. Cæterùm Pater non habens initium ut à nullo prolatus, ut innatus, non potest videri: qui solus fuit semper, ordinem habere non potuit.* ibid. *Qui me misit, Pater, ipse testimonium dixit de me. Subjungens autem, neque vocem ejus audistis unquam, neque formam ejus vidistis, confirmat retro non patrem; sed filium fuisse, qui videbatur & audiebatur. Denique dicit: Ego veni in Patris mei nomine, & non me recepistis. Adeò semper filius erat in Dei, & Regis, & Domini omnipotentis & altissimi nomine.* ibid. *Cùm subjungit: Abraham diem meum vidit, & lætatus est, nempe demonstrat Filium Abrahæ retro visum, non Patrem.* ibid. *Filius vicarium se patris ostenderat, per quem Pater & videretur in factis, & audiretur in verbis, & cognosceretur in Filio, facta & verba Patris administrante.* Idem, vel Novatianus, vel quisquis alius autor libri de Trinitate: *Moses ait Deum non posse videre hominem. — Ex quo intelligi potest, quòd non Pater visus sit, qui nunquam visus est; sed Filius, qui & descendere solitus est, & videri, quia descenderit. Imago est enim invisibilis Dei, ut mediocritas*

diocritas & fragilitas conditionis humanæ, Deum Patrem videre aliquando jam tunc assuesceret in imagine Dei, hoc est in filio Dei. Gradatim enim & per incrementa fragilitas humana nutriri debuit per imaginem ad istam gloriam, ut Deum Patrem videre posset aliquando. Periculosa sunt enim quæ magna sunt, si repentina sunt. — Fragilitas & mediocritas sortis humanæ per ipsum alitur, producitur, educatur, ut aliquando Deum quoque ipsum Patrem, adsueta filium conspicere, possit ut est videre, ne majestatis ipsius repentino & intolerabili fulgore percussa intercipi possit, ut Deum Patrem, quem semper optavit, videre non possit. ibid. *Pater fuit iste, qui ab Agar visus est, annon? quia Deus positus est. Sed absit Deum Patrem Angelum dicere, ne alteri subditus sit, cujus Angelus fuerit; sed Angelum dicent fuisse: cujus ergò Deus fuerit? — Ergò quia locus personæ Christi convenit, ut & Deus sit, quoniam Dei filius est, & angelus sit, quoniam paternæ dispositionis annunciator est. — Si Patrem volunt videri tunc fuisse cum angelis duobus hospitio receptum, Patrem visibilem hæretici crediderunt. — Cùm Pater qua invisibilis, nec tunc utique visus sit, visus est, & hospitibus receptus, & acceptus est, qui solitus est tangi, & videri: hic autem filius Dei. — Vnusquisque credens in filium exerceatur in imaginis contemplatione, ut adsuefactus ad divinitatem videndam in imagine, proficere possit usque ad Dei Patris omnipotentis perfectam contemplationem.* ibid. *Si invisibilis fuisset filius*, &c. *si incomprehensibilis, si & cætera, meritò dicimus duorum deorum, quam isti confingunt, controversiam susci-*

ſuſcitâſſet, &c. Origenes Periarch. lib. 1. allegante Hieronymo ad Avitum, ſcribit *Deum Patrem per naturam inviſibilem* (cap. 1.) *etiam à Filio non videri. Filium qui ſit imago inviſibilis Patris, comparatum Patri non eſſe veritatem: apud nos autem, qui Dei omnipotentis non poſſumus recipere veritatem, imaginariam veritatem videri: ut majeſtas ac magnitudo majoris quodammodo circumſcripta ſentiatur in Filio. Deum Patrem eſſe lumen incomprehenſibile; Chriſtum collatione Patris ſplendorem eſſe perparvum, qui apud nos pro imbecillitate noſtrâ, magnus eſſe videatur. Duarum ſtatuarum, majoris & parvulæ: unius, quæ mundum impleat, & magnitudine ſuâ quodammodo inviſibilis ſit; & alterius, quæ ſub oculos cadat, ponit exemplum, priori Patrem, poſteriori Filium comparans.* lib. 2. cap. 4. *Deum nemo vidit unquam, ille autem Deus, quem Moſes prædicat, & ab ipſo Moyſe viſus eſt, & antea à Patribus ejus: Is verò qui à Salvatore annunciatur, à nullo penitus eſt.* Hic per totum caput demonſtrat unum eſſe Deum legis & prophetarum, & Ieſu Chriſti Patrem. De hoc etiam libro Hieronymus d. l. *Quoniam per naturam inviſibilis eſt Deus*, (Pater ſcil. Chriſti,) *nec Salvatori viſibilis eſſe debet.* Verba in eodem capite paulò pôſt ſequuntur: *neque ſanè nos impium aliquid ſenſiſſe arbitremur, quod diximus: quia nec Salvatori viſibilis eſt Pater.* Similiter lib. 1. cap. 1. *quod ſi*, ait, *requiras à me, quid etiam de ipſo unigenito ſentiam, ſi ne ipſi quidem viſibilem dicam naturam Dei, qui naturaliter inviſibilis eſt, ne tibi ſtatim vel impium*

videatur esse, quia sicut Filius Patrem non videt, ita nec Spiritus sanctus videt Filium. Ita Hieronymum transtulisse testis est Ruffinus 1. invect. Ipse autem corrumpendo omisit duo posteriora commata, inque illorum locum finxit distinctiunculam quandam teste Hieronymo lib. 1. Apolog. Eusebius de demonstr. Euang. lib. 1. cap. 3. εἰ δὲ μὴ οἷόν τε τὸν ἐπέκεινα θεὸν, τὸν ἀόρατον, καὶ ἀγέννητον, καὶ παμβασιλέα τῶν ὅλων θνητῇ φάναι θεωρεῖσθαι φύσει: *qui antiquiss patribus visus est, non est alius quàm Dei Verbum ac Filius, quandoquidem superior ille Deus invisibilis & ingenitus, omniumque Rex ac Dominus, à mortali naturâ videri non potest.* lib. V. cap. 9. ἀλλ' οὐδ' ἄγγελος ὁ προγραφεὶς ἀνηγόρευται, κρείττων δέ τις ἀγγέλου θεὸς καὶ κύριος πρὸς τῇ ἀναγεγραμμένῃ δρυῒ μετὰ τῶν δυεῖν ἀγγέλων ἐν ἀνθρώπου σχήματι ὀφθείς· πάλιν γε μὴν οὐδὲ τὸν ἐπὶ πάντων θεὸν ἡγητέον διὰ τούτων δηλοῦσθαι· μεταβάλλειν γὰρ φάναι τὸ θεῖον καὶ σχηματίζεσθαι εἰς ἀνδρὸς εἶδος καὶ μορφὴν, οὐκ εὐαγές· λείπεται δὴ αὐτὸν εἶναι τοῦ θεοῦ λόγον: *nec angelus quidem est nominatus, quem superior scriptura significat, verùm alius quispiam Angelo præstantior, Deus utique ac Dominus, qui cum duobus angelis ad supra scriptam quercum in formâ hominis est visus. Præterea ne Deum quidem illum qui est super omnia putandum est fuisse, qui hujusmodi verbis indicatur. Dicere enim Deum mutari, & figurari in speciem ac formam hominis, neutiquam pium est. Reliquum ergò est ipsum esse Dei Verbum.* cap. 10. ὁ ἀνωτέρω φήσας, ἐγὼ κύριος ὁ θεὸς ἀβραὰμ τοῦ πατρός σου, καὶ ὁ θεὸς ἰσαὰκ,

ἰσαὰκ, ᾧ καὶ στήλην ἀνέστησεν ὁ θεοφιλὴς, θεὸς μὲν ἦν καὶ κύριος· αὐτῷ γὰρ λέγοντι πιστευτέον· οὐ μὴν ὁ ἐπὶ πάντων, ἀλλ' ὁ ἐκείνου δεύτερος, τὰ δὲ πατρὸς εἰς ἀνθρώπους διακονούμενος καὶ διαγγέλλων, διὸ καὶ ἄγγελον αὐτὸν ὁ ἰακὼβ ἐπὶ τοῦ παρόντος καλεῖ: *qui supra dixit, Ego Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac, cui & titulum erexit Dei amicus, Deus quidem erat & Dominus, (ipsi enim dicenti credendum:) non tamen ille qui est super omnia; sed ipsi secundus, qui ea quæ Patris sunt, hominibus subministrat & annunciat: propterea etiam angelum eum Iacob in præsenti vocat.* cap. 11. οὐκ ἄρα τὸν ἐπὶ πάντων θεὸν ἑώρα· ἀόρατος γὰρ οὗτος καὶ ἄτρεπτος, καὶ οὐδαμῶς ἂν εἰς ἄνθρωπον μεταβάλλοι, ἁπάσης ὢν ἀνωτάτω οὐσίας, — εἴη δ' ἂν οὗτος ὁ πρὸ αἰώνων τοῦ θεοῦ λόγος, ὁ κρείττων μὲν ἡ πᾶσα ἀγγελικὴ φύσις, μείων δὲ ἡ κατὰ τὸ πρῶτον αἴτιον: *non ergò Deum summum vidit Iacob: invisibilis enim hic est, & inconvertibilis, & nunquam in hominem mutari queat, qui est super omnem essentiam,* &c. *Est igitur illud Dei Verbum quod est ante secula, quod quidem melius est quam omnis angelica natura, minus autem quàm prima causa.* c. 14. τίς δ' ἐλάλει; ἢ δηλονότι ὁ στῦλος τῆς νεφέλης, ὁ πρότερον τοῖς πατράσιν ἐν ἀνθρώπου φανεὶς σχήματι; προαποδέδεικται δὲ, ὅτι μὴ ὁ ἐπὶ πάντων θεὸς οὗτος ἦν, ἕτερος δὲ ὃν θεοῦ λόγον ὑπάρχοντα χριστὸν ἡμεῖς προσαγορεύομεν: *quis autem locutus est, nisi columna nubis, quæ prius patribus in hominis figurâ apparuerat? ante autem demonstratum est non esse eum Deum summum, sed alium, quem Dei sermonem existentem*

Christum nos prædicamus c. 17. tit. ὡς αὐτὸς αὖθις ὁ τῷ Μωσεῖ χρηματίζων κύριος, ἕτερον κύριον κρείττονα ἑαυτοῦ τὸν πατέρα γινώσκων, τοῦτον ἀληθινὸν θεὸν ἀνεκαλεῖτο: *quomodo rursum ipsi Mosi loquens Dominus, alium Dominum potiorem suum Patrem cognoscens, hunc verum Deum vocârit.* c. 20. πῶς δ' ἂν τὸν ἀνώτατω θεὸν, τὸν τῶν ὅλων ἐπέκεινα, τὴν ἄτρεπτον καὶ ἀγέννητον οὐσίαν, σάρκα περιβεβλημένη ψυχὴ καὶ ὀφθαλμοὶ θνητῶν ἐθεάσαντο, εἰ μὴ ἄρα σαφῶς κἀνταῦθα ἀποβαίνοντα τοῦ οἰκείου μεγέθους τὸν θεὸν λόγον, ὃν διαφόρως ἀποδείκνυμεν κύριον, εἴποιμεν ἂν παρίστασθαι: *quomodo verò summum illum Deum, qui universis superior est, inconvertibilem & ingenitam essentiam, carne circumindutâ anima & oculi mortalium viderunt, nisi inde manifestè Deum Verbum descendentem a propriâ altitudine, quem differenti ratione demonstravimus Dominum, dicimus exhiberi.* hist. Eccles. lib. I. c. 2. Εἰ γὰρ μηδεὶς ἐπιτρέπει λόγος τὴν ἀγέννητον καὶ ἄτρεπτον οὐσίαν τοῦ θεοῦ τοῦ παντοκράτορος εἰς ἀνδρὸς εἶδος μεταβάλλειν, μηδ' αὖ γεννητοῦ μηδενὸς φαντασία τὰς τῶν ὁρώντων ὄψεις ἐξαπατᾷν, μὴ δὲ μὴν ψευδῶς τὰ τοιαῦτα πλάττεσθαι τὴν γραφὴν, θεὸς καὶ κύριος ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ ποιῶν κρίσιν, ἐν ἀνθρώπου ὁρώμενος σχήματι, τίς ἂν ἕτερος ἀναγορεύοιτο, εἰ μὴ φάναι θέμις τὸ πρῶτον τῶν ὅλων αἴτιον, ἢ μόνος ὁ προὼν αὐτοῦ λόγος: *Etenim si nulla ratio permittit ingenitam illam & immutabilem Dei omnipotentis essentiam in viri speciem mutari,* &c. *Deus & Dominus judicans omnem terram in hominis figurâ visus quisnam*

alius

alius declararetur, siquidem hoc de primâ omnium causâ dicere nefas est, nisi solum præexistens ejus Verbum? &c. Vide Joann. VI. 33. Origenes tom. 6. *Non rectè*, inquit, *Heracleon suspicatur, verba illa: nullus Deum vidit unquam, & quæ sequuntur, dicta fuisse non à Baptistâ, sed à discipulo:* ita Origenes. At cum Heracleonte consentit Tertullianus contra Praxean. Bysterfeld Anticrell. lib. I. sect. 2. cap. 30. *Christus*, inquit, *& ratione naturæ suæ divinæ, & ratione naturæ humanæ fuit visibilis. — Christus imago quoque visibilis fuit quatenus Deus fuit, & quidem antequam homo esset. — Nam Deus Pater non tantùm nobis hominibus, sed etiam angelis suâ naturâ est invisibilis. Ostendamus igitur, Christum etiam in V. T. quà Deus est, fuisse visibilem Patris imaginem.*

ὢν] id est, erat in sinu Patris ante incarnationem, nec desiit esse in sinu Patris post incarnationem. Nam vocula ὢν habet etiam imperfecti significationem: ut Ioan. IX. 25. Sic h. l. τὸ ὢν per imperfectum ἦν, id est *erat*, explicat Eusebius lib. 1. de Eccles. Theol. vel contra Marcell. lib. 3. c. 20. dem. 5. dicens: ὕτω καὶ ὁ υἱὸς εἰς τὸν κόλπον ἦν τοῦ πατρὸς, οὐχ᾽ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὢν τῷ πατρί· ἐπεὶ μηδὲ ἡμεῖς ἐσόμεθα τοῖς ἁγίοις πατράσι. *Sic & Filius erat in sinu Patris, non unus idemque existens cum Patre: siquidem nec nos erimus cum sanctis patriarchis:* nam beatè demortui portantur in sinum Abrahæ: Luc. XVI. 22. unde Irenæi interpretem III. 11. apparet corruptè

ruptè vertisse, *qui est in sinu Patris, ipse enarravit.*

℣. 21. *Tune es Helias, & respondit: non sum:*] Dubium est quomodo Ioannes negaverit se esse Heliam, cum Christus ipse dixerit esse eum Heliam. Luc. XVII. 12. 13. Matth. XI. 13. 14. Qui credit μετενσωματωσιν respondet Ioannem ignorâsse se ipsum esse Heliam: (*sed si ejusdem sententiæ fuisset Ioannes Baptista de transcorporatione, quæ Judæis patria fuit, dixisset se nescire utrum esset Helias, non negâsset,*) Alius dicit Ioannem se negasse esse Eliam eo sensu, quo Iudæi intelligebant, scilicet per transcorporationem: præcessit enim Ioannes Christum non in animâ, sed in spiritu & virtute Eliæ: ita ferè *Origenes*. At dubium mânet ex Matth. XVI. vers. 14. ubi quidam Iesum dixerunt esse Ioannem Baptistam, quod certè non aliter intellexerunt, nec aliter intelligere potuerunt, quàm Spiritum & virtutem Ioannis fuisse in Christo, & hoc confirmatur ex Matth. XIV. 2.

Es tu ille Propheta (ὁ προφήτης,) *& ipse respondit, non:*] Ioannes erat propheta, & plus quàm propheta, nam omnes prophetæ usque ad Ioannem: Matth. XI. 9. 10. 13. Luc. VII. 26. Nec negavit Ioannes se esse prophetam, sed prophetam illum cum articulo indigitatum, quem Iudæi præter Christum & Heliam venturum sperabant: unde hunc quidam putabant esse Christum, cùm VI. 14. dicunt: οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ προφήτης, ὁ ἐρχόμενος εἰς τὸν κόσμον. Grotius h.l.

pu-

putat indigitari Hieremiam, cujus reditum Hebræi ſperabant, ut ex Gorionide apparet: ſic Matth XVI. 14. quidam putabant Ieſum eſſe Hieremiam. Certè 2. Macc. XV. 14. dicitur ἱερεμίας ὁ τοῦ θεοῦ προφήτης. Imò quidam animam Ieremiæ in Zachariâ renatam exiſtimabant: quomodo animam Phineæ in Heliâ.

℣. 23. *Vox:*] Vide Matth. III. 3.

℣. 26. *In medio veſtri ſtat.*] *Cor in medio totius eſt corporis, inque corde animæ principatus, illud, quod ait, in medio veſtri ſtat, quem vos neſcitis, intelligi poteſt ratio* (λόγος) *quæ in unoquoque eſt.* ita Origenes tomo 6.

℣. 28. *Bethabara*] Origenes tom. 8. egregiè probat *Bethabara* legendum, non *Bethania.*

℣. 32. *Sicut columba de cœlo, & manebat ſuper ipſum:*] In epitomis Clementis Alex. Diaconi vox Spiritui ſancto à Baſilidianis tributa legitur: καὶ ἡ περιστερὰ μὲν σῶμα ὤφθη, ἣν οἱ μὲν τὸ ἅγιον πνεῦμα φασὶν, οἱ δὲ ἀπὸ Βασιλείδου, τὸν διάκονον· οἱ δὲ ἀπὸ Οὐαλεντίνου τὸ πνεῦμα τῆς ἐνθυμήσεως τοῦ πατρὸς τὴν κατέλευσιν πεποιημένον ἐπὶ τὴν τοῦ λόγου σάρκα: *& quidem columba corpus apparuit, quam quidam Spiritum ſanctum dicunt, Baſilidiani autem Diaconum, & Valentiniani Spiritum cogitationis patris, qui deſcenſum fecit ſuper Verbi carnem.* Hæc refer ad Matth. III. 16. Quòd in igne Spiritus S. deſcenderit, de eo vide Grot. h. l. Neſcio verò quid Clemens ſtrom. 2. dicat, ubi dicit: πᾶσαι αἱ δυνάμεις τοῦ πνεύματος συνηλήθην μὲν ἕν τι

πρᾶγμα γενόμεναι συμπλῆσαι εἰς τὸ αὐτὸ τὸν υἱὸν: Dubium mihi eſt utrum locutus fuerit vel de unctione, aut baptiſmo, vel de conceptione ex Spiritu ſancto.

ℽ. 50. *Σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ:*] Vide Matth. XIV. 33.

ℽ. 52. *Amen Amen dico vobis:*] Nota hic quòd apud Ioannem ſolum Chriſtus ſemper utatur voce geminatâ Amen: apud reliquos autem Euangeliſtas ſemper voce ſimplici Amen, nunquam geminatâ.

ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα, καὶ τοὺς ἀγγέλους τοῦ θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου:] Origenes lib. I. contra Celſ. hoc explicat *de Spiritu S. deſcendente ſuper Chriſtum in baptiſmo:* In hoc tamen eſt difficultas, quòd Chriſtus de futuro loquatur, cùm baptiſmus jam peractus erat. Rectiùs explicatum fuiſſet de Spiritu S. qui ſub ſpecie nubis Chriſtum circumdedit in monte, ubi transfigurabatur, præſentibus Apoſtolis Petro, Iacobo, Ioanne, quos baptiſationis tempore nondum habebat.

C A P. I I.

ℽ. 4. T*ί ἐμοὶ καὶ σοί;*] *Quid meâ vel tuâ intereſt illos non habere vinum?* Melior eſt ſenſus ſequens: *quid tu te immiſces curæ, quæ mihi propria eſt?* Optima autem eſt interpretatio hæc: *quid negotium mihi exhibes?* ita Matth. VIII. 29. *τί ἡμῖν καὶ σοί;*

οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου:] Gregorius Nyſſenus hoc

hoc per interrogationem legit, ut sensus sit: *nondumne putas venisse tempus vocationis meæ, ut abs te emancipatus Deo soli paream?*

℣. 11. Ταύτην ἐποίησε τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων ὁ ἰησοῦς ἐν κανᾶ τῆς γαλιλαίας.] Hoc est primum omnium signum vel miraculum, quod Christus fecit, & quidem Canæ Galilææ; non autem est tantùm primum miraculum factum Canæ: unde refelluntur *Pontificii* fabulantes Christum in infantiâ passeres creâsse, ut & *Mathesius*, qui 15. conc. de conjugio scribit Christum sæpius Mariæ in juventute vinum pro aquâ attulisse, unde Maria cum idem in nuptiis rogavit ut faceret, quod ipsum facere posse antè experta erat. Secundum simpliciter signum quod Christus fecit, secundum quoque est Canæ Galilææ factum. Vide IV. 46. 54.

℣. 14. *Et invenit in templo vendentes boves & oves & columbas*:] Bis legitur Christus ejecisse è templo ejusmodi vendentes: primò in principio prædicationis suæ: de quâ hîc agit Ioannes; secunda autem ejectio contigit ante passionem ejus, de quâ vide Matth. XXI. 12. Marci XI. 15. Luc. XIX. 45. Vtraque autem ejectio legitur accidisse proximè ante festum Paschatis, (quo tempore tota Palæstina Hierosolymam confluebat:) unde colligi potest morem fuisse Iudæis, circa hoc festum, vendendi boves, oves & columbas in templo: Origenes tom. 11. in Ioan. hanc ejectionem allegoricè interpretatur, ac de veritate historiæ dubitat, ita enim scribit: *histo-*

ria præsentis loci, (si tamen hæc facta fuit,) &c.

ŷ. 19. *Destruite templum hoc, & in tribus diebus erigam illud.*] Origenes tom. 14 in Ioan. *Nam*, inquit, *etiamsi vel alia decem signorum millia potuisset ostendere, certè ad illud, quod hæc facias, nullum aliud ostendere poterat.*

ŷ. 23. *Multi credebant in nomine ejus, cùm viderent signa, quæ faciebat.*

ŷ. 24. *Sed Iesus non credebat se ipsis.*] Origenes d. l. dicit hoc factum, *quia minor est qui credit in nomine Iesu, quàm qui credit in Iesum ipsum.* Sic etiam Philo Iudæus lib. 2. allegor. Μωσῆς μέντοι τὴν ὑπερβολὴν θαυμάσας τοῦ ἀγεννήτου, φησιν, καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ὀμῇ, οὐχὶ αὐτῷ. ἱκανὸν γὰρ τῷ γεννητῷ πιστοῦσθαι, καὶ μαρτυρεῖσθαι λόγῳ θείῳ. *Moses admiratus illius ingeniti summam excellentiam, dicit: Et per nomen ejus jurabis, non per illum ipsum. Satis enim est per genitum divinum Verbum fidem astrui & testimonium.*

C A P. III.

ŷ. 3. **E**ʼὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν οὐ δύναται ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ:] Vocem ἄνωθεν possumus interpretari & *de superioribus*, & δεύτερον *denuò*. Et licèt uterque sensus sanus sit, tamen posterior videtur magis conveniens: *Nisi quis denuò nascatur, non potest intrare in regnum Dei*: ita vocem ἄνωθεν, in linguâ, quâ Christus locutus est, intellexisse Nicodemum patet ex versu 4. quem sensum Syrus etiam sequitur. Anonymus

nymus in h. l. ita ſcripſit: Locus hic explicari poteſt & literaliter & allegoricè. Allegoricè vulgò explicatur de baptiſmo ex aquâ & ſpiritu; Conf. Tit. III. 5. Sed hoc ſenſu Chriſtum literaliter non locutum eſſe probatur ex verſ. 10. & 12. quia Chriſtus non potuiſſet Nicodemo exprobrare baptiſmi vel regenerationis talis ignorantiam, cujus juſtam poterat prætendere cauſam: nam Ioannis baptiſmus erat pœnitentiæ baptiſmus, non regenerationis, cùm Spiritus S. ſolùm detur baptiſatis in nomine Ieſu: Act. XIX. 2. 3. 4. 5. 6. 2. Si baptiſmus Ioannis non erat terreſtris, ſed cœleſtis; multò minùs baptiſmus Chriſti fuit terreſtris. Literaliter itaque Chriſtus locutus eſt de generatione carnali. Prima enim generatio eſt ſpiritualis, ſecunda carnalis. Senſus itaque verborum Chriſti eſt: niſi quis generetur in carne, non poteſt intrare in regnum Dei: & propterea dæmones non poſſunt intrare in regnum Dei, quia non permittitur eis à Deo ut ſecundò naſcantur, iu carne ſcilicet, ſunt enim autores omnis peccati: propter animam autem ſeductam à diabolo Deus creavit mundum, carnemque ſtatuit contrariam ſpiritui. Miſericordiâ itaque & gratiâ Dei anima incarnatur, & homo fit, quò priſtinum ſtatum recuperare queat. Neque verò ex eo quòd nemo qui non incarnatur, (ex ſpiritibus lapſis & peccato originali infectis,) intrare poſſit regnum Dei, ſequitur omnem qui incarnatur, intrare, ſed intrare poſſe. Anima autem priſtinam gloriam recupe-

recuperat, si pugnando contra adversarios suos carnem, mundum, & diabolum, superior iis evaserit, succumbens verò eandem cum diabolo pœnam exspectare habet.

℣. 5. *Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ:*] Pergit *Anonymus*: Christus, postquam audiverat Nicodemum vers. 4 per utramque generationem carnalem intelligere, hoc versu explicat, quid per generationem secundam vers. 3. intellexerit, scilicet illam demum quæ est carnalis, vel quæ fit ex aquâ & spiritu, id est, ex carne & spiritu. Aqua enim est principium generationis carnalis, ex aquâ etiam omnia corpora constare multi ex modernis & antiquis Philosophis sensere; Clemens Roman. Recognit. VI. 5. *Videtis*, inquit, *quòd omnia gignantur ex aquis*; ipse Philo Iudæus de somniis: *τέφρα καὶ ὕδωρ ἐστὶ τῆς γενέσεως αἱ ἀρχαί*: *Cinis*, inquit, *& aqua sunt generationis principia*: & de Mosis ideis Philo apud Euseb. præp. Euang. XI. 24. *ὕδατος ἀσώματον οὐσίαν καὶ πνεύματος* copulat. imò sequens versus apertè satis docet per aquam carnem esse intelligendam. Sensus itaque verborum Christi est: nisi quis generetur ex carne & spiritu: id est, nisi quis generetur in carne, vel nisi anima uniatur corpori, non potest intrare in regnum Dei. Quia vero facile erat Nicodemo ex his verbis colligere Christum per primam generationem intellexisse spiritualem, quæ necessariò præcessit carnalem, & tamen dicebat

bat verſ. 9. quomodo hæc poſſunt fieri: itaque meritò Chriſtus ei exprobravit hujus rei ignorantiam verſ. 10. quæ non decebat Magiſtrum in Iſraël: præprimis cùm etiam gentiles regenerationem tenuerint. Vide Sozom. III. 16. & Euſeb. præp. Euang. XV. 18. Νῶε παλιγγενεσίαν κόσμῳ ἐκήρυξεν: ut Clemens 1. ad Corinth. ait: *Noah regenerationem mundo prædicavit.* De hac etiam regeneratione loquitur Mercurius Triſmegiſtus in λόγῳ τελείῳ dicens: μηδενὶ, τέκνον, ἐκφαίνων τῆς παλιγγενεσίας τὴν παράδοσιν, ἵνα μὴ ὡς διάβολοι λογισθῶμεν, id eſt, *nemini regenerationis prodes myſterium*, (potiùs *traditionem*,) *ne tanquam diaboli habeamur*: porrò eodem ſenſu *regenerationis* voce uſus eſt Lactantius IV. 18. ita ſcribens: *qui cùm eſſet à principio filius Dei, regeneratus eſt denuò ſecundùm carnem, quæ duplex nativitas ejus magnum intulit humanis pectoribus errorem.* & IV. 11. *Cùm ſtatuiſſet Deus doctorem virtutis mittere ad homines, renaſci eum denuò in carne præcepit.* Origenes quoque videtur per primam regenerationem intellexiſſe carnalem, nam hom. 1. Ezech. *Baptiſmum* vocat *ſecundam regenerationem.* Poſſemus nos etiam locum hunc de ſolo Chriſto interpretari, propter verſum præcedentem 2. & 14. 15. in quibus de ſolo Chriſto agitur: ut ſenſus eſſet: *niſi quis* (ſcil. Meſſias) *regeneratus fuerit denuò in carne, nemo poteſt intrare in regnum Dei*: vel potiùs: *niſi quis* (intelligendo ſeipſum) *regeneratus fuerit denuò in carne, non poteſt accipere thronum & regnum Davidis,*

dis, de quo Luc. 1. 32. 33. Sed obſtant verſus 7. (*oportet vos regenerari.*) & 10 12. quia enim incarnatio Chriſti non erat terreſtris; ſed cœleſte myſterium, juſtam ſine prædicatione ejus cauſam poterat prætendere Nicodemus: niſi quis vult aſſerere Iudæos crediſſe Meſſiam ſuum fore incarnatum Verbum Dei, de quo multa Philo.

℣. 12. *Si terreſtria dixi vobis, & non creditis: quomodo, ſi cœleſtia vobis dixero, credetis:*] id eſt, ſi non creditis mihi dicenti ea quæ à multis intelliguntur: (generationem enim duplicem, de quâ diximus, intelligebant Rabbini, & ex eis Platonici & Pythagoræi,) quomodo credetis, ſi de cœleſtibus myſteriis, quæ nunquam in hominum mentem pervenerunt, vobis quicquam dixero? Et hoc argumento rurſus eſt Chriſtum non de baptiſmo locutum: baptiſmus enim non eſt terreſtre quid; ſed cœleſte ſacramentum: ita Anonymus.

℣. 13. Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς:] Conf. VI. 33. Philo lib. quòd Deus ſit immutabilis: ὁ δὲ θεὸς ἅτε ἀγέννητος ὢν, καὶ τὰ ἄλλα ἀγαγὼν εἰς γένεσιν, οὐδενὸς ἐδεήθη τῶν τοῖς γεννήμασι προσόντων· ἐπεὶ καὶ τί φῶμεν εἰ κέχρηται τοῖς ὀργανικοῖς μέρεσι. βάσεις μὲν ἔχειν οὐ προέρχεσθαι χάριν; βαδιεῖται δὲ ποῖ, πεπληρωκὼς τὰ πάντα; καὶ πρὸς τίνα, μηδενὸς ὄντος ἰσοτίμου; *Deus utpote ingenitus & creator omnium, non opus habet iſtis generatorum accidentibus. Quid enim dicemus de uſu inſtrumentalium partium?*

Pedes

Pedes ei dabimus progrediendi gratiâ? at quò ibit, cùm impleat omnia? quem accedet, cùm neminem honore æqualem habeat? Autor libri de Trinitate: *Deus ab africo veniet, & sanctus de monte opaco & condenso. Quem volunt isti ab africo venire? Si venisse ajunt omnipotentem Deum Patrem, ergò de loco Deus Pater venit, ex quo etiam loco cluditur, & intra sedis alicujus angustias continetur.* ibid. *Moses utrobique introducit Deum Patrem immensum, atque sine fine, non qui loco cludatur, — & tamen nihilominus introducit Deum descendentem ad turrim, quam ædificabant filii hominum. — Quem volunt hic Deum descendisse, an Deum Patrem? Ergò jam loco clauditur.* Euseb. dem. euang. V. 17. Ὅρα δὴ τίνα τρόπον καὶ νῦν αὐτὸς ὁ κύριος ὁ καταβὰς ἐκάλεσεν ἐν νεφέλῃ, καὶ τῷ Μωσεῖ παρεστὼς ἐν ὀνόματι κυρίου, ἕτερον παρ' ἑαυτὸν συνήθως κατ' ἀναδίπλωσιν δὶς κύριον ἐπικαλούμενον, ὡς ἂν καὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων δεσπότην θεολογούμενον, τὸν ἑαυτοῦ πατέρα: *Vide sanè quemadmodum & nunc ipse Dominus descendens vocavit in nube, & Moysi assistens in nomine Domini, alium à seipso pro more per reduplicationem bis Dominum dictum, veluti & sui ipsius & reliquorum omnium Dominum prædicatum, suum Patrem.* Plura vide in Ioan. I. 18. Hæc autem produximus ut confirmaremus eundem retro fuisse visum, qui & venit, descendit, progressusque est, & accessit ad homines.

ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου,] Commodè quidem cum præcedentibus per filium hominis, quemlibet

 homi-

hominem intelligere possumus : nisi versu sequenti per filium hominis necessariò esset intelligendus filius Dei. Et hinc fortiter concluditur unam eandemque personam esse filii Dei, & filii hominis, nam filius hominis dicitur descendisse de cœlo, cùm tamen filius hominis demùm factus sit post descensum ex incarnatione, qui antequam descendisset, non erat nisi filius Dei. Filius itaque hominis descendit at non ut filius hominis jam tum existens.

ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ.] ὁ ὢν hoc loco imperfecti, non præsentis habet significationem, adeóque vertendum : *filius hominis, qui erat in cœlo* : Christus enim antequam descenderet & incarnaretur, erat in cœlo : quod probatur ex loco parallelo VI. 62. ἐὰν οὖν θεωρῆτε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀναβαίνοντα ὅπου ἦν τὸ πρότερον : *quando ergò videritis ascendentem filium hominis, ubi priùs erat*. Sic & IX. 25. τὸ ὢν imperfecti habet significationem. Sociniani quidem concedunt τὸ ὢν verti posse per *erat*; hunc tamen locum eis (excepto *Schlichtingio* & *Socino*) magis per *est* vertere libuit, ne nimis obruerentur numero argumentorum, quibus probatur Christi præexistentia ante incarnationem, quam si afferereut, multas certè difficultates effugerent. Sed malunt se torquere in responsione ad locum hunc & similes, quibus contra eos summa Filii Dei deitas probatur. *Socinus* autem & *Schlichtingius* confingunt Christi ascensum in cœlos, & descensum post baptismum. Doctiss. Episcopius inst. Theol. lib. IV. sect.

ſect. 5. c. 9. hunc locum metaphoricè exponit; ſed non opus eſt à proprietate recedere.

℣. 17. *Deus filium ſuum miſit in mundum :*] inde Formula Concordiæ art. 3. aſſerit *Filium etiam ante aſſumptam humanitatem obediviſſe Patri.* Dorſchæus h. l. vindic. intervent. c. 2. §. 4. *Facit*, inquit, *voluntatem Patris ſui cœleſtis non ſecundùm humanam tantùm naturam; ſed & divinam.* Plura vide Ioan. VI. 38. Philipp. II. 8. Conf. Ioan. IV. 34. V. 23. 24. 30. 37. 38. Rom. VIII. 3. Gal. IV. 4. &c. Pſalm. CVI. 20. CX. 8. CXLVII. 4. Eſai. VI. 6. XIX. 20. XLVIII. 16. Zach. II. 8. 9. 11. IV. 8. 9. &c. Ipſi quoque Muhammedani confitentur Chriſtum miſſum è cœlo in uterum ſanctiſſimæ virginis Mariæ.

℣. 18. ὁ πιςεύων εἰς αὐτὸν, ὐ κρίνεται· ὁ δὲ μὴ πιςεύων, ἤδη κέκριται, ὅτι μὴ πεπίςευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ :] Origenes lib. II. cap. II. Rom. *Sic*, inquit, *intelligendus eſt Domini ſermo quem dicit, qui credit in me non judicabitur : quia ſecundùm hoc quod credit non judicabitur quaſi incredulus & infidelis : de actibus verò ſuis ſine dubio judicabitur. Ita ergò & ille jam judicatus eſt, qui non credidit, ſecundùm hoc quod non credidit : & ſicut credenti, ſi extrinſecus peccati aliquid commiſerit, ſalvâ fide judicium manet, ita & non credenti, ſiquid boni operis geſſerit, exceptâ infidelitate, remuneratio non peribit.*

CAP. IV.

℣. 1. Ὡς οὖν ἔγνω ὁ ἰησοῦς, ὅτι ἤκουσαν οἱ Φαρισαῖοι, ὅτι ἰησοῦς πλείονας μαθητὰς ποιεῖ.] Per Hebraismum bis hic repetitur vox Iesu.

℣. 18. *Quinque enim viros habuisti.*] Heracleon hæreticus (teste Origene tom. 13. in Ioan.) legit: *sex viros habuisti.*

℣. 24. Πνεῦμα ὁ Θεός,] Perinde uti Ioan. I. 1. Θεὸς ἦν ὁ λόγος: subjectum est ὁ λόγος articulo junctus: θεὸς verò articulo carens prædicatum dicitur: ita hoc loco arguitur ὁ θεὸς cum articulo esse subjectum: πνεῦμα verò articulo carens esse prædicatum. Itaque sensus est Deum esse spiritum, vel spiritualem habere essentiam. Sic Origenes tom. 13. in Ioan. Hunc loci sensum necessariò requirit connexio ejus cum antecedentibus & consequentibus. Calvinus in h. l. *Locus hic*, inquit, *sæpe à Patribus citatur adversus Arianos, ad probandam spiritûs divinitatem; sed perperam eò torquetur: quia hîc simpliciter pronunciat Christus spiritualis naturæ esse Patrem suum, ideoque rebus frivolis non affici, quemadmodum pro suâ levitate homines solent.* Ambrosius lib. III. de Spiritu S. cap. 11. scribit Arianos hæc verba in codicibus suis non legisse. Verum 1. Chrysostomus ipse hom. 32. in Ioan. (cujus homiliæ ab Arianis fæcibus diligenter expurgatæ prodierunt Paris. 8. 1543.) hæc verba non agnoscit. 2. Quam rationem habuissent Ariani locum illum resecandi,

di, cùm nemo veterum, quod ſciam, præter *Ambroſium*, & *Vigilium* ex hoc loco deitatem Spiritûs S. probare conatus ſit, & certò conſtet illum loci hujus eſſe ſenſum, quem ſupra diximus. 3. *Ambroſii* teſtimonium contra Arianos nullum eſt. Hi enim mox regerere poſſunt *Ambroſium* utpote Homouſianum ſtudio partis ſuæ, odióque Arianorum innumera confingere potuiſſe, præprimis cùm nullus hodie codex reperiatur, qui loco illo careat. Petavius autem de Trin. lib. II. cap. 13. §. 3. ſcribit verbis his carere omnes hodiernos Latinos, Græcoſque codices. Ioan. III. 6. ex quo Ambroſius III. de Spirit. S. cap. 6. ita legit: *quod natum eſt ex carne, caro eſt, quia de carne natum eſt, & quod natum eſt de ſpiritu, ſpiritus eſt, quia Deus ſpiritus eſt*, quæ poſtrema verba ab Arianis abraſa eſſe de ſuis codicibus queruntur Ambroſius & Fulbertus. Carnot. epiſt. 1. ſed non probant. Imò ipſe Athanaſius in diſputatione coram Probo cum Ario à Vigilio compoſitâ edit. Georg. Caſſandri Colon. 1555. in allegatione hujus loci verba illa: *quia Deus ſpiritus eſt*, prætermiſit. Monendum quoque quòd ex hoc loco Auguſtinus lib. III. contra Maximin. 22. probat per ſpiritum, 1. Ioann. V. 8. Deum Patrem intelligendum.

Et adoratores ejus in ſpiritu & veritate adorare oportet:] Chryſoſtomus h. l. *Per ſpiritum,* inquit, *incorporeum ſignificat. Opus eſt enim incorporei, hunc cultum eſſe: & per incorporeum,*

 quod

quod est in nobis , hoc est per animam & animæ munditiam offerri.

℣. 43. 44. *Post duos vero dies exiit inde in Galilæam , ipse enim Iesus testatus est prophetam in propriâ patriâ honorem non habere.*] Origenes tom. 17. *Valde* , inquit , *inconsequens videtur oratio , quid enim commune habet quod dictum : ipse enim Iesus testatus est prophetam in propriâ patriâ honorem non habere , ad illud quod exierit ipse post duos dies à Samaritanis , apud quos manserat , & in Galilæam abierit ? nam si in patriâ ipsius fuisset Samariâ , illusque contemptus fuisset : & hanc ob causam non commoratus ultra duos dies consequenter dictum fuisset , ipse enim Iesus testatus est prophetam in propriâ patriâ non habere honorem , quia etiam si scriptum fuisset , post duos autem dies exiit in Galilæam , nec profectus est ad suam patriam , ipse enim Iesus testatus est prophetam in propriâ patriâ honorem non habere , etiam hoc modo locum habiturum fuerat id quod dicitur. Et fortassis voluntas contextûs talis est, sed Ioannes, ceu sermone rudis , obscurè scripsit quod conceperat* , &c.

CAP. V.

℣. 17. P*Ater meus usque modo operatur , & ego operor :*] Loquitur Christus de operibus providentiæ & regiminis , & ipse Christus verba hæc refert ad miraculum , quod patrârat die sabbati : aliàs locus hic contradiceret Genes. II. 2. ubi dicitur : *Cessavit Deus die septimo ab om-*

ab omnibus operibus suis, quæ creavit: quæ verba repetit D. Apost. Paulus.

ỹ. 19. Οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ οὐδέν, &c. &

ỹ. 30. οὐ δύναμαι ἐγὼ ποιεῖν ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ οὐδέν.] Conf. VIII. 28. Clemens Rom. Const. lib. II. cap. 26. *Episcopum* ait *in Ecclesiâ Dei Patris instar esse.* ὁ δὲ διάκονος τούτῳ παριστάσθω, ὡς ὁ χριστὸς τῷ πατρί. Καὶ λειτουργείτω αὐτῷ ἐν πᾶσιν ἀμέμπτως, ὡς ὁ χριστὸς ἀφ᾽ ἑαυτοῦ ποιῶν οὐδέν, τὰ ἀρεστὰ ποιεῖ τῷ πατρὶ πάντοτε: *Diaconus verò assistat huic* (Episcopo,) *ut Christus Patri: ac ministret ei inculpatè in omnibus, quemadmodum Christus à seipso nihil faciens, quæ placita sunt Patri, facit semper.* cap. 30. ὡς γὰρ ὁ χριστὸς ἄνευ τοῦ πατρὸς οὐδὲν ποιεῖ, οὕτως οὐδὲ ὁ διάκονος ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου. Καὶ ὥσπερ υἱὸς ἄνευ τοῦ πατρὸς οὐκ ἔστιν, οὐδὲ διάκονος ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου: *sicut enim Christus sine Patre nihil facit, sic nec Diaconus sine Episcopo.* Conf. cap. 44. Ignatius ad Magnes. ὥσπερ οὖν ὁ κύριος ἄνευ τοῦ πατρὸς οὐδὲν ποιεῖ· οὐ δύναμαι γάρ φησί, ποιεῖν ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ οὐδέν· οὕτω καὶ ὑμεῖς ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου μηδὲ πρεσβύτερος, μὴ διάκονος, μὴ λαϊκός. *Sicut ergò Dominus sine Patre nihil facit: non possum enim, inquit, facere à me ipso quicquam: sic nec vos sine Episcopo, nec presbyter, nec Diaconus, nec Laicus* (quicquam faciunto.) Tertullianus contra Prax. & Euseb. II. Eccles. Theol. contra Marcell. cap. 7. hunc locum de divinitate Christi intelligunt.

℣. 25. ὅτι ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ νεκροὶ ἀκούσονται τῆς φωνῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσονται.] Propter verba καὶ νῦν ἐστιν possemus locum hunc ſic explicare, quod mortui in peccato, id eſt, gentiles audient prædicationem filii Dei, & obedientes ei (ἀκούσαντες i. e. ὑπακούσαντες) habebunt vitam æternam, ſecundùm illud, ut omnis qui credat in filium, habeat vitam æternam: Matth. VIII. 22. Iud. 19. niſi obſtat verſus 28. in quo verſus 25. propriè explicatur. Tertullianus de reſurrect. *Venit*, inquit, *hora, cùm mortui audient vocem filii Dei. Quid vox Dei niſi ſermo? & quid ſermo, niſi ſpiritus?*

℣. 27. Καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί:] id eſt, Verbum, quia incarnatum eſt, meruit ut à Deo ſibi concederetur poteſtas judicandi.

℣. 39. *Scrutamini ſcripturas*:] Pontificii autem Laicis interdicunt lectione S. literarum. Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 8. 9. Hoſius de Verbo Dei. Bellarm. lib. 2. de V. D. cap. 15. Coſter. Enchirid. p. 54. Eck. p. 37.

℣. 45. *Omnis qui audivit à Patre, & didicit, venit ad me.*] Origenes tom. 21. *Alius his verbis utens dicturus eſt de animabus, quæ corpora induant quaſdam eſſe, quæ antequam oriantur, edoctæ fuerint apud Patrem, atque ab eo audierint, quæ etiam veniant ad Servatorem, atque ex eorum numero fuiſſe hos Iudæos, quos ſibi cùm non credidiſſent, interrogat, alloquiturque Dominus, dicens*: (VIII. 38.) *Vos*

Vos igitur quæ audivistis à Patre facite: dicet etiam hos esse, qui vocantur semen Abrahæ, &c.

CAP. VI.

℣. 38. **N***On ut facerem voluntatem meam, sed illius qui misit me.*] Sic V. 30. legitur: *Non quæro voluntatem meam, sed Patris qui misit me.* Legati enim est non suam, sed mittentis facere voluntatem. Dorschæus Vindic. intervent. c. 2. §. 4. *Facit*, inquit, *voluntatem Patris sui cœlestis non secundum humanam naturam tantùm, sed & divinam.* Plura vide Ioan. XIV. 31. & Philipp. II. 8. Eusebius lib. 2. Theol. Eccles. c. 7. δι' ὧν ἁπάντων ἕτερον ἑαυτὸν τοῦ πατρὸς δείκνυται, καὶ τὸ ὑπερέχον τῆς δόξης τοῦ πατρὸς παρίστησι διὰ τοῦ τὸν μὲν ἀπεσταλκέναι λέγειν, ἑαυτὸν δὲ ἀπεστάλθαι, καὶ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταληλυθέναι οὐχ ἵνα ποιήσῃ τὸ θέλημα τὸ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντος αὐτόν. καὶ τί ἂν πρὸς ταῦτα φαίη ὁ Μάρκελλος, ἀκούων τοῦ καταληλυθότος ἐξ οὐρανοῦ ταῦτα διδάσκοντος; οὐ γὰρ δήπου καὶ νῦν τὴν σάρκα τοῦ σωτῆρος ταῦτα φάσκειν ἐρεῖ. οὐ γὰρ ἡ σὰρξ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταλήλυθε. *Per quæ omnia* (scil. quòd Patrem roget, ei gratias agat, illi obediens fuerit usque ad mortem, quòd illius voluntatem, non suam ut faceret, venerit, quòd majorem se esse Patrem fateatur filius:) *aliud à Patre se esse monstrat, & paternam gloriam suâ excellentiorem esse significat eo quòd ipsum dicat misisse, se verò missum, & ex cœlo descendisse, non ut faceret voluntatem*

 suam,

ſuam, ſed mittemus ipſum : & quidnam ad hæc dicat Marcellus audiens docentem hæc: illum, qui è cœlo deſcendit? Non etiam nunc carnem Salvatoris (id eſt, humanam naturam) *hæc loqui dicet : non enim caro ex cœlis deſcendit.*

ỷ. 56. ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. καθὼς ἐν ἐμοὶ ὁ πατὴρ, κἀγὼ ἐν τῷ πατρί.] Ita codex antiquus legit : Confer. Joan. XVII. 21. 23.

CAP. VII.

ỷ. 38. 39. F*Lumina de ventre ejus fluent aquæ viventis. Hoc autem dicebat de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum* :] Auguſtinus lib. III. contra Maximin. cap. 22. ex hoc loco, (quem Origenes hom. 17. Num. de Angelis explicat,) probat per aquam 1. Ioan. V. 8. Spiritum S. intelligendum. Sicut itaque homo animalis corporaliter nutritur in vitam temporalem pane & aquâ corporalibus : ita homo ſpiritualis ſpiritualiter nutritur in vitam æternam, pane vitæ, qui eſt Verbum Dei, & aquâ vitæ, quæ eſt Spiritus ſanctus.

ỷ. 39. Οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον ἐπ' αὐτοὺς, ὅτι ὁ ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη :] locus huic parallelus eſt XVI. 7. ἐὰν μὴ ἀπέλθω, ὁ παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς· ἐὰν δὲ πορευθῶ, πέμψω αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς. Chriſtus ergò non poterat Spiritum S. mittere & dare fidelibus, antequam mortuus fuerat, reſurrexerat & aſcenderat. Quia verba

verba illa ἐπ' αὐτοὺς desunt communiter, absurdè Crellius inde collegit *Spiritum sanctum non esse Deum.*

CAP. VIII.

℣. 16. Μόνος οὐκ εἰμὶ· ἀλλ' ἐγὼ καὶ ὁ πέμψας με πατήρ:] Chrysostomus hom. 28. operis imper. *Sic*, inquit, *& infideles, si audierint Christum dicentem, non sum solus, sed qui misit me pater mecum est: non possunt intelligere putantes quia non unus est Deus Pater & Filius. Si enim esset unus, nunquam diceret, non sum solus. Qui enim unus est, & solus est: qui autem solus non est, nec unus est.* Conf. ℣. 29. & XVI. 32. οὐκ εἰμὶ μόνος, ὅτι ὁ πατὴρ μετ' ἐμοῦ ἐστι.

℣. 23. *Ego non sum ex hoc mundo*:] Vide Origen. tom. 19.

℣. 37. *Novi quòd Abrahæ semen estis*:] at versu 39. dicit Christus: *si filii Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis.* hanc ἐναντιοφάνειαν conciliat Origenes tom. 20. distinguendo inter *semen* & *filium.*

℣. 38. Καὶ ὑμεῖς οὖν ὃ ἑωράκατε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν ποιεῖτε.] Regii 3. ἃ ἠκούσατε παρὰ τοῦ πατρός: omittendo ὑμῶν: ita quoque legit Origenes tom. 21. nisi quòd interpres τὸ ποιεῖτε imperativo reddiderit *facite*: quod communiter *facitis* legitur.

℣. 39. *Opera Abrahæ faceretis*:] hîc *Origenes* refellit dicentes bona opera non esse necessaria ad salutem, sed solam fidem.

℣. 40. *Hoc Abraham non fecit*:] Vide Origenem

genem h. l. de homine tempore Abrahæ prædicante veritatem.

ꝟ. 42. *Exivi à Deo* :] Origenes tom. 22. *Alii illud, exivi a Deo, exposuerunt pro eo quod est, genitus sum ex Deo: quos sequitur filium dicere ex substantiâ genitum fuisse Patris veluti diminuti, & carentis substantiâ Filii, quam ante habebat, quando generavit filium: tanquam si consideraret aliquis hoc etiam in prægnantibus. Consequitur autem illos dicere, patrem atque filium corpus esse, ac patrem divi-di*, &c. Hic margini adscriptum *Caute*.

ꝟ. 44. ὑμεῖς ἐκ πατρὸς τοῦ Διαβόλου ἐστὲ :] hîc refellit Origenes tom. 22. Heracleonem ejusque sequaces, statuentes quosdam homines esse ὁμοουσίους diabolo.

ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ· ὅτι ψεύστης ἐστὶ, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ :] Videtur primo intuitu hic locus favere Manichæis, quasi Christus dicat diabolum esse mendacem, & patrem ejus scilicet diaboli esse mendacem, præprimis cùm vox πατὴρ articulo sit juncta. Atenim Christus respexit ad vocem ψεῦδος, adeóque mens ejus fuit, diabolum esse mendacem, & patrem illius scilicet mendacii : possumus etiam quodammodo dicere τὸ αὐτοῦ referri ad ψεύστην : ut sit sensus, diabolum esse mendacem, & patrem omnis mendacis : secundùm illud quod hoc versu præcedit : ὑμεῖς ἐκ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστὲ, καὶ τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν : *ex Patre diabolo*, non *diaboli*, licèt διάβολος habeat articulum. Arias Montanus etiam ante πατρὸς ponit articulum τοῦ. Conf. ꝟ. 55.

ꝟ. 57.

ѱ. 57. Πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις :] ex hoc loco & traditione (quam necesse est esse antiquissimam,) Irenæus II. 40. scribit ætatem Christi fuisse quinquaginta annorum.

ѱ. 58. Πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι :] est enim Christus primogenitus omnis creaturæ : Coloss. I. 15. Rectè autem judicavit Bellarminus locum hunc contra Arianos nullam vim habere : fatebantur enim hi Christum extitisse ante mundum, & angelos. At quivis videt absolutam inde Christi æternitatem nullo modo probari posse.

ѱ. 59.] (Conf. XII. 36.) Quidam volunt Christum illo tempore disparuisse. Origenes lib. II. contra Cels. Καὶ ἐνθάδε μὲν δὴ οὐκ ἀδυνάτον ἦξειν, ὡς ἐν τῇ θειοτέρᾳ φύσει, ἵν ὅτε βούληται ἀφανὴς γένηται· καὶ αὐτόθεν μὲν δῆλον· σαφὲς δὲ καὶ ἐκ τῶν γεγραμμένων περὶ αὐτοῦ, τοῖς μή τινα μὲν τῶν γεγραμμένων προσιεμένοις, ἵνα κατηγορήσωσι τοῦ λόγου, τινὰ δὲ πλάσματα οἰομένοις τυγχάνειν. γέγραπται δὲ ἐν τῷ κατὰ λουκᾶν, ὅτι μετὰ τὴν ἀνάστασιν λαβὼν τὸν ἄρτον ὁ ἰησοῦς εὐλόγησε, καὶ κλάσας ἐπεδίδου τῷ Σίμωνι, καὶ τῷ κλεόπᾳ λαβόντων δ' αὐτῶν τὸν ἄρτον, διηνοίχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτὸν, καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν. *Ita hic quoque satis constat, potuisse illum* (Iesum) *disparere quoties vellet : & idem liquet ex scriptis de ipso, siquis scripturas non suo arbitratu, alicubi recipiat, ut sermonem incuset, & quædam ut figmenta rejiciat : nam & in Euangelio secundum Lucam scriptum est, quòd post resurrectionem Iesus accepi*

accepto pane benedixit & fregit, porrexitque Simoni & Cleopæ, & postquam acceperunt panem, aperti sunt oculi eorum, & agnoverunt eum, & ipse evanuit à conspectu eorum. At Origenes sibi non constat, nam (apud Hieron. contra Ioan. Hierosl.) ex loco Lucæ, quod Christus disparuerit, probare voluit Christi corpus post resurrectionem fuisse aëreum & spirituale: nisi fortè Origenes dicendus est sensisse cum *Valentino* Christi corpus etiam ante passionem fuisse cœleste, sive spirituale.

CAP. IX.

℣. 2. Τίς ἥμαρτεν, οὗτος ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ;] Nam secundùm Apostolos, (qui innutriti erant in dogmate de præexistentiâ animæ) potuit homo peccare ante nativitatem corporalem, aliàs prorsus ineptè discipuli quæsiissent.

℣. 3. οὔτε οὗτος ἥμαρτεν, οὔτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ· ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ ἐν αὐτῷ.] Christus non dixit hoc, quasi absolutè non peccâssent: (nullus enim hominum fuit sine peccato vel actuali, vel originali, præter Christum:) aut quasi homini innocenti præter demeritum suum inflicta esset pœna; sed hic est verborum Christi sensus: licèt homini propter peccatum suum justè inflicta sit cæcitas: tamen demeritum ejus non esse causam primariam cæcitatis, sed manifestationem operum Dei, & propter hunc finem primariò Deum eum cæcum nasci voluisse.

℣. 6.]

℣. 6.] Vide Tacitum lib. IV. histor. paulò ante finem.

℣. 7. ὕπαγε, νίψαι εἰς τὴν κολυμβήθραν τοῦ Σιλωάμ· (ὃ ἑρμηνεύεται ἀπεσταλμένος) ἀπῆλθεν οὖν, &c.] id est fac te adduci, & fecit se adduci: nam quomodo solus ire poterat nondum potens videre, aut quomodo piscinam Siloam cognoscere poterat, qui cœcus natus erat?

℣. 11. ἀνέβλεψα:] Verbum ἀναβλέπειν hîc sumitur pro βλέπειν: Conf. vers. 15. & 18.

℣. 25. ὤν:] Participium hoc habet imperfecti significationem. Nam contradictorium esset in præsentis significatione dicere, cæcum existentem videre.

℣. 29. Τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν·] Ex his verbis egregiè convincuntur Iudæi, & quidem Hierosolymitani, ut confiteantur aut se mentitos esse, cùm dixerunt VII. 27. Τοῦτον οἴδαμεν πόθεν ἐστίν· aut Iesum esse Christum, cum *eodem versu* subjungant: ὁ δὲ χριστὸς ὅταν ἔρχηται, οὐδεὶς γινώσκει πόθεν ἐστίν· Conf. vers. 30.

℣. 37. *Tu vidisti ipsum*:] id est nunc, postquam videre cœpisti.

CAP. X.

℣. 29. Ὁ πατήρ μου ὃς δέδωκέ μοι, μείζων πάντων ἐστί:] *Pater meus qui dedit mihi* (oves scil.) *major omnibus est*: ita etiam Syrus, Origenes IV. Periarch. & Chrysostomus h. l. legunt: & confirmatur eadem lectio græci codicis

dicis ex loco parallelo XIV. 28. ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστί. *Pater meus major me est*: unde malè reddidit vulgata translatio: *Pater meus quod dedit mihi majus omnibus est*. quasi in græco scriptum esset: ὁ ὁ πατήρ μου δέδωκέ μοι, μείζον πάντων ἐστί. Notandum autem quòd Origenes IV. Periarch. citante Hieronymo ad Avitum legit: *Pater, qui me misit, major est omnibus*.

℣. 30. ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμέν.] Sabelliani olim abutebantur hoc loco ad probandum Patris & Filii unam esse subsistentiam. Tert. de Trinit. Origen. 8. contra Cels. Hilarius de Synod. & 7. de Trinit. Epiphan. hær. 65. Ariani hunc locum de solâ voluntatis unitate explicant, idque probare conantur ex locis parallelis, præprimis ejusdem Ioannis, cùm XVII. 11. dicitur. ἵνα ὦσιν ἓν καθὼς ἡμεῖς: *ut sint unum sicut nos*. 21. ἵνα πάντες ἓν ὦσι, καθὼς σὺ πάτερ ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν σοὶ, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν: *ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint*. 22. ἵνα ὦσιν ἓν, καθὼς ἡμεῖς ἕν ἐσμεν: *ut unum sint, sicut nos unum sumus*. 23. ἐγὼ ἐν αὐτοῖς, καὶ σὺ ἐν ἐμοὶ, ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἕν: *ego in ipsis, & tu in me, ut sint perfecti in unum*. VI. 56. ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ· καθὼς ἐν ἐμοὶ ὁ πατὴρ, κἀγὼ ἐν τῷ πατρί: *in me manet, & ego in ipso: sicut in me Pater, & ego in Patre*. XIV 20. ἐγὼ ἐν τῷ πατρί μου, καὶ ὑμεῖς ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν ὑμῖν: *ego in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis*.

1. Ioan.

1. Ioan. IV. 12. 13. 15. 16. *ὁ θεὸς ἐν ἡμῖν μένει, καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ θεῷ: Deus manet in nobis, & nos in Deo.* At, *inquiunt*, Apoſtoli non ſic in Chriſto erant, aut manebant, & Chriſtus in eis, & Deus in fidelibus, fideleſque in Deo, ut una numero ſubſtantia eſſet Chriſti & diſcipulorum, Dei & fidelium: nec Chriſtus petiit à Patre, ut omnes ſecum eſſent una numero ſubſtantia: nam ſic abſurdum & impoſſibile petiiſſet: quare nec Chriſtus & Deus Pater ita unum ſunt, vel Filius in Patre, & Pater in Filio eſt, ut una numero ſubſtantia ſit Patris & Filii. Sic, *addunt*, Rom. XII. 5. multi unum corpus dicuntur in Chriſto: Matth. XIX. 6. unum ſunt vir & mulier, (quam unitatem Origenes de concordiâ & conſenſu intelligit.) 1. Cor. IV. 16. 17. maritus & uxor unum corpus, qui adhæret Domino, unus ſpiritus: III. 6. 8. Paulus & Apollo unum: Galat. III. 28. omnes fideles in Chriſto unus: 1. Cor. XII. 13. in uno Spiritu omnes nos unum: Act. IV. 32. omnium credentium cor unum & anima una: ſcil. eo ſenſu quo 1. Cor. I. 10. legitur: *ἦτε δὲ κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοΐ, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ: ſitis perfecti in eâdem mente, & in eâdem ſententiâ:* hinc patet ſenſus loci Ioan. XVII. 23. ita quoque Chriſtus & Eccleſia unum dicuntur, prout maritus & uxor: quemadmodum illud: *& erunt duo in carne unâ*: explicant D. Apoſtolus Epheſ. V. 31. 32. & poſt eum Tertullianus & Origenes. 3. Reg. XXII. 4. populus meus & populus

tuus unum sunt. Conf. Matth. XVIII. 19. Ioan. XVII 26. Ioan XV 6. 7. Ignatius ad Smyrnens. σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ ἑνότητι θεοῦ καὶ ὑμῶν: *Carnali & spirituali unitate, quæ vobis intercedit cum Deo:* ad Ephesios: Καὶ οἱ κατ' ἄνδρα δὲ, χορὸς γένεσθε εἷς, ἵνα σύμφωνοι ὄντες ἐν ὁμονοίᾳ συνάφειαν θεοῦ λαβόντες, ἐν ἑνότητι ἓν γένησθε τῇ συμφωνίᾳ τῷ θεῷ πατρὶ καὶ τῷ ἠγαπημένῳ υἱῷ αὐτοῦ ἰησοῦ χριστῷ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. δὸς γὰρ αὐτοῖς, φησὶ, πάτερ ἅγιε, ἵνα ὡς ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν, καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσι. χρήσιμον οὖν ἐστὶν ὑμᾶς ἐν ἀμώμῳ ἑνότητι συνημμένους θεῷ, μιμητὰς εἶναι χριστοῦ. οὗ καὶ μέλη ὑπάρχετε, εἰ γὰρ ἐγὼ ἐν μικρῷ χρόνῳ τοιαύτην συνήθειαν ἔσχον πρὸς τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν, οὐκ ἀνθρωπίνην οὖσαν, ἀλλὰ πνευματικὴν, πόσῳ μᾶλλον ὑμᾶς μακαρίζω τοὺς ἀνακρεμαχμένους αὐτῷ ὡς ἡ ἐκκλησία τῷ κυρίῳ ἰησοῦ, καὶ ὁ κύριος τῷ θεῷ καὶ πατρὶ αὐτοῦ, ἵνα πάντα ἐν ἑνότητι σύμφωνα ᾖ: *Singuli unus chorus este, ut concordes & per concordiam vel unanimitatem cohærentiam cum Deo capientes in unitate unum fiatis concordiâ, cum Deo Patre, & dilecto filio ejus Iesu Christo Domino nostro. Da enim ipsis, inquit, Pater sancte, ut quemadmodum ego & tu unum sumus, & ipsi in nobis unum sint. Utile itaque est, vos in inculpatâ unitate conjunctos Deo imitatores esse Christi, cujus & membra estis. Si enim ego brevi temporis spacio talem consuetudinem contraxi cum Episcopo vestro, quæ non humana, sed spiritualis est; quanto vos beatiores judico, qui dependetis ab illo, ut Ecclesia à Domino,*

&

& Dominus à Deo & Patre suo ; ut omnia in unitate consentiant. Iustinus dial. cum Tryphone unitatem τῆς γνώμης *voluntatis* intelligit. *Athenagoras apol. Pater* , inquit , *& filius unum sunt : ita ut filius sit in patre , & pater in filio , per unionem & potentiam spiritûs* : paulò pòst unitatem illam vocat *unionis vim*, post rursum vocat *unionem* , *& communionem* , *patremque filium & Spiritum S. unitos.* Tertullianus contra Prax. *unitatem Patris & Filii unionem* vocat : pòst , *unum* , inquit , *neutrale non pertinet ad singularitatem* , *sed ad unitatem*, *ad similitudinem* , *ad conjunctionem* , *ad dilectionem Patris* , *qui filium diligit* , *& ab obsequium filii* , *qui voluntati Patris obsequitur.* (Ignatius quoque *ad* Magnes.& Philipp.*unionem Christi cum Patre ponit in eo* , *quòd Christus sit subjectus Patri :* idem facit Lactantius IV. 29. ut infra videbimus.) Origenes hom. 9. Ezech. *Vt Pater & filius unum sunt, sic qui unum spiritum habent in unionem coarctantur. Ait quippe Salvator. Ego & Pater unum sumus. Et pater sancte rogo , ut sicut ego & tu unum sumus , ita & isti in nobis unum sint. Et in apostolo legitur* , *donec occurramus omnes in virum perfectum* , *& in mensuram ætatis plenitudinis in unitatem Christi. Et rursum. Donec perveniamus omnes in unitatem corporis & spiritûs Christi. Ex quo significatur quia virtus ex plurimis unum faciat , & necesse sit nobis unum per eam fieri* , *& fugere multitudinem.* tract. 19. in Matth. *hæreticos* vocat eos , *qui ex loco præsenti patrem & filium unum substantiâ esse dicunt.* tom. 12. in Ioan. *Quidam confunduntur,*

cum venerint ad locum de Patre & Filio, adducentes illud: invenimur autem & falsi testes Dei, quòd testati fuerimus adversus Deum, quòd excitaverit Christum, quem non excitavit, (& his similia declarantia [hic videtur deesse vocula *non* :] *alium esse eum qui excitatus fuit,) & illud: destruite templum hoc, & in tribus diebus ego erigam illud, existimantes ex his ostendi, numero non differre filium à Patre, sed unitum substantiâ, atque etiam utrosque subjecto exsistentes propter quasdam intelligentias diversos, non propter substantiam dici Patrem & Filium*, &c. tom. 15. *Ne sint*, inquit, *amplius duæ voluntates, sed voluntas: quæ una voluntas autor est filio Dei dicendi: Ego & Pater unum sumus: & hanc ob voluntatem, qui vidit filium, vidit etiam eum, qui misit ipsum.* Conf. tom. 22. cujus verba allegata vide sis cap. VIII. vers. 42. l. IV. cap. V. ad Rom. *Sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & isti in nobis unum sint: divinæ scilicet naturæ participes effecti in abundantiâ charitatis per Spiritum sanctum ministratæ.* Contra Cels. l. VIII. εἰ δέ τις ἐκ τούτων περισπασθήσεται, μή πη αὐτομολοῦμεν πρὸς τοὺς ἀναιροῦντας δύο εἶναι ὑποστάσεις πατέρα καὶ υἱόν· ἐπιστησάτω τῷ, ἦν δὲ πάντων τῶν πιστευσάντων ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία, ἵνα θεωρήσῃ τό, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. — ὄντα δύο τῇ ὑποστάσει πράγματα, ἓν δὲ τῇ ὁμονοίᾳ, καὶ τῇ συμφωνίᾳ, καὶ τῇ ταυτότητι τοῦ βουλήματος· ὡς τὸν ἑωρακότα τὸν υἱὸν (ὄντα ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως τοῦ θεοῦ) ἑωρακέναι ἐν αὐτῷ, ὄντι εἰκόνι τοῦ θεοῦ, τὸν θεόν.

Quòd

Quòd si quis fortè addubitaverit ne ultro ad eos nos accedamus, qui duas substantias esse Patrem & filium negent, his dictis velim insistat. Erat autem credentium omnium cor unum & anima una, ut illud intelligat, ego & Pater unum sumus: — Quos utique (patrem & filium) *constat duas res esse substantiâ: unam verò consensu, convenientiâque & voluntatis identitate: ita ut, qui filium videat, qui splendor est gloriæ ejus, & forma substantiæ Dei, in hoc ipso quòd sit Dei imago, & Deum haud dubiè viderit.* Libro in epist. ad Titum, (citante Pamphilo in apolog.) *hæretici*, inquit, *qui superstitiosè magis, quàm religiosè, ne videantur duos deos dicere, neque rursum negare Salvatoris divinitatem, unam, eandemque substantiam Patris ac Filii asseverant.* Novatianus de Trinit. *Vnum*, inquit, *neutraliter positum societatis concordiam, non unitatem personæ sonat. — Vnum autem quod ait, ad concordiam & eandem sententiam, & ad ipsam charitatis societatem pertinet, ut meritò unum sit Pater & filius per concordiam, & per amorem, & per dilectionem. — Denique novit hanc concordiæ unitatem & apostolus Paulus, cum ait: qui plantat & qui rigat, id est, Paulus & Apollo unum sunt.* Cyprianus tract. III. agens de h. l. & 1. Ioan. V. 7. hanc unitatem vocat *vinculum concordiæ*: & in sequentibus semper explicat de *unitate Spiritûs in conjunctione pacis, concordiâ & unanimitate.* de dupl. martyr. explicans 1. Ioan. V. 8. scribit: *Vnus Deus est, & ideo tres dicuntur unum esse, quoniam undique sibi constat testimonium, nec ullâ*

ullâ ex parte dissonat: quemadmodum quos arctissima jungit amicitia, propter summum animorum consensum, unus animus esse dicuntur: paulo pòst negat *hæc tria unum esse natura*. Concilium III. Antiochenum (cùm P. Samosatenus proponeret Filium Patri esse ὁμοούσιον) τὸ ὁμοούσιον rejecit, & disertè scripsit contra Samosatenum, Filium non esse ὁμοούσιον, Patri scil. testibus Athanas. de Synodis Arimin. & Seleuc. & Hilario de Synodis. Lactantius IV. 29. *Cùm & filius sit in Patre, quia Pater diligit Filium, & Pater in filio, quia voluntati Patris fideliter paret, nec unquam faciat aut fecerit, nisi quod Pater aut voluit, aut jussit.* (Conf. supra Tertull. contra Prax.) ibid. *Patris*, ait, *& filii esse unum spiritum, unam mentem, voluntatem & substantiam, & propterea Patrem & Filium dici unum Deum, quia unanimes incolant mundum, prout in œconomicis Pater & Filius civili jure unus dicuntur Dominus, licèt Filio Pater nomen, potestatemque Domini concedat.* Eusebius Cæs. Theol. Eccles. l. II. & V. contra Marcell. c. 19. sqq. locum hunc ut & XVII. 23. & XIV. 11. ad *voluntatum unitatem & concordiam* refert. Secunda fidei formula Concilii Antiocheni V. quæ dicitur esse S. Luciani martyris, & legitur apud Socrat. II. 10. & Hilar. de Synodis, proponit τὸν πατέρα καὶ υἱὸν, καὶ πνεῦμα ἅγιον εἶναι τῇ μὲν ὑποστάσει τρία, τῇ δὲ συμφωνίᾳ, ἓν: *Patrem, Filium & Spiritum sanctum, hypostasi quidem esse tria, consensu verò unum.* Atenim non mirum Patres prædictos unitatem Patris & Filii

lii

hi ita explicâſſe, cùm lib. I. hiſtor. Eccleſ. probaverimus Patres Ante-Nicænos eadem cum Ario docuiſſe: & cùm Ieſuita D. Petavius eadem probârit, miror quòd ipſe ſibi contradicens Tom. IV. lib. XVI. c. 2. §. 2. ſcribit, *nullam aliam poſſe eſſe viam conciliandorum inter ſe de fide, ac de ſcripturæ ſenſu diſſidentium*, (Catholicorum ſcil. & Arianorum) *niſi ut de conſenſu partis utriuſque litigantium, ratus ille ſenſus habeatur, in quem primis ſeculis & ætati apoſtolorum proximis, Chriſtiana omnis conſpiravit Eccleſia*, &c. Nullus enim, quod ſciam, locus ex Patribus trium primorum ſeculorum, produci poſſit, qui locum præſentem de unitate numericâ, aut ſaltem ſpecificâ interpretetur. Sed pergamus ad ſecula ſequentia. Alex. Alexandr. ad Alex. Byzant. apud Theod. I. 4. *Ego*, inquit, *& Pater unum ſumus: quod Dominus ait, non ſeſe Patrem perhibens, neque ſubſtantias duas unam faciens*: (vel ſecundùm græcum: *neque duas illas ſubſtantiâ naturas unam eſſe manifeſtans*;) *ſed quod ſimilitudinem paternam ſoleat accuratè referre filius*. Athanaſius dial. 1. de Trinit. Anomœus vel Arianus: *cujuſmodi ſe habent tres hypoſtaſes in Trinitate?* Orthod. *ut ſunt Petri & Pauli & Timothei tres hypoſtaſes, & una humanitas.* Anom. *Ergò ſunt tres dii.* Orthod. *Abſit ut hoc dicam.* Anom. *Si ita ſunt hypoſtaſes ut Petri & Pauli & Timothei, tres ſunt dii, quandoquidem Petrus, Paulus & Timotheus tres ſunt homines.* Orthod. *Ne hi quidem ſunt tres.* Anom. *Annon igitur tres ſunt Petrus, Paulus*

& Timotheus? Orthod. *Tres quidem sunt, at non tres homines. quia tunc tres sunt homines, cùm dissimile cor habuerint, ut Græcus & Iudæus & Christianus. Sin vero idem senserint, nec sint inter eos dissidia, tres quidem sunt hypostases, sed unus in Domino, quod unum animum & unum cor habeant: & tres quidem sunt numero, at non quod diversam inter se naturam vel diversum cor habeant.* Anom. *Ergo eos qui tres sunt, tres esse dico.* Orthod. *At ego tres esse dico, si inter se dissenserint: quòd si ex Dei verbo fuerint eâdem mente & sententiâ compacti, unum novum hominem esse dico, manentibus tamen hypostasibus.* Anom. *Sed hæc de hominibus dicuntur, in Deo verò aliter se res habet.* Orthod. *Si in iis quæ corporaliter separata sunt, modo animi sententiâ non dissideant, habet scriptura unus & unum, multò magis id dicendum est in iis, quæ sunt materiæ & corporis expertia. Aut igitur in istis ponito esse dissidia, ut tres Deos dicamus, quoniam unus istud, alius illud velit: aut si nulla est in iis dissensio, unus sit Deus, Pater, Filius & Spiritus sanctus. quemadmodum qui in Christo sunt compacti, unus homo sunt, sicut scriptum est.* Similiter loquitur Gregorius Nyssenus negans tria individua humana esse tres homines, ne cogeretur urgentibus Arianis fateri Patrem, Filium & Spiritum sanctum esse tres Deos. Bernhardus serm. 1. in 8. Pasch. *Spiritus*, inquit, *est indissolubile vinculum Trinitatis, per quem sicut Pater & Filius unum sunt, sic & nos unum sumus.* Ioachimus Abbas docuit Patrem, Filium & Spiritum sanctum non esse unum substantiâ & essentiâ,

tiâ, sed charitate, prout multi fideles unum sunt: de quo vide exegeſ. 1. Ioan. V. 7. D. Eraſmus etiam præſentem locum de concordiâ caritatis explicat. Charronæus Verit. 3. cap. 2. *Diſertiſſimus*, inquit, *ſcripturæ locus ad probandum τὸ ὁμοούσιον veriſimilitudinem quandam obtinet, at ſufficiens eſt minimè.* Maldonatus in h. l. *Atque*, ait, *utinam nulli memoriâ noſtrâ interpretes extitiſſent, qui neſcio ſane quo ſtudio Arianorum juviſſent partes, id ex aliis etiam locis colligentes, cum enim cap.* XVII. 12. *Chriſtus dicit, ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus, illud unum, non ſubſtantiam utique, ſed concordiam ſignificare: & cùm dicit Lucas Act.* IV. 32. *Credentium erat cor unum & anima una, non eſſe dubium quin ſola animorum conſenſio explicetur: eodem pertinere, quod ſcribit Ioannes* 1. *Epiſt.* V. 7. *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres unum ſunt: nam de aquâ, ſpiritu & ſanguine idem dicit, quæ tamen conſtet non ejuſdem eſſe naturæ, ſed idem dicere teſtimonium.* Maſenius in opere, cui titulum Meditatæ concordiæ dedit: (liber hic à Pontificiis nunquam reprobari poterit, eſt enim à Societatis Ieſu Patre conſcriptus, à tot tantiſque cenſoribus perlectus & approbatus, Pontifici atque Imperatori, ut & Archiepiſcopo Moguntino dedicatus, Coloniæque Agrippinæ impreſſus.) part. 1. tract. 1. cap. 7. II. *Credimus*, ait, *Chriſtum in ſubſtantiâ æqualem Patri, & nec majorem illo nec minorem, ex eo, quòd Chriſtus dicat: Ego & Pater unum ſumus:*

& Philippo : qui videt me, videt & Patrem meum : Joan. XIV. 9. *& tamen ibidem dicit : vado ad Patrem, quia Pater major me est.* &c. *Sicut mandatum mihi dedit Pater, sic facio* 21. 31. *uter verò sensus fundamentalis sit, nulla scriptura disertè definit* : Concl. tract. 2. cap. 1. *Scriptura etiam nonnullis locis videretur suadere oppositum, nisi Ecclesia nos aliter docuisset. Nam si Christus dicit : Pater major me est, sine exceptione : cur non sequatur : ergò Christus est Patre minor ? si dicit : Ego & Pater unum sumus : cur non æquè in personâ quàm naturâ, ut cur non potiùs in charitate & affectu, quàm naturâ; cùm alibi precetur, ut nos unum simus cum ipso, sicut ipse unum erat cum Patre ? Probent infallibilem, quæ hæc destruat, illa adstruat, consequentiam, quam ratiocinio pari adversarii nequeant elidere.* Plura verba Masenii huc facientia vide in exegef. 1. Ioan. V. 7. Valerianus Magnus Capucinus in judicio suo de Acatholicorum & Catholicorum credendi regulâ contra Anonymum, cap. 5. *Argumentanti,* inquit, *consubstantialitatem Patris cum Filio ex hoc textu : Ego & Pater unum sumus ; non est necessarium respondere aut docere, quòd textus ille non insinuat consubstantialitatem Patris cum Filio ; sed sufficit negâsse, quòd textus ille non* (vocula *non* vitiosè ab autore est addita, duæ enim negationes affirmant :) *sit necessariò, incommutabiliter seu evidenter intelligendus de unitate substantiæ, nam sit hoc probabile, stat cum hac probabilitate, quòd idem ille textus possit v. g. intelligi de unitate voluntatis per amorem, qui intercedit Patrem & Filium, ac proinde non potest inferri ex hoc textu, necessariò, sed duntaxat*

taxat probabiliter consubstantialitas Patris cum Filio. Fides verò Christiana dicit assensum non probabilem cum formidine oppositi, sed certum, & consequenter nulli dubitationi obnoxium. Possevinus in refut.resp. Chytræi: *Filium Patri consubstantialem & ὁμούσιον in Scripturis non ita cernimus expressa, ut sine interprete Ecclesiâ hæretici convincantur.* Coppenstein Luth. Calv. Eccl. part. 2. quæst. 18. *de ὁμουσίᾳ æternâ Ecclesia determinare debuit, scriptura non potuit.* Calvinus in h. l. *Abusi*, inquit, *sunt hoc loco veteres, ut probarent Christum Patri ὁμούσιον. Neque enim Christus de unitate substantiæ disputat, sed de consensu, quem cum Patre habet, quicquid scil. geritur à Christo, Patris virtute confirmatum iri.* Episcopius Resp. ad 23. quæst. *Deitas*, ait, *Filii Dei cùm Patre & Spiritu sancto non satis adstruitur ex loco Ioan. X. 30. quia in eo non agitur de unitate essentiæ Filii numerica cum Patre; sed de concordiâ & consensu voluntatis utriusque, uti rectè in locum istum annotavit Calvinus.* Idem scribit H. Nicolai. Anonymus (quem supra allegavi) ita in h. l. scribit: Non definitum hic est qualis unitas sit intelligenda. Quatuor autem hujus loci interpretationes inveniuntur. Nam 1. Sabelliani ex hoc loco unitatem & subsistentiæ & essentiæ (οὐσίας & ὑποστάσεως) colligebant. 2. Homousiani ex eodem hoc loco concludebant Filium cum Patre ejusdem esse numero essentiæ, vel substantiæ, (οὐσίας vel ὑποστάσεως, quâ posteriore voce Latini potiùs, & inter Orientales Pauliniani utebantur,) at non unius personæ (προσώπου:)

σώπȣ :) nec unius ſubſiſtentiæ : (*ὑποστάσεως* juxta Meletianos :) Vide epiſt. Alex. Alex. ad Alex. Byzant. apud Theod l. 4. 3 Interpretatio eſt Filium cum Patre ejuſdem eſſe ſubſtantiæ ſpecie, non numero, quæ explicatio infert Tritheiſmum 4. Ariani aſſerebant Patrem & Filium eſſe unum non unitate ſubſtantiæ, ſed unanimitate, & concordiâ voluntatis. Quæritur autem quis ſenſus ſit verus & fundamentalis. Conſiderandum itaque eſt primò, ſiquis ſenſus contradicat rationi: ille enim ante omnes alios reprobandus eſt : ita Auguſtinus, Sabundus, Lutherus, Keſlerus, Danhawerus, Gerhardus, &c. Huc pertinet illud Tertulliani contra Prax. *Et unitas irrationaliter collecta hæreſim facit, & Trinitas rationaliter expenſa, veritatem conſtituit.* Velthuſius quoque in libro de uſu rationis in Theologiâ egregiè ſcribit in hæc verba: *Argumenti inartificialis ſive teſtimonii ſenſus nobis conſtare non poteſt, niſi per argumenta artificialia & per rationes certas & irrefragabiles. Quamvis res fidei nitatur teſtimonio divino, & ita argumento inartificiali, non ideo ſenſus verborum teſtimonii divini nititur argumento inartificiali, ſed rationibus.* Secundò rejiciendus eſt ſenſus, qui contradicit alii loco ſcripturæ manifeſtiſſimo. Nam hæ propoſitiones: Herodes eſt vulpes, Chriſtus eſt petra, vitis, via, &c. propterea non ſunt propriè, ſed metaphoricè intelligendæ, quia ratio docet idem non poſſe eſſe hominem & vulpem, petram, vitem, agnum. Sic, cùm Anthropomorphitæ objicie-

bant

bant loca S. Scripturæ, quibus Deus dicitur habere oculos, brachia, digitos, pedes: Catholici respondebant verba illa non esse propriè, sed ἀνθρωποπαθῶς intelligenda, eo quòd ratio demonstrat Deum non posse habere oculos, brachia, digitos, pedes. Deinde cùm Pontificii transsubstantiationem, & Lutherani consubstantiationem suam stabilire nituntur dicto Christi, hoc est corpus meum, hic est sanguis meus: respondent Reformati, verba illa non propriè, sed tropologicè esse interpretanda, quia sensus visûs, gustûs, olfactûs, tactûs omnium hominum, (qui certiùs demonstrant quàm ipsa ratio) probant permanere panem & vinum, nec, salvâ ratione, idem potest esse simul panis & corpus humanum, vinum & sanguis. Si autem necessitate rationis & sensuum urgente licet à proprietate verborum expressorum S. Scripturæ recedere, quantò magis id licet eâdem necessitate urgente in iis locis S. Scripturæ, quorum sensus non est expressus vel definitus? *Primus* itaque loci hujus sensus improbandus est, quia ratio demonstrat genitum & gignens non posse esse ejusdem & unius numero essentiæ & subsistentiæ. *Secunda* quoque interpretatio rejicienda est, quia ratio demonstrat plurimis argumentis (*quæ alibi producemus*) primam causam non posse aliquid producere ex essentiâ suâ. *Tertia* etiam expositio reprobanda est, quia ratio demonstrat unum tantùm esse Deum. Huc accedit, quòd tres hæ explicationes infinitis aliis & clarissimis S. Scripturæ locis contradi-

tradicere alibi sufficientissimè probatum est. Ergò *quarta* demum interpretatio est acceptanda. 1. Quia ea sola residua est. 2 Quia, licèt Ariani tres priores opiniones tanquam impossibiles arguant, tamen & Sabelliani & Homousiani, & Tritheitæ Arianorum sensum recipiunt: omnes enim isti ad unitatem substantiæ adjiciunt etiam unanimitatem voluntatum. Tutissimus itaque est sensus quartus, & vere catholicus, quia à nullo Christianorum unquam negatus fuit. 3. Sensus hic nulli contradicit rationi. 4. Nulli etiam Scripturæ S. loco contradicit, ut notorium est. 5. Quia Arianorum interpretatio juxta omnes adversarios possibilis, (juxta quosdam etiam necessaria est,) quâ ratione probent Homousiani suum potiùs sensum esse acceptandum, quàm Arianorum? 6. Arianorum interpretationem genuinam esse confirmant loca parallela, (scriptura enim per scripturam interpretanda est,) Joan. XVII. 11. 22. Apostolus quoque de idiotâ dicit apud Vigilium: *quid prostratus confitebitur, quia verè Deus in vobis est.* 7. Patres quoque, Ignatius, Iustinus, Tertullianus, Origenes, Novatianus, Eusebius Cæs. & alii. Tandem 8. multi ex adversariis ipsis, ut Athanasius, Erasmus, Calvinus, & alii. Obiter quoque hîc notandum quòd Patres Nicæni τὸ ὁμοούσιον (vocem ab ipsis primò inventam,) & *ex essentiâ* sic explicârunt apud Socratem I. 5. & Theod. I. 12. ut τὸ *ex essentiâ*, non *materiam*, sed *principium* denotaret: ita ut æquivalerent *ex essentiâ Patris genitum esse*, & *ex Patre genitum esse*, *vel originem trahere.*

trahere. Hoc ſenſu etiam Alexander Alex. Trip. I. 14. ſcribit : οὐ γεννηθέντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἀλλ' ἐκ τοῦ ὄντος πατρὸς, οὐ κατὰ τὰς τῶν σωμάτων ὁμοιότητας, ταῖς τομαῖς ἢ ταῖς ἐκ διαιρέσεως ἀποῤῥοίαις, ὥσπερ Σαβελλίῳ καὶ Βαλεντίνῳ δοκεῖ, ἀλλ' ἀῤῥήτως καὶ ἀνεκδιηγήτως κατὰ τὸν εἰπόντα ὡς ἀνωτέρω παρεθήκαμεν, τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; *non genitum ex non exiſtente, ſed ex exiſtente Patre, non ſecundùm corporum ſimilitudines, deciſionibus, aut diviſionis defluxibus, ſicut Sabellius & Valentinus putant; ſed ineffabiliter & inenarrabiliter ſecundum dicentem, ut ſuperiùs propoſuimus, generationem ejus quis enarrabit?* Quòd verò inde non ſequatur Filium & Patrem unum eſſe eſſentiâ: patet ex eo, quòd Scriptura dicit: *Vetera omnia tranſierunt, ecce omnia nova ex Deo ſunt facta*: Joan. I. 13. *qui ex Deo generati ſunt.* 1. Ioan. IV. 4. *vos ex Deo eſtis.* 6. 7. *Nos ex Deo ſumus, qui non eſt ex Deo, non audit nos. Omnis qui diligit, ex Deo generatus eſt.* V. 1. *omnis qui credit Ieſum eſſe Chriſtum, ex Deo generatus eſt.* 4. *omne quod generatum eſt ex Deo vincit mundum.* III. 9. V. 18. *omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat.* 19. *Scimus quòd ex Deo ſumus.* Joan. VIII. 47. *qui ex Deo eſt, verba Dei audit.* 1. Cor. VIII. 6. *Vnus Deus Pater ex quo omnia.* I. 30. *ex Deo vos eſtis in Chriſto Ieſu.* Rom. XI. 26. *Omnia ex Deo,* &c. Deinde vocem ὁμοουσίου non in ſenſu numerico, ſed ſpecifico à Patribus intellectam probavit Curcellæus in quatern. diſſert. Theolog. & in præf. operum Epiſcopii. Nos tria ſaltem exempla producemus. 1. Juſtinus Martyr ſcribit

bit Angelos & animas esse ὁμοουσίους: (*Ego tamen non memini me istiusmodi verba in Iustino M. scriptis reperisse*:) 2 Pseudo-Gregorius Thaumaturgus Deum introducit de Christo dicentem ad homines: ὁμοούσιος ἐμοὶ κατὰ τὸ ἀόρατον, καὶ ὁμοούσιος ὑμῖν κατὰ τὸ ὁρώμενον: *coëssentialis mihi secundùm invisibile, & coëssentialis vobis secundùm illud, quod visum est*. 3. Eusebius Cæs. Demonstr. Eccl. I.8. ait *bruta plantis esse* ὁμοούσια. Quod si hodieque eâ significatione acciperetur τὸ ὁμοούσιον, facilè largirentur Ariani Homousianis, filium se habere ad Patrem, ut plantam ad brutum. Porrò ὁμοούσιον apud veteres non significâsse eandem numero naturam & essentiam probavit Floravantius lib. I. de Trinit. ex Clement. Alex.lib.I. & II. strom. Theodoret. lib. epit. Basil. ep. de differ. usias & hypost. Athanas. orat. 2. contra Arian. & Epist. de Synodis Arimin. & Seleuc. Leon. epist. ad Pulcheriam. Idem probavit D. Petavius de Trinit. lib. IV. cap. 5. ex Plotino Enn. 4. lib. VII. cap. 10. Imò si derivationem vocis ὁμοούσιος penitius inspiciamus, primum ejus inventorem putabimus non tam intendisse eandem substantiam, quàm simul-existentiam. Istud enim συνούσιον, μετούσιον, μονοούσιον, vel ταυτοούσιον potiùs denotaret, quod multi Homousianorum de Deo negârunt prædicari posse. Homousion autem confictum arbitror ab iis, qui λόγον ἐνδιάθετον cum οὐσιώδει confundentes, absurdum putabant dicere Deum fuisse aliquando sine ratione & sapientiâ, contra eos potissimum,

mum, qui aſſerebant Filium aliquando non fuiſſe, & Deum non ſemper fuiſſe Patrem. In eo itaque ſenſu ſimul exiſtentiæ omnes largiuntur, Filium eſſe ὁμοούσιον Patri, ſcilicet qua tali. Relata enim ſunt ſimul: nec ipſe Pater eâ ratione abſolutè eſt æternus. Hucuſque Anonymus ille. At errat, dicens vocem ὁμοουσίου à Nicæni Concilii Epiſcopis primò adinventam. Nam jam antè Paulus Samoſatenus in Concilio Antiocheno propoſuerat Filium in divinis Patri ὁμοούσιον. Ante Paulum Samoſatenum Origenes ſcripſit lib. I. Job. *Tria cornua fecit diabolus in typum atque figuram trionymæ illius ſectæ triumque deorum hæreſis,* (de Tritheitis alibi agemus,) *quæ univerſum orbem terræ in modum tenebrarum replevit, quæ Patrem & filium & Spiritum ſanctum aliquando tanquam tres colit, nonnunquam unum adorat, quemadmodum Græcorum memoratur, Triada vel homuſion*: (Eraſmus in Cenſurâ: *Græcorum linguâ memorant, Triada vel homuſion*:) *iſtam ergò Trinitatis ſectam & hæreſim atque infidelitatem jam olim de longè deſignans verſutiſſimus ille diabolus tria cornua miſit ad Iob deprædandum. Sic namque etiam nunc memorata trionyma hæreſis præſertim prædatur atque expugnat Eccleſiam.* Vide Eraſmi cenſuram in h. l. Ante Origenem Heracleon credens etiam filium in divinis ex ſubſtantiâ Patris generatum, expreſsâ voce ὁμοουσίου in ſcriptis ſuis uſus eſt, allegante Origene tom. 22. in Joan. De Gnoſticis quoque, (qui Trinitatem ipſam unicam divinitatem dixerunt) ſcribit Fr. Iunius Anti-Bellarm.

contr. 2. l. 2. cap. 3. animadv. 4. eos voce ὁμοϐσίϐ usos apud Irenæum permultis in locis legi.

ỿ. 33. — 38.] Anonymus h. l. His verſibus, *inquit*, proponitur ſtatus controverſiæ inter Ieſum & Iudæos, Iudæi intentant Christo crimen blaſphemiæ, idque ſic probare conantur: quicunque exiſtens homo ſe ipſum facit Deum, ille eſt blaſphemus. Tu exiſtens homo te ipſum facis Deum. E. Minorem hac ratione probare annituntur: quicunque ſe dicit filium Dei, is ſe ipſum facit Deum. Atqui tu te dicis filium Dei. E. tu te ipſum facis Deum. Majorem probare volunt inde, quia Pater & Filius ſunt ejuſdem naturæ & eſſentiæ, cùm ſimile generet ſibi ſimile. Reſpondet Ieſus negando minorem principalis ſyllogiſmi, quòd ſcilicet ſe ipſum faciat Deum, quod verò ad probationem attinet reſpondet negando conſequentiam majoris, quòd dicendo ſe Filium Dei ſe ipſum faciat Deum. Diſtinguit itaque modum filiationis. Alium nimirum eſſe modum filiationis per communicationem naturæ atque eſſentiæ in naturâ multiplicabili, quæ in Deum non cadit. Alium verò eſſe modum filiationis per ſanctificationem & miſſionem à Patre. Hac diſtinctione adhibitâ reſpondet ad minorem, ſe non eſſe filium Dei priori modo, nec cum Patre ejuſdem naturæ ac eſſentiæ: atque per conſequ. nec ſe ipſum facere Deum. Poſteriori verò modo ſe eſſe & rectè dici Dei filium. Quod probat argumento à minori ad majus: ſi eos, ad quos ſaltem Dei ſermo factus eſt, ſcriptura dicit Deos: ego multò magis

gis Filius Dei dicendus ſum, quippe quem Pater ſanctificavit & miſit in mundum. Quoniam verò & hoc ipſum, nempe Ieſum à Deo ſanctificatum ac in mundum miſſum, negabant Iudæi, propterea provocabat ad opera ſua. verſ. ſqq.

ỹ. 34. *Ego dixi, vos dii eſtis.*] Certè divinam naturam ſanctis etiam attribuunt Petrus Epiſt. 2. I. 4. (*participes divinæ naturæ*:) & primitivæ Eccleſiæ Patres. Exod. XXI. 6. XXII. 28. Pſalm. LXXXI. 1. 6. Magiſtratus Dii dicuntur, & Angeli ſæpius. Exod. IV. 16. Moſes prædicatur Deus Aaronis VII. 1. Deus Pharaonis XVIII. 19. Deus populi XV. 10. Deut. X. 17. Pſalm. L. 1. 1. Cor. VIII. 5. Multi dii dicuntur. Theophilus Ant. l. II. ad Autol. *Vt homo declaratus tandem Deus in aſtra aſcenderet.* idem: *Vt homo caperet immortalitatis mercedem, tandem & ipſe Deus factus.* Irenæus IV. 79. & Clem. Alex. Paræneſ. Strom. III. & V. aſſerunt *nos omnes ſecundùm naturam*, vel *naturâ eſſe filios Dei, & primum Deum Patrem univerſorum noſtrum verum & naturalem Patrem eſſe.* Imò lib. V. Irenæus dicit *nos eſſe naturâ Deos omnipotentes.* Hilarius VIII. de Trinit. & alibi magnâ contentione defendit, nos quoque *cum Filio & Patre unum eſſe naturâ, non adoptione, neque conſenſu tantùm.* Tertull. contra Hermog. *Dei erimus, ſi meruerimus illi eſſe, de quibus prædicavit; Ego dixi, vos dii eſtis, &, ſtetit Deus in Eccleſiâ Deorum; ſed ex gratiâ ipſius, non ex noſtrâ proprietate: quia ipſe eſt ſolus, qui Deos faciat.* Origenes hom. 21.

Num. *Beati veræ divinitatis capaces.* hom. 1. Ezech. *Ezechiel quoque Deus fuit, quia factus est sermo Dei ad deum.* (puto leg. *ad eum.*) hom. 29. Luc. *Qui nequaquam moritur, jam non est homo; sed Deus est. Si autem Deus est qui quondam homo fuit, & oportet te illi similem fieri, quando similes ejus fuerimus, & viderimus eum sicuti est, te quoque necesse erit Deum fieri.* Tom. 24. in Ioan. *Si aliquis non est ampliùs mendax, aut stat in veritate, hujusmodi sanè non est homo: adeò ut Deus illi suique similibus dicat: ego dixi dii estis, & filii excelsi omnes: nec illud de eo subjungetur: vos autem sicut homines moriemini.* l. IV. c. V. Rom. *Sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & isti in nobis unum sint, divinæ scil. naturæ participes effecti in abundantiâ charitatis per Spiritum sanctum ministratæ.* l. VII. c. VIII. *Pauli anima vel mens, qui est interior ejus homo, ipsius divinæ naturæ efficitur capax.* lib. 3. contra Cels. πολὺς ἐστι λόγος περὶ θεοῦ καὶ τῶν τετιμημένων ἀπὸ θεοῦ διὰ τοῦ μονογενοῦς θεοῦ λόγου μετοχῇ θειότητος, διὰ τοῦτο δὲ καὶ ὀνόματι. *Multa est mentio de Deo, & de his qui à Deo per Dei Verbum honorati sunt communicatione, ac ob id nomine etiam Deitatis*: lib. 5. τούτους δὴ ἀγγέλους ἀπὸ τοῦ ἔργου αὐτῶν μεμαθηκότες καλεῖν, εὑρίσκομεν αὐτοὺς, διὰ τὸ θείους εἶναι, καὶ θεοὺς ἐν ταῖς ἱεραῖς ποτὲ ὀνομαζομένους γραφαῖς: *hos*, inquit, *Spiritus angelos ex officio suo docti nominare, invenimus propter divinitatem quandam interdum Deos vocari à sacrâ Scripturâ.* lib. 6. *Dei fiunt participes, qui Dei sunt Spiritum consecuti.* Conf. tom. 2. in Ioan. Cypria-

nus

nus in ſerm. interpol. de nativitate Chriſti. *Hi, ad quos ſermo ſit, dicuntur Dii & filii excelſi, nominis & æternitatis participes.* Legenti quoque homilias Macarii, aliquot in iis loca occurrent, quibus autor aſſerit *eos qui ſancte vivunt, Deos futuros.* Gregorius Nyſſenus de mortuis: ἐν τῷ μὴ δύνασθαι μεταχεῖν τῆς θειότητος, (*deitatis principes fieri,*) μὴ ὃ καθαρσίου πυρὸς τὸν ἐμμιχθέντα τῇ ψυχῇ ῥύπον ἀποκαθήραντος. Baſilius III. adverſ. Eunom. *Deos nominamus virtute perfectos.* Hieronymus in Pſalm. CXV. 2. *Quamdiu homines ſumus mentimur, quando autem fuerimus Dii, deſinimus mentiri. Siquis igitur ſanctus Deus efficitur: & quando factus fuerit Deus, deſinit eſſe homo & jam non mentitur.* In Matth. XIII. *Diabolus propterea inimicus homo appellatur, quia Deus eſſe deſivit.* 1. Com. ad Gal. IV. *Salvator habitu inventus eſt ut homo, ut nos dii fieremus ex hominibus, & non ultra moreremur; ſed conſurgentes Chriſto, amici ejus diceremur & fratres: & ut eſſet diſcipulus ſicut magiſter, & ſervus ſicut Dominus.* Cap. I. ad Epheſ. *Spiritus repromiſſionis, vel Spiritus Dei, ſponſorem & Deum facit eum, in quo habitaverit.* Philo de plant. Nohæ. & de Somn. & de victim. offer. dicit *Dei nomen eſſe benefactoris.* Conf. de gigant. & de Abrah. III. de vit. Moſ. dicit *ſummum Deum eſſe Dominum & Ducem hominum & Deorum*, & de vict. offer. Θεὸς οὐκ ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ θεῶν ἐστὶ θεός. *Deus non ſolum hominum, ſed & Deorum Deus eſt.* Mercurius Triſm. cap. 12. *Homo Dei capax, ac Dei eſſentiæ conſors.* Plato in

Critiâ circ. fin. *homini divinam naturam* attribuit. Porphyrius primo ad Boëthum *Cum igitur duæ aperte opponi concedantur, immortalis videlicet atque divina natura, & terrestris atque corruptibilis*: apud Euséb. præp. Euang. XI. 14. per divinam naturam intellexit spiritum hominis: per terrestrem, corpus. Si ergò de Angelis, & sanctis, imò omnibus hominibus hæc dici possunt, quanto majori jure Christus, quem Pater sanctificavit, & in mundum misit, quique primogenitus est totius creaturæ, & Deus & divinam naturam habere dici potest? Conf. Apoc. V. 12. Philipp. II. 9. 10. 11. &c.

CAP. XI.

ỽ. 41. P*Ater, gratias ago tibi, quòd me audisti*:] Origen. tom 28. *Propofuerat servator precari, sed præoccupante illius precationem illo, qui ei dixerat, antequam loquaris tu, ego dicam adsum, pro precatione quam animo conceptam dicturus erat Patri, qui præoccupârat preces, gratias agit: & (perinde quasi exauditus fuisset,) * propterea ea, quæ animo tantùm conceperant: non tamen protulerat*, (forte legendum: *pro iis, quæ animo tantùm conceperat, non tamen protulerat,*) *precando, inquit: Pater, gratias ago tibi, quod me audisti. Precaturus ergò erat pro Lazari resurrectione, & præoccupans illius precationem, solus ille bonus Deus, & Pater audivit, quæ dicenda erant in precatione, pro quibus in frequenti auditorio circumstantis ipsum turbæ, precum vice remittit gratiarum actionem servator, duo pariter faciens, & gratias agens pro his, quæ de Lazaro assecutus fuerat, & circumstantem sibi turbam confirmans. Volebat enim Iesus ut hi admitterent se à*

Deo

Deo missum, ad hanc vitam advenisse. Agnovit autem se exauditum, quoniam Spiritu nôrat Lazari animam remissam ab animarum loco, corpori ejus restitutam.

℣. 43. *Voce magnâ clamavit: Lazare veni foras:*] Orig. tom. 29. *precaturus Iesus cùm sustulisset oculos exauditus fuit, & precum loco gratias egit, quia diligenter perspexisset Lazari animam corpus ingressam fuisse, egentem superventurâ sibi (ob jussionem Iesu) strenuitate, & vigore, ad exeundum è monumento: quocirca postquam Patri gratias egisset, voce magnâ clamavit robur impositurâ in Lazaro, magnâ voce opus habente, quia nondum acumine præditus esset audiendi clamorem invitantem se extra monumentum.*

C A P. XIV.

℣. 9. *QVi videt me videt & Patrem meum:*] Est enim expressissima Patris imago filius, & character substantiæ ejus (Ebr. I. 3.) Eodem hoc loco antiqui Sabelliani abûsi sunt ad probandum Filii & Patris unam eandemque esse subsistentiam. Rectiùs autem Alexander Alex. in Trip. I. 14. scribit: ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα, ὥσπερ δι' ἐσόπτρου ἀκηλιδώτου, καὶ ἐμψύχου θείας εἰκόνος αὐτοῦ θεωρουμένου τοῦ πατρὸς ὃν ὅμοιον ἐν ψαλμοῖς οἱ ἁγιώτατοι φασὶν, ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. *Qui vidit me vidit Patrem, tanquam per speculum immaculatum, & animatam divinam imaginem ipsius viso patre: quem similem in Psalmis sanctissimi dicunt, in lumine tuo videbimus lumen.* Origenes tamen tom. 15. Ioan. *Ne sint*, inquit, *amplius duæ voluntates, sed voluntas: quæ una vo-*

luntas autor est filio Dei dicendi : ego & Pater unum sumus : & ob hanc voluntatem , qui vidit filium , vidit etiam eum , qui misit ipsum.

℣. 16. *Alium paracletum dabit vobis* :] Sicut Moyses prædixit de Christo , venturum alium prophetam similem sibi , ita Christus prædixit venturum alium paracletum à se. Nam & Christus dicitur paracletus 1. Ioan. II. 1. & in epitom. Clementis. Hunc locum conqueruntur Muhammedani à Catholicis corruptum : dicunt enim ante lectum fuisse : alium periclytum dabit vobis , περίκλυτος autem est inclytus , quod denotat Ahmed vel Muhammed. Paraphr. Persica super Surat. LXI. vers. 6. & in explicatione additur paracletum Syriacè dici מחיא *Mahje*, per quem Machmed denotari volunt Muhammedani. Conf. Warneri Compendium Muhammedanismi. Notandum autem quòd oppositus est *Spiritui sancto Spiritus impurus* , τῷ παρακλήτῳ ὁ κατήγορος , *advocato accusator* : Apoc. XII. 15. τῷ πνεύματι τῆς ἀληθείας τὸ πνεῦμα τῆς πλάνης , *Spiritui veritatis*, Ioan. XIV. 17. XV. 26. 1. Ioan. IV. 6. *Spiritus erroris* , 1. Ioan. IV. 6. Ita Ignatius ad Philadelph. *Quemadmodum Pseudoprophetæ & Pseudoapostoli unum & eundem Spiritum malum , fallacem , & populi seductorem acceperunt : sic & prophetæ & apostoli unum & eundem Spiritum sanctum , bonum , eximium , verum , & doctorem, & rectum acceperunt.* Tertullianus de jejunio : *eâdem operatione Spiritus iniquus educitur , quâ sanctus inducitur.* de orat. *Non agnosci poterit à Spiritu sancto*

cto Spiritus inquinatus. Origenes hom. 6. Numer. *Non poteſt Spiritus ſanctus conſortium pati & ſocietatem Spiritûs mali.*tr.1.in Matth. *Spiritus immundus transfiguratur in Spiritum ſanctum.* tom. 24. in Ioan. *Spiritus quidem ſanctus, vel angelicus ſpiritus cùm loquitur, non ex propriis loquitur, ſed loquitur à ſermone veritatis, & ſapientiæ: id quod etiam manifeſtat Ioannis Euangelium, in quo de Paracleto docens ſervator inquit: de meo accipiet, & annunciabit vobis, qui verò ex propriis loquitur, mendacium loquitur. Ex propriis enim locutus eſt etiam ipſe in tertio Regum: Spiritus mendax decipiens Achab.* Chryſoſt. op. imp. hom. 4. *Solam charitatem ſancti Spiritûs non poteſt immundus Spiritus imitari.* Flaviano in tripart. VII. 11. interroganti & dicenti: quomodo creditis Spiritum contrarium recedere, & gratiam ſancti Spiritûs, advenire? Adelphius, *Vnumquemque*, reſpondiſſe fertur, *naſcentium à progenitore ſuo ſicuti naturam, ſic etiam dæmonum trahere famulatum. Et his expulſis per illam orationem ſtudioſam ſanctum Spiritum advenire, & ſenſibiliter ac viſibiliter ſuam deſignare præſentiam.* Apud Origenem prolog. in Cantic. *Spiritibus nequitiæ*, & hom. 11. Num. *Spiritibus immundis opponitur Spiritus ſanctus.* Lactantius V. 1. *Non*, inquit, *in tam malo ſtatu res eſt, ut plus impuris ſpiritibus quàm ſancto liceat.* Vide Thomaſ. h. l. Didymus l. 3. de Spiritu S. *Spiritui immundo opponit ſpiritus ſanctos.* Auguſtinus tr. 97. in Ioan. *quaſi hæc ipſa ſint, quæ tunc diſcipuli portare non poterant, & ea docuerit Spiritus ſanctus, quæ palam*

P 5 *docere*

docere atque prædicare, quantalibet feratur audaciâ, spiritus erubescit immundus. Porro quomodo Verbo veritatis à Patribus opponatur Verbum mendacii, videbimus in dissertatione περὶ τοῦ λόγου. Tandem Patri veritatis opponitur Pater mendacii, Ioan. VIII. 44. De Patre tenebrarum ac malitiæ, ejusque filio, ac spiritu Spiritui sancto contrario scribit Origenes in Matth. XV. *Primam vigiliam adversus Patrem tenebrarum ac malitiæ* (ἀντίθεον:) *secundam adversus filium ejus, qui adversatur & extollitur, supra omnem qui dicitur deus aut religio:* (hic in sacris dicitur ὁ ἀντικείμενος, & ὁ ἀντίχριστος. Primogenitum filium diaboli Simonem Magum appellavit Ignatius ad Trall. Marcionem Polycarpus, apud Euseb. IV. 11. & Hieron. &c.) *tertiam adversus spiritum sancto Spiritui contrarium.* Verùm illa videntur hæresim Manetis olere.

ỷ. 28. ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστι.] Hunc locum omnes Græci Patres de divinâ Christi naturâ explicant. Irenæus II. 49. *Siquis*, ait, *requirat causam, propter quam in omnibus Pater communicans Filio, solus scire & horam & diem judicii à Domino manifestatus est: neque aptabilem magis, neque decentiorem, nec sine periculo alteram, quàm hanc inveniat in præsenti: quoniam, cùm solus verax Magister est Dominus, ut discamus per ipsum, super omnia esse Patrem. Etenim Pater, ait, major me est, & secundùm agnitionem itaque præpositus esse Pater annunciatus est à Domino nostro.* Tertullianus contra Prax. *Pater*, inquit, *tota substantia est; filius verò derivatio totius*

totius & portio: sicut ipse profitetur: quia Pater major me est, à quo & minor natu canitur in Filio: (al. melius: *à quo & minoratus canitur in Psalmo modicum quid citra Angelos:*) *sic & Pater alius à filio, dum filio major.* &c. Origenes tom. 8. in Ioan. *Pater*, inquit, *qui misit illum, viventium Deus* (*ut etiam ipse Ioannes testatur*) *nempe Abraham, Isaac & Iacob: & idcirco Dominus cœli & terræ, quòd ea fecerit; hic etiam solus bonus, & major est misso.* Tom. 14. *Quodsi Heracleon ac sui sequaces admiserint spiritualem naturam, quæ sit ejusdem essentiæ cum divinâ illâ ingenitâ, & undequaque beatâ naturâ, ut ipsi tradunt meretricari, prophana & impia, & irreligiosa de Deo sequuntur rationem ipsorum: ac ne sine periculo quidem conferri possunt hæc inter se, atque imaginari, præsertim cùm audiamus servatorem dicentem: quare qui misit me major me est.* Hom. 2. in diversl. *Audi ipsum filium dicentem: Pater major me est. Substantia ejus causa est meæ substantiæ. Pater, inquit, præcedit filium causaliter*: paulò antè dixit *de patris propriâ substantiâ genitam esse filii propriam substantiam.* lib. IV Periarchôn, citante Hieronymo ad Avitum: *Curiosus*, inquit, *lector inquirat utrum ita à semetipso cognoscatur Pater, quomodo cognoscitur à Filio: sciensque illud quod scriptum est Pater qui me misit, major est omnibus: verum esse contendet: ut dicat, & in cognitione Filio Patrem esse majorem, dum perfectiùs & puriùs à semetipso cognoscitur, quàm à Filio.* lib. 8. contra Celſ. Θεὸν σφόδρα σέβομεν, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ σφόδρα ηὐξημένον ὑπὸ τοῦ πατρὸς γιγνώσκομεν. ἔστω δὲ, τινὰς

ὡς

ὡς ἐν πλήθει πιστευόντων, καὶ δεχομένων διαφωνίαν, διὰ τὴν προπέτειαν ὑποτίθεσθαι τὸν Σωτῆρα εἶναι τὸν ἐπὶ πάντων θεόν· ἀλλ' οὐδ' ἂν ἡμεῖς τοιοῦτόν γε, οἱ πειθόμενοι αὐτῷ λέγοντι, ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με, μείζων μού ἐστι: *Deum magnopere veneramur, & ejus Filium maximis a Patre auctum honoribus agnoscimus. Esto autem non deesse quosdam in tam numerosâ credentium multitudine, qui discordias cum aliis facile admittentes temerè affirment, quòd Salvator sit Deus ille, qui est super omnia. Nos tamen haudquaquam id adstruxerimus, qui credimus dicenti: Pater qui misit me, major me est.* Pòst: σαφῶς γὰρ ἡμεῖς, οἱ λέγοντες τοῦ πάντα κτίσαντος καὶ τὸν αἰσθητὸν κόσμον εἶναι, φαμὲν τὸν υἱὸν οὐκ ἰσχυρότερον τοῦ πατρὸς, ἀλλ' ὑποδεέστερον. καὶ τοῦτο λέγομεν, αὐτῷ πειθόμενοι εἰπόντι τὸ, ὁ πατὴρ, ὁ πέμψας με, μείζων μού ἐστι: *Nos enim, qui dicimus ejus qui omnia condidit etiam mundum hunc sensibilem esse, manifestè fatemur filium non fortiorem Patre, sed inferiorem: & hoc dicimus præstitâ dicenti illud fide: Pater qui misit me, major me est.* Conf. epist. Alexandri Alex. apud Theodor. I. 4. cujus verba ferè sunt eadem cùm iis, quæ in libello synodico Concilii Sardicensis, apud Theod. II. 8. & in fidei formulâ post. Conc. Sirmiensis apud Socratem II. 30. Sozom. IV. 5. atque in confessione fidei Osii & Potamii Sirmii conscriptâ apud Hilarium de Synodis, ita leguntur: *Constat nemini dubium esse, Patrem majorem esse honore, dignitate, deitate, & ipso nomine paterno etiam majorem esse: idque Filii ipsius testimonio dicentis:*

centis: qui me misit Pater, major me est. Similiter Athanas. serm. contra Arian. & contra Apollinar. Nazianzen. orat. 4. de Theol. & 35. 36. 40. Basil. lib. I. III. & IV. advers. Eunom. Epiphan. in Ancorato. N. 17. & hær. 69. N. 53. Chrysostom. hom. 75. in Ioan. Cyrill. Thes. II. 3. Isidor. Pelus. lib. III. ep. 334. Cæsarius dial. 1. Inter. 18. Damascen. l. 6. Leontius, Theophylactus, Euthymius. Conf. G. Cassand. de duabus in Christo naturis. D. Petavius de Trin. lib. II. cap. 2. §. 8. *Et ex Latinis*, inquit, *complures eadem illa Ioannis verba, quibus majorem se esse Patrem Christus fatetur, de ipso, quà Deus est, disertè explicant.* Inter eos sunt Tertullianus contra Prax. & de Trinitate, (cujus libri alii autorem volunt Novatianum, alii alium:) cap. 31. Cyprianus epist. ad Iubajanum dicens, *Christum ob id dicere Patrem se majorem esse, quia Deus Pater non solum Pater, sed & Dominus & Deus Christi est.* Hilarius 3. 9. & 11. de Trin. C. Marius Victorinus 1. contr. Arr. Phœbad. Agenens. contra Arianos Augustin. quæst. 122. de fide & symbolo cap. 9. contra Maximin. III. 14. Gregorius Bæticus de Trinitate & fide. Patres prædictos sequuntur Bellarminus, Clichthovæus, & plerique omnes Pontificii. Vide Dorschæi intervent. cap. 2. & Vindic. c. 32. §. 16. & Ioan. Maldonat. h. l. Masenius medit. concord. concl. tract. 2. cap. 1. *Si Christus dicit: Pater major me est, sine exceptione: cur non sequatur, Ergò Christus est Patre minor?* Durelleus in Dialecticotheca lib. I. cap. 7. *Præstat*, ait,

ait, *sequi viam tritam*, *& concedere esse aliquam perfectionem, quâ careat formaliter filius.* Hieronymus Zanchius epist. lib. I. ad Ioan. Wilhelm. Stuck. *Christus*, inquit, *ut filius minor Patre non incongruè dici potest, quia plus est esse à nullo, quàm esse ab alio, & generare, quam generari. Et hoc sensu multi Patres locum illum, Pater major me est, interpretantur.* — *Neque impium fuerit, si quis dicat, Deum qui est de Deo inferiorem illo esse, qui Deus non est de Deo. Majus enim quiddam est deitatem habere à semetipso, quàm eandem habere ab alio sibi communicatam.* Franc. Iunius Anti-Bellarm. controv. 2. l. 5. c. 5. anim. 20. — 26. ait *divinitatem Filii (personalem) esse sacerdotem, & filium Dei (in persona sua) quantus quantus est, esse ministrum & sacerdotem Patris: &, quia omnis sacerdos est minor eo cujus est sacerdos, ideo etiam personam Filii esse Patre minorem, & inferiorem, & inservire Patri, consilio Oeconomico, & ministerio voluntario.* Locum autem nostrum puto antiquitus lectum fuisse: ὁ πατὴρ ὁ πέμψας μὲ, μείζων μȣ ἐςὶ: sic enim eum allegârunt plurimi Patres. Conf. Origen. tract. 29. in Matth. tom. 15. in Ioan.

ỳ. 31. *Sicut mandatum mihi dedit Pater, sic facio*:] Conf. Deut. XVIII. 18. Ioan. IV. 34. X. 18. XII. 49. 50. XIV. 31. VI. 38. VIII. 29. 55. XV. 10. XVII. 4. XVIII. 11. Iacobus Masenius meditat. concord. p. 1. tract. 1. cap. 7. II. *Credimus*, inquit, *Christum in substantiâ æqualem Patri, & nec majorem illo nec minorem, ex eo, quòd Christus dicat: Ego & Pater unum sumus: &*

Phi-

Philippo: qui videt me videt & patrem meum: Ioan. XIV. 9. *& tamen ibidem dicit: Vado ad Patrem, quia Pater major me est.* &c. *Sicut mandatum mihi dedit Pater, sic facio.* 28. 31. *uter verò sensus fundamentalis sit, nulla scriptura disertè definit.* Plura vide Ioan. VI. 38. & Philipp. II. 8.

CAP. XV.

ỽ. 26. *Quem ego mittam vobis:*] Origenes hom. 22. Luc. *Venit*, inquit, *Dominus Iesus, & misit Spiritum sanctum vicarium suum.* Sic etiam Tertullianus de præscript. & de velandis virginibus vocat *Spiritum sanctum Dei villicum & Domini Christi vicarium.* Ministrum & servum Christi appellant Clemens Rom. Const. II. 26. 30. Iren. IV. 17. Orig. 1. Periarch. (ap. Hieron. ad Avit.) & lib. I. & II. Apolog. adverſ. Ruff. tom. 7. Ioan. Chrysostom. oper. imper. hom. 4. 5. 34. 41. Pamphilus in apolog. Sculteтus ait sibi videri Nicephorum XI. 30. tam ad Irenæum quàm ad alios Patres respexisse ubi scribit: *fuisse olim nonnullos Patres, qui etiam Spiritum S.* διακονικὸν, *id est, ministerialem nominaverint.* Certè Tertullianus contra Prax. scribit Psalm. CX. 1. & Esai. XLV. 1. *est ipse, qui pronunoiat, Spiritus: & Pater, ad quem pronunciat: & filius de quo pronunciat.* Plura vide Matth. XXII. 45. Etiam Clemens Rom. constitut. VIII. 6. *Patrem* dicit *Deum Paracleti.* Et 37. πρὸ πάντων αὐτοῦ θεὸς καὶ πατὴρ, ὁ τοῦ πνεύματος κύριος: *ante omnia est ipsius Deus & Pater, Spiritûs ipsius Dominus.*

minus. Irenæus III. 6. ad Deum, *dominatione*, inquit, *quoque dominaris Spiritus sancto.* Cyprianus ad Pompej. *Si potest apostolus hæreticos* (term. græcâ) *Christum inducre, multò magis potest Spiritum sanctum, quem Christus misit, accipere. Cæterùm major erit mittente, qui missus est*: his verbis Spiritum S. Christo minorem dicit. Hilarius de Synodis artic. 19. Siquis Spiritum S. Paracletum dicens, innascibilem (al. ingenitum) Deum dicit, anathema sit: ita explicat: *adjectio nunc paracleti anathemati obnoxiam facit, innascibilis in eo Dei prædicationem. Impiissimum enim est innascibilem Deum eum dici, qui ad consolationem nostram sit missus à filio.*

Qui à patre procedit:] Procedere primò significat produci, nam communis omnium opinio est procedere & generari in eo convenire, quòd utrumque sit produci ad esse. Tertullianus, vel quisquis autor libri de Trinitate, in significatione creandi accepit verbum procedere, cùm Psalm. 148. ita allegat: *dixit, & facta sunt omnia: præcepit, & processerunt universa*: ubi in græco legitur, καὶ ἐκτίσθησαν, *& creata sunt.* Chrys. op. imp. hom. 45. *quando vides eos confitentes ac dicentes, quia Filius de ipsâ Patris substantiâ processit.* Glossa l. Ariani. de hæreticis & Manichæis. C. ibi. Pneumatomachi. *Pneumatici, pneuma, id est, Spiritus: thocos, id est, mater: inde Pneumatici, qui Spiritum S. ex matre ipsâ processisse dicebant de filio Dei.* Græca Ecclesia credit procedere Spiritum sanctum à patre per filium, hinc sine

ſine dubio collegit Seb. Franck, quod in chronico 3. lib. 4. dicit Græcos, vel Chriſtianos Orientis docere Spiritum ſanctum eſſe creaturam. Sic etiam Clemens Romanus, Origenes, & Euſebius ſcribunt Spiritum ſanctum creatum à Patre per Filium, eo quod à Patre per Filium omnia facta dicuntur: uti vidimus cap. I. verſ. 3. Vnde Eccleſia latina Symbolo Conſtantinopolitano, ubi antè ſcriptum fuerat, *qui à Patre procedit*, addidit *Filioque*. Secundò procedere ſignificat mitti: ita Zach. II. 3. angelus legitur procedere, qui verſ. 8. 9. 11. ſe à Domino miſſum dicit. Alenſis quoque p. 1. q. 43. m. 4. probat Spiritum ſanctum procedere à filio, quia mittatur à filio: in eodem ſignificatu procedendi vocem acceperunt autor libri de Trinitate, (qui ſub Tertulliani nomine circumfertur,) c. 23. 31. C. Mar. Victorinus Afer, & Proſper Aquitanicus ſcribentes filium procedere à Patre: licèt ab autore libri de Trinitate potiſſimùm in ſignificatu producendi vox ea uſurpetur. In hoc ſenſu nemo Chriſtianorum negat Spiritum ſanctum à filio procedere. Pontificii quidem ſcribunt, Spiritum ſanctum à filio procedere, ex ſolâ ſcripturâ ne per conſequentiam quidem infallibilem poſſe deduci. inter alios Maſenius meditat. concord. part. 3. art. 6. p. 72. obſ. ita ſcripſit: *quæ obſecro ſcriptura docet: Spiritum ſanctum à Patre & Filio procedere, quæ tradit hos eſſe coëſſentiales? quæ cum ſimplici naturarum eſſentiâ diſtinctionem perſonarum realem conjungit?* & concl. tract. 2. cap. 1. *cre-*

dunt illa, quæ ab Athanasio in Symb. de SS. Trinitate tam circa personarum distinctionem, quàm naturæ divinæ, ejusque attributorum æqualitatem proponuntur, de processionibus item divinis, Christo à Patre ab æterno genito, Spiritu sancto ab utroque non genito; sed procedente, nec tantum ab alterutro. Hæc aliaque protestantium nemo per infallibilem ex sacris literis consequentiam, seposito hoc Verbo Dei tradito, potest evincere. Postulatum hoc ab illis sæpius est, nemo tamen præstitit, Scriptura etiam nonnullis locis videretur suadere oppositum, nisi Ecclesia nos aliter docuisset. At nos probamus ex sacris literis Spiritum sanctum procedere à filio: Primò quia mittitur à filio. Ioan. XV. 26. XVI. 7. Secundò Apoc. XXII. 1. *Ostendit mihi purum fluvium aquæ vitæ, splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei & Agni.* id est ostendit mihi Spiritum sanctum procedentem de Patre & filio. Nam per purum flumen aquæ vitæ Spiritum sanctum intelligendum probo primò, quia ipse D. Ioan. Euang. verba Christi dicentis VII. 38. *qui credit in me, sicut dixit scriptura, flumina ex ventre ejus fluent aquæ vivæ*, versu sequenti ita interpretatur: (*hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat Spiritus sanctus super eis, quia Iesus nondum erat glorificatus.*) Ita etiam Irenæus lib. 5. *in omnibus autem nobis spiritus, & ipse est aqua viva, quam præstat Dominus in se rectè credentibus, & diligentibus se & scientibus, quia unus Pater, qui est super omnia.* secundò Spiritus sanctus effundi dicitur; sed hoc propriè

dicitur

dicitur de aquis & fluminibus: sic Esai. XLIV. 3. *Effundam aquas super sitientem, & fluenta super aridam, effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super prognatos tuos.* Eccli. XXIV. 31. *Ego Sapientia* (id est Christus) *effudi flumina.* Esai. XXXII. 15. *donec effundatur super nos spiritus de excelso.* Ioël. II. 28. & Act. II. 17. *effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri, & filiæ vestræ.* Ezech. XXXIX. ult. *effudi spiritum meum super omnem domum Israël, dicit Dominus Deus.* Conf. Tit. III. 6. huc facit quoque modus loquendi, *baptisare Spiritu sancto* quasi quodam liquore animæ purgativo, Matth. III. 11. Marci I. 8. Luc. III. 16. Act. I. 5. XI. 16. tertiò Spiritus sanctus dicitur procedere à Patre h. l. crediturque secundùm Latinos etiam à Filio. At verò hîc idem dicitur de flumine puro aquæ vitæ: ita quoque Spiritus sanctus designatur Dan. VII. 10. per fluvium ignis procedentem de sede Dei. quartò Spiritus sanctus utpote donum, dari vel donari dicitur omnibus petentibus eum: Luc. XI. 13. ast & aqua viva dicitur donum Dei, quod datur hominibus id petentibus. Ioan. IV. 10. 14. 15. quintò τὸ epitheton *purus* idem est quod *sanctus*, & opponitur flumen purum aquæ vivæ exientis ex novâ civitate Hierusalem, fluminibus Babylonis & Ægypti: id est Sanctus spiritus spiritibus impuris vel immundis: de quo *alibi* plura dicturi sumus, si Deo placuerit. sextò Spiritus sanctus dicitur distribui, Hebr. II. 4. 1. Cor.

XII. 11. 4. ubi in græco legitur vox διαιρέσεις. Sic Psalm. XLVI. 4. Τȣ̃ ποταμȣ̃ αἱ διαιρέσεις, *Fluminis divisiones lætificant civitatem Dei, sanctum Altissimi habitaculum*, &c.

CAP. XVI.

ỳ. 8. — 11.] Variæ sunt flagelli hujus Theologorum interpretationes, sed nulla earum, quæ hactenus allatæ sunt, mihi satisfacere potuit. Siquis aptiorem novit, ne dedignetur orbi Christiano eandem proponere.

ỳ. 12. ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' ȣ̓ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι:] Hæretici antiqui (de quibus in historiæ Eccles. lib. 1. egimus) hoc loco abusi sunt ut probarent traditiones suas. Rectiùs Augustinus tract. 97. in Ioan. *Omnes*, inquit, *insipientissimi hæretici, qui se Christianos vocari volunt, audacias figmentorum suorum, quas maximè exhorret sensus humanus, hac occasione Euangelicæ sententiæ colorare conantur, ubi Dominus ait: adhuc multa habeo vobis dicere; sed non potestis portare modò, quasi hæc ipsa sint, quæ tunc discipuli portare non poterant, & ea docuerit Spiritus sanctus, quæ palam docere atque prædicare, quantàlibet feratur audaciâ, Spiritus erubescit immundus.* Idem, *quum*, inquit, *tacuerit Christus, quis nostrûm dicat ista vel illa esse? aut si dicere audeat, unde probabit? Quis tam vanus aut temerarius, qui etiamsi vera dicat, sine ullo divino testimonio affirmet ea esse, quæ dicere tunc Dominus noluit?*

ỳ. 13. 14. 15. Οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτȣ̃, ἀλλ' ὅσα

ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει, καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν· ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάζει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἐμά ἐστι· διὰ τοῦτο εἶπον ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν.] Ergò Spiritus S. ratione iſtius officii rectè dicitur nuncius vel ἄγγελος. Hermas Paſt. mand. 12. *Non cùm vult homini loquitur Spiritus Dei; ſed tunc loquitur cùm vult Deus.* Clemens Rom. Conſtit. II. 26. ἡ δὲ διάκονος εἰς τύπον τοῦ ἁγίου πνεύματος τιμάσθω ὑμῖν, μηδὲν ἄνευ τοῦ διακόνου πράττουσα ἢ φθεγγομένη. ὡς οὐδὲ ὁ παράκλητος ἀφ' ἑαυτοῦ τι λαλεῖ, ἢ ποιεῖ· ἀλλὰ δοξάζων τὸν χριστὸν περιμένει τὸ ἐκείνου θέλημα. *Diaconiſſa*, inquit, *honoretur à nobis in typum Spiritus ſancti, nihil ſine Diacono faciens vel dicens: ſicut nec Paracletus à ſe ipſo quicquam loquitur aut facit; ſed glorificans Chriſtum exſpectat ejus voluntatem.* Tertull. de Trinit. dicit Spiritum ſanctum vel Paracletum Chriſto eſſe minorem, quia à Chriſto accipiat; his autem utitur verbis: *accepit Paracletus à Chriſto, quæ nunciet; ſed ſi à Chriſto accepit quæ nunciet, major ergò jam Paracleto Chriſtus eſt: quoniam nec paracletus à Chriſto acciperet, niſi minor Chriſto eſſet. minor autem Chriſto paracletus, Chriſtum etiam deum eſſe hoc ipſo probat, à quo accepit quæ nunciat, ut teſtimonium Chriſti divinitatis grande ſit, dum minor Chriſto Paracletus repertus ab illo ſumit quæ cæteris tradit.* Origenes tom. 24. *Spiritus quidem ſanctus, vel angelicus Spiritus cùm loquitur, non ex propriis loquitur, ſed loquitur à ſermone veritatis, & ſapientiæ: id quod etiam manifeſtat Ioannis Euangelium, in*

quo de Paracleto docens servator inquit: de meo accipiet, & annunciabit vobis, qui verò ex propriis loquitur, mendacium loquitur. Ex propriis enim locutus est etiam ipse in tertio Regum: Spiritus mendax decipiens Achab. Anonymus. Ex eo, *inquit*, quod Filius dicit, *omnia quæ Pater habet, mea sunt:* & Joan. XVII. 10. *omnia mea tua sunt, & tua mea:* Homousiani probare volunt omnia attributa divina filio competere. Verùm instatur: Pater habet quòd sit pater Filii: Ergò etiam Filius habet quòd sit sui ipsius pater: rursus Filius habet quòd sit Patris filius, ergo etiam Pater habet quòd sit sui ipsius filius. Item, Pater habet filium, & Filius habet patrem: ergò & Pater habet patrem, & Filius filium. Distinguitur hîc quidem inter opera ad extra communicabilia, & inter opera ad intra incommunicabilia. Verùm hæc distinctio, quia non extat in scripturis, & est conficta cum petitione principii ad difficultatem effugiendam, eâdem facilitate rejicitur, quâ asseritur. Adde quòd opus incarnationis sit opus ad extra. Ergóne (quia Christus dicit ad Patrem, omnia mea tua sunt,) Pater habet quòd sit homo, quia filius id habet? O absurdum. Hæc Anonymus. Verùm quia quæstio illa, utrum incarnatio sit opus ad intra vel ad extra, (quòd ego sciam,) nondum est in medium producta, nec est definita: puto tamen Catholicos asserturos esse opus ad intra, quòd Filius seipsum incarnaverit.

℣. 23. *Quicquid petieritis Patrem in nomine meo:*] Concil. Carthag. III. Can. 23. *Cùm ad altare assistitur,*

assistitur, semper ad Patrem dirigatur oratio. Vnde Guilielmus Durantes ration. div. off. cap. 88. al. lib. IV. cap. 15. de oratione seu collectâ: *Omnis*, inquit, *oratio regulariter ad Patrem dirigitur, & terminatur in nomine Filii*, (id est, ut ante dixerat, *per Filium*,) post: *Veruntamen omnis oratio dirigitur ad Patrem vel ad Filium, & nulla ad Spiritum sanctum, quia Spiritus sanctus est donum, & à dono non petitur donum; sed potiùs à largitore doni. Petitur ergò à Patre & Filio, & ad eos sermo dirigitur, tanquam ad donatores, & non à Spiritu sancto, qui est donum, & pariter ab utroque procedit.* Et autor libri de officio Missæ, (qui impressus est in 4°. ante annum 1498.) tract. 4. part. 1. art. 9. *Omnis oratio regulariter ad Patrem dirigitur, & terminatur in nomine Filii, secundùm Guilelmum in rationali*, &c. post: *Quæris quare oratio nulla dirigitur ad Spiritum sanctum? Dicendum secundùm Guilelmum in rationali: quia Spiritus sanctus est donum: & à dono non petitur donum; sed potiùs à largitore doni: petitur ergò à Patre & Filio, (& ad eos sermo dirigitur,) tanquam à donatore, & non à Spiritu sancto, qui est donum, & pariter de utroque procedit.* Hiscum consentit Missale Cracoviense, quibus etiam suffragatur Tostatus in Matth. VI. quæst. 88. & D. Petavius, qui, de Trinit. lib. III. cap. 7. §. 15. asserit, *etiam post Concilium Constantinopolitanum tantùm ad Deum Patrem & Christum Ecclesiasticas preces directas fuisse, non ad Spiritum sanctum.*

CAP. XVII.

℣. 3. IN*α γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν:*] Origenes lib. III. contra Cels. legit: *τὸν μόνον ἐπὶ πᾶσιν ἀληθινὸν θεὸν*, *solum super omnia verum Deum*: & Irenæus II. 12. *Christus*, inquit, *ipse fatetur unum Patrem esse super omnia Deum. Ignatius ad Magnes.* Τοῖς ἐξοκείλασιν εἰς πολυθεΐαν, τὸν ἕνα καὶ μόνον ἀληθινὸν Θεὸν καταγγείλαντα τὸν ἑαυτοῦ πατέρα: *Iis qui in multorum Deorum opinionem inciderant, annunciavit & prædicavit unum & solum verum Deum patrem suum.* Ad Ephes. ὁ μόνος ἀληθινὸς Θεὸς· ὁ ἀγέννητος καὶ ἀπρόσιτος, ὁ τῶν ὅλων κύριος, τοῦ δὲ μονογενοῦς πατὴρ καὶ γεννήτωρ: *solus ille verus Deus, ingenitus ille & inaccessibilis, universorum Dominus, unigeniti autem Pater & genitor.* Irenæus II. 47. *Cogitate ô omnes, qui talia adinvenitis, cùm ipse solus Pater Deus dicatur, qui & verè est, quem vos Demiurgum dicitis, sed & cùm scripturæ hunc solum sciunt Deum, sed & cùm Dominus hunc solum confitetur proprium Patrem, & alterum nesciat, sicut ex ipsis ejus verbis ostendimus. — Considerate magnitudinem blasphemiæ in Deum, qui verè est Deus: graviter quidem & honestè videmini dicere vos in Deum credere, hunc alterum Deum, cùm minimè possitis ostendere, hunc ipsum in quem credere vos dicitis.* III. 6. *Invoco*, inquit, *te Domine Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Pater Domini nostri Iesu Christi, Deus, ut te cognoscamus, qui es solus & verus Deus.* 9. *ipso Domino Patrem tantùm Deum & Dominum eum, qui solus est Deus*

&

& Dominator omnium, tradente discipulis. Conf. IV. 2. Tertullianus de Trin. *Christus*, ait, *& unum & solum & verum Deum Patrem suum approbavit.* Origenes lib. II. cap. II. ad Rom. *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum: per quod ostenditur in agnitione Dei & Christi Iesu vitæ æternæ manere substantiam*: ibid. *omnis qui non agnovit Patrem solum verum Deum, & filium ejus Iesum Christum, alienus est ab æternitate vitæ*: paulò pòst: *Græcus etiamsi vitam non habet æternam, quia credens soli vero Deo, non credidit & filio ejus, quem misit*, &c. Lib. III. *hanc esse æternam vitam, ut cognoscant homines unum solum verum Deum, & Filium ejus Iesum Christum.* Tom. 2. in Ioan. scribit, Deum cum articulo, distinctum à Verbo, esse ingenitam omnium causam, & αὐτόθεον: *sicut Salvator in suâ oratione dicit, ut cognoscant te solum illum verum Deum.* Eusebius præp. Euang. VII. 16. αὐτὸς ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ, καὶ πρωτότοκος τῶν ὅλων, ἡ πάντων ἀρχὴ τὸν αὐτοῦ πατέρα μόνον ἡγεῖσθαι θεὸν ἀληθῆ, καὶ μόνον σέβειν ἡμῖν παρακελεύεται. *Ipse unigenitus Dei, & primogenitus universorum, omnium principium, suum Patrem solum credi Deum verum, & solum colere nos jubet.* Theodorus Heracleotes scripsit Christum solum Patrem suum verum Deum appellâsse διὰ τὸ ἀγέννητον εἶναι. Chrysostomus oper. imp. hom. 33. *Cognoscas quoniam hæc est vita æterna, cognoscere non solum verum Deum; sed etiam Christum Iesum, quem misit ipse.* ibid. *hæc est vita æterna, ut cognoscas unum*

Deum verum, & Iesum Christum quem misit. Augustinus de Trin. VI. 9. *Sed*, inquit, *quid agimus de illo testimonio Domini? Patri enim dicebat, & Patrem nominaverat, ad quem loquebatur, cùm ait: Hæc est vita æterna, ut cognoscant te unum verum Deum. — Videndum est an intelligere cogamur, cùm dictum est Patri: ut cognoscant te unum verum Deum, tanquam hoc insinuare voluerit, quia solus Pater Deus verus est, ne non intelligeremus Deum, nisi ipsa tria simul.* Lactantius lib. IV. cap. 14. *Quomodo & cum quibus mandatis à Deo mitteretur in terram, declaravit Spiritus Dei per prophetam dicens: si in viis meis ambulaveris, & præcepta mea servaveris, tu judicabis domum meam. — Deus enim filium suum principem Angelorum legavit ad homines, ut eos converteret ab impiis, & vanis cultibus, ad cognoscendum & colendum Deum verum: item ut eorum mentes à stultitiâ ad sapientiam, ab iniquitate ad justitiæ opera traduceret. Hæ sunt viæ Dei, in quibus ambulare eum præcepit: hæc præcepta quæ servanda mandavit, ille verò exhibuit Deo fidem: docuit enim quòd unus Deus sit, eumque solum coli oportere, nec unquam se ipse Deum dixit, quia non servâsset fidem, si missus ut deos tolleret, & unum assereret, induceret alium præter unum. Hoc erat non de uno Deo facere præconium.* Sic *Patres* scribunt, Apostolos Græcis prædicâsse unum solum verum ingenitum illum Deum existentem Patrem Iesu Christi, nec esse præter hunc alium quendam Deum. Ipsa Patrum verba aliâ fortassis occasione enarrare dabitur.

℣. 21.

℣. 21. ἵνα πάντες ἓν ὦσι, καθὼς σὺ πάτερ ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν σοὶ, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν.] Calvinus h. l. *Multi*, inquit, *ex Patribus unitatem Christi cum Patre in alienum sensum torserunt, eamque per contentionem cum Arianis ad æternitatem Christi traxerunt.*

CAP. XVIII.

℣. 14. *VT unus homo moriatur pro populo*:] Origenes tom. 30. in Ioan. *Iesus qui mortuus est, homo est: quocirca ipse etiam inquit: nunc autem quæritis me interficere hominem, qui loquutus sum veritatem: & quoniam homo est ille, qui mortuus est (non erat autem homo veritas, sapientia, pax, & iustitia, & de quo scriptum est, Deus erat sermo) non mortuus est ille Deus sermo, & veritas, & sapientia & iustitia. Siquidem imago invisibilis Dei primogenitus omnis creaturæ incapax est mortis*: &c.

℣. 15. *Alius discipulus.*] Fortassis hic est ille, qui Marc. XIV. 51. dicitur: εἷς τις νεανίσκος, quem quidam volunt fuisse Iacobum Alphæi fratrem Domini.

CAP. XX.

℣. 17. *M*ή μου ἅπτου.]Lutherus in Glossâ dicit: *Christum noluisse se tangi à Mariâ, quia Maria nondum credebat Christum esse Deum, tangere enim idem esse quod credere.* Verùm si tangere idem esset h. l. quod credere: utique Christus, dicendo: *Noli me tangere*: dixisset: *Noli in*

in me credere, vel, *Noli credere quòd ego sum Deus.*

ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου, καὶ πατέρα ὑμῶν, καὶ θεόν μου, καὶ θεὸν ὑμῶν.] Ignatius ad Tarsenses: ὅτι οὐκ αὐτός ἐστιν ὁ ἐπὶ πάντων θεὸς, ἀλλ' υἱὸς ἐκείνου, λέγει· ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου, καὶ πατέρα ὑμῶν, καὶ θεόν μου, καὶ θεὸν ὑμῶν. *Quod ipse non est ille qui est super omnia Deus, sed filius illius, dicit: ascendo ad Patrem meum, & patrem vestrum, & Deum meum, & Deum vestrum.* Tertull. contra Prax. *Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, deum meum & deum vestrum. An Pater ad Patrem, & Deus ad Deum? Annon filius ad Patrem, & sermo ad Deum?* Sic necessariò juxta mentem & scopum Tertulliani legendum. ibid. *qui dicit: ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, & deum meum, & deum vestrum, utique alium patrem super se & Deum ostendit.* Euseb. Eccles. Theol. V. 7. διὸ καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς καὶ ἑαυτοῦ εἶναι θεὸν τὸν αὐτοῦ πατέρα διδάσκει, ἐν οἷς φησὶν, ἀνέρχομαι πρὸς τὸν πατέρα μου, καὶ πατέρα ὑμῶν, καὶ θεόν μου, καὶ θεὸν ὑμῶν. ὁ μὲν δὴ θεὸς, καὶ πατὴρ, καὶ αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ θεὸς ὢν δείκνυται· διὸ δὴ εἷς θεὸς τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ υἱοῦ κηρύττεται· ὁ δὲ υἱὸς ἅτε μὲν αὐτὸς παραβάλλεται τῷ πατρὶ, οὐκέτ' ἔσται καὶ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς θεὸς, ἀλλ' υἱὸς μονογενὴς καὶ ἀγαπητὸς αὐτοῦ, καὶ εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου, καὶ ἀπαύγασμα τῆς πατρικῆς δόξης, σέβει τε καὶ προσκυνεῖ, καὶ δοξάζει τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, θεὸν αὐτὸν καὶ ἑαυτοῦ ἐπιγραφόμενος: *propterea & ipse filius*

suum

suum Patrem etiam suimetipsius Deum esse docet in eis ubi dicit: ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, & Deum meum & Deum vestrum: Deus ergò & Pater etiam ipsius Filii Deus esse monstratur: quoniam unus Deus in Ecclesiâ Filii prædicatur. Cùm verò Filius ipse comparatur Patri, nunquam erit etiam ipsius Patris Deus, sed ejus filius unigenitus & dilectus, & imago Dei illius invisibilis, & splendor patriæ gloriæ, qui colit, & adorat, & glorificat suum ipsius Patrem, ipsum etiam suiipsius Deum indicans esse. Eodem argumento Coranus probat Christum non esse summum Deum. Origenes tract. 22. in Matth. *Deus est Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, & Deus Heliæ; Christi autem & Deus & Pater est. Quòd beneficium singulare donavit etiam discipulis suis, ut non solum Deus sit eorum, sed etiam Pater, sicut dixit ad Mariam post resurrectionem suam: vade ad fratres meos & dic eis: ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, ad Deum meum, & ad Deum vestrum.* Vide Matth. VI. 9. Idem lib. 8. adv. Celsum, scribit *eundem esse Deum & Patrem summi Pontificis, Verbi Dei, unigeniti & primogeniti omnis creaturæ, qui & Deus est & Pater eorum, qui secundùm Dei verbum duxerint vitam.* Confer Psalm. XVII. 2. XXI. 1. 2. XXVII. 1. XLV. 9. LXXXIII. 11. XCI. Mich. V. 4. Marc. XV. 34. Matth. XXVII. 46. IV. 7. 10. Ephes. I. 17. Ebr. I. 9. X. 7. 9. Apoc. II. 7. III. 12.

℣. 21. 22. *Afflavit ipsos & dixit: accipite Spiritum sanctum.*] Tertull. l. 2. adv. Marcion. *Capit*

pit imaginem Spiritus dicere flatum. Nam & ideo homo imago Dei, id est spiritus: Deus enim spiritus. Imago ergo spiritus afflatus. Porrò imago veritati non usquequaque adæquabitur. Aliud est enim secundum veritatem esse, aliud ipsam veritatem esse. Sic & afflatus cùm imago sit Spiritus. —— anima imago Spiritus. Sic etiam Macarius hom. 30. Christo mittenti & afflanti apostolos non fuit præsens Thomas, nec necessariò requiritur missio mediata & expressa ad prædicandum Verbum Dei. Quilibet enim homo, qui se idoneum judicat, ex jure naturæ obligatur & vocatur, ad erudiendum in divinis fratrem suum, quem videt aberrare. Ob legem autem civilem non est turbandum officium ministri à Magistratu in certum locum introducti. Constantinus M. apud Euseb. de vitâ Const. lib. II. c. 59. *Quod*, inquit, *quisque sibi persuadeat satis probum & spectatum esse, in hoc alteri ne sit offensioni: imò quodcunque alter vel nôrit, vel intellexerit, illo quidem proximum juvet: sin fieri non potest, missum faciat. Aliud est enim certamen pro immortalitate sponte suscipere, aliud supplicii metu cogi.* Iustinus Martyr contra Tryphon. *Ad eundem*, ait, *modum nos quoque omnes quotquot censemur Iesu Christi nomine, quasi unus homo in Deo conditore hujus universitatis, per nomen illius primogeniti filii, sordidis vestibus, hoc est peccatis exuti, ignitique per verbum vocationis ejus, verè Pontifices Dei reddimur: sicut ipse Deus testatur dicens: quòd ubique gentium offerentur ei puræ, grátæque victimæ. A nemine autem Deus victimas nisi*

per

per sacerdotes suos accipit. Vnde certò constat, quòd hujus nominis sacrificia, quæ Iesus Christus tradidit, hoc est Eucharistiam panis & poculi, ubicunque terrarum apud Christianos fiant, Deus accipiat, & gratasibi esse testetur. Tertull. de exhort. castit. c. 7. *Nonne*, inquit, *& Laici sacerdotes sumus? scriptum est, regnum quoque nos, & sacerdotes Deo, & Patri suo fecit. Differentiam inter ordinem & plebem constituit Ecclesiæ autoritas, & honor per ordinis consessum sanctificatus: adeò ubi Ecclesiastici ordinis non est consessus, & offers, & tinguis, & sacerdos es tibi solus. Sed ubi tres, Ecclesia est, licèt Laici. Vnusquisque enim suâ fide vivit*, &c. Cornelius autem PP. (ut memini me legisse) circa A. D. 253. instituit ut sacramenta à clericis vel presbyteris distribuerentur.

℣. 23. *ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται.*] *ἁμαρτίας* nomen potest denotare & malum culpæ, & malum pœnæ: propter *ἁμαρτίας* culpæ, quæ propriè mediæ sunt inter infortunium, & injuriam, infliguntur *ἁμαρτήματα τῆς φύσεως*, defectus naturæ, morbi, id est, pœnæ temporales, quibus ablatis auferuntur *ἁμαρτίαι* culpæ. Nam quod morbus est in carne, hoc peccatum est in animâ. Vnde Christus animarum medicus dicitur, cùm Pharisæis interrogantibus, cur Christus ederet cum peccatoribus, responderit, non opus habent sani medico, sed malè affecti: sic in Psalmo scriptum legitur CVI. 20. *Emisit Deus verbum suum, & sanavit eos, & liberavit eos è corruptionibus*

tionibus eorum. Vide Clem. Alex. ſtrom. lib. II. ubi accuratè diſtinguit inter ἀτύχημα, ἁμάρτημα & ἀδίκημα· plura autem lege in Grotii de jure pacis & belli lib. III. cap. 11. §. 4. Si verò hoc loco per ἁμαρτίας etiam ſint intelligendæ pœnæ æternæ, & ἁμαρτίαι πρὸς θάνατον, manifeſtum eſt, quoniam has remittendi poteſtas penes nullum mortalium eſt, remittere & retinere peccata, eſſe Dei nomine denunciare peccatoribus, eorum peccata aut remiſſa aut non remiſſa eſſe. ἁμαρτίαι autem πρὸς θάνατον uno verbo dici poſſunt vel ἀδικήματα, vel ἀδικίαι: quod declarat Ioannes 1. V. 17 πᾶσα ἀδικία ἁμαρτία ἐστί· καὶ ἔστιν ἁμαρτία οὐ πρὸς θάνατον: id eſt omnis injuria peccatum vel culpa eſt; at non omnis culpa eſt injuria, niſi ea qua eſt ad mortem: omnis enim injuria eſt ad mortem; culpa verò quæ non eſt ad mortem, non eſt injuria.

℣. 25.] Origenes lib. II. contra Celſ. συγκατατέθειτο μὲν γὰρ ἐκεῖνος τῇ φασκούσῃ αὐτὸν ἑωρακέναι, ὡς οὐκ ἀδυνάτου ὄντος τοῦ τὴν ψυχὴν [τοῦ] τεθνηκότος ὀφθῆναι· οὐκέτι δ' ἐνόμιζεν ἀληθὲς εἶναι τὸ, ἐν σώματι αὐτὸν ἀντιτύπῳ ἐγηγέρθαι. ὅθεν οὐκ εἶπε μὲν, Ἐὰν μὴ ἴδω, οὐ μὴ πιστεύσω. προσέθηκε δὲ καὶ τὸ, Ἐὰν μὴ βάλω τὴν χεῖρά μου εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ ψηλαφήσω αὐτοῦ τὴν πλευρὰν, οὐ μὴ πιστεύσω. ταῦτα δ' ἐλέγετο ὑπὸ τοῦ θωμᾶ, κρίνοντος ὅτι δυνατὸν ὀφθαλμοῖς φανῆναι ψυχῆς σῶμα, πάντα τῷ προτέρῳ εἴδει, &c. *Mulieri aſſentiebat narranti ſe illum vidiſſe, quaſi non impoſſibile eſſet defuncti animam videri. Cæterùm ut eum reſurrexiſſe cum eodem corpore*

pore crederet, id verò non poterat in animum inducere, quapropter non dixit, nisi videro non credam: sed adjunxit & illa verba: nisi misero manum meam in vestigium clavorum, & contrectavero latus ejus, non credam. Hæc autem dicebat Thomas, quòd arbitraretur fieri posse ut oculis se offerret corpus animæ, per omnia priori simile, &c. At in sacris literis non legitur Thomam credidisse mulieri narranti se Iesum vidisse, imò contrarium potiùs non obscurè innuitur Marci XVI.

℣. 19. 26. Τῶν θυρῶν κεκλεισμένων:] Origenes (apud Hieronym. advers. errores Ioan. Hierosol.) *Nec vos*, inquit, *ô simplices resurrectio Domini decipiat, quòd latus & manus monstraverit, in litore steterit, in itinere cum Cleophâ ambulaverit, & carnes & ossa habere se dixerit: illud corpus aliis pollet privilegiis, quod de viri semine & carnis voluptate non natum est, comedit post resurrectionem suam, & bibit, & vestitus apparuit, tangendum se præbuit, ut dubitantibus apostolis fidem faceret resurrectionis; sed tamen non dissimulat naturam aërii corporis & spiritualis. Clausis enim ingreditur ostiis, & in fractione panis ex oculis evanescit.*

℣. 28. Ἀπεκρίθη ὁ Θωμᾶς, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ὁ κύριός μου, καὶ ὁ θεός μου.] *Nestoriani* (cum *Paulo Samosateno* & *Photino* negantes Christum esse verum Deum,) dicebant verba hæc ad Patrem referri per exclamationem Thomæ Christi resurrectionem admirantis, ut patet ex V. Synodo cap. 8. & 12. *Theodorus Mopsuestenus & confessionem quam fecit Thomas, cùm palpâsset manus & latus Domini*

post resurrectionem, dicens: Dominus meus & Deus meus, inquit, non esse dictum à Thomâ de Christo: nec enim dicit Theodorus Deum esse Christum; sed ad miraculum resurrectionis stupefactum Thomam glorificâsse Deum, qui Dominum resuscitavit. Ad hæc quidem regerit *Bellarminus*, quòd in Græco non sit scriptum ὦ signum exclamantis, sed articulus. Verùm Bellarmino *Nestoriani* rursus respondere possent, Marci XV. 34. Christum per exclamationem dicere, ὁ θεός μου, ὁ θεός μου, & Matth. XXVII. 46. Eusebius dem. Euang. X. 8. legit: ὁ θεὸς ὁ θεός μου, &c. Sic Psalm. XXI. 1. ὁ θεὸς ὁ θεός μου, ἵνα τί ἐγκατέλιπες με. 2. ὁ θεός μου κεκράξομαι ἡμέρας. XXVII. 1. ὁ θεός μου, μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ. XLV. 8. ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς &c. 9 διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεὸς ὁ θεός σου. LXXIII. 11. ἕως πότε ὁ θεὸς ὀνειδιεῖ ὁ ἐχθρὸς, & alia infinita. Hujus loci ut & Ioan. I. 1. Act. XX. 28. & 1. Ioan. V. 21. infirmitatem & insufficientiam ad probandum Filium Dei esse Deum, agnovit implicitè *Alfons. Salmeron*, cùm prolegom. XXVI. ait, *Christum ab Euangelistis non accepisse testimonium, quòd sit Deus.*

C A P. X X I.

℣. 25. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ, &c. Conf. XX. 30.] Inter ea sine dubio referenda quoque est historia Abgari Regis Edessenorum, quam reperies apud Euseb. histor. I. 14.

χωρῆσαι :] hyperbolica locutio. Origenes autem tom. 25. in Ioan. & aliàs videtur τὸ *capere* pro *intelligere* accepisse.

F I N I S.

DISSERTATIO
ΠΕΡΙ
ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

Scriptoribus antiquis λόγος vel νοῦς accipiebatur pro omni ſubſtantiâ intellectuali vel rationali in laxiore ſignificatione. Ita Plotinum de animâ apud Euſebium præp. Euang. XV. 21. *per λόγους nil aliud, quàm Spiritus intellexiſſe* manifeſtum eſt. Irenæus IV. 29. *Qui*, inquit, *ab aliquo edoctus eſt Verbo, filius docentis dicitur, & ille ejus Pater. Secundùm igitur naturam, quæ eſt ſecundùm cognitionem, ut ita dicam, omnes filii Dei ſumus, propter quod à Deo omnes facti ſumus. Secundùm autem dicto audientiam, & doctrinam non omnes filii Dei ſunt, ſed qui credunt & faciunt ejus voluntatem. Qui autem non credunt, & non faciunt ejus voluntatem, filii & angeli ſunt diaboli, ſecundùm id quòd opera diaboli faciunt. Quoniam autem ita ſe habet hoc, in Eſaiâ dixit: Filios genui & exaltavi, ipſi autem me ſpreverunt. Et iterum quæ dicit, filios alienos eos, ita: Filii alieni mentiti ſunt mihi. Secundùm naturam filii ſunt, propter hoc quòd ab eo facti ſunt. Secundùm autem opera non ſunt filii.* Poſt fidei profeſſionem &

& anathematismos Synodi Ancyranæ, Basilii, Georgii Laodiceni, aliorumque Semi-Arianorum, Commentarius descriptus est, in quo de οὐσίας nomine latius disputant: ac λόγους Dei multiplices esse dicunt, sed unum esse singularem, qui illius appellatur Filius: quem iccircò Patres οὐσίαν & ὑπόστασιν vocârunt, prorsus more Platonico. Vide infrà. Vnde etiam Arius dixit Deum nec οὐσίαν nec ὑπόστασιν esse. Sic *Angeli* dicuntur λόγοι. Philo lib. 2. alleg. Τὰ μὲν προηγούμενα ἀγαθὰ, αὐτοπροσώπως αὐτὸν τὸν ὄντα διδόναι. τὰ δεύτερα δὲ τοὺς ἀγγέλους καὶ λόγους αὐτοῦ. *Primaria bona ex personâ ipsius, qui est, dari; secundaria verò per Angelos & rationes ejus.* Ibid. Τὰ μὲν ἀγαθὰ τὰς τροφὰς: αὐτὸς χαρίσεται δι' ἑαυτοῦ. διὰ δὲ ἀγγέλων καὶ λόγων, ὅσα ἀπαλλαγὴν περιέχει κακῶν. *Bona & alimenta largitur ei per se ipsum; per angelos verò & rationes, quicquid ad sanandos morbos pertinet.* De Conf. ling. *Annon vides Sodomitas, juvenes unà cum senioribus, totum simul populum, circùm ædes animæ cursare, ut diversantes in eis sacrosanctos sermones,* (ἱεροὺς καὶ ὁσίους λόγους) *custodes & præsides, probris afficiant.* De exilio: ὁ δὲ ἑπόμενος Θεῷ, κατ' ἀναγκαῖον συνοδοιπόροις χρῆται τοῖς ἀκολούθοις αὐτοῦ λόγοις, οὓς ὀνομάζειν ἔθος ἀγγέλους. *Qui sequitur Deum, necessariò comitibus utitur sequacibus ipsius rationibus, quas angelos nominare solemus.* De profugis: Οἱ τυφλοὶ διάνοιαν σοδομῖται σπουδάσαντες ἐνθύμως αἰσχῦναι τοὺς ἱεροὺς καὶ ἀμιάντους λόγους. *Sodomitæ mente capti conati*

violare

violare ſacras & impollutas rationes. De ſomniis: ὁ θεὸς τοὺς ἑαυτοῦ λόγους ἐπικουρίας ἕνεκα τῶν φιλαρέτων ἀποστέλλει. *Deus rationes ſuas mittit ad auxiliandum virtutis amantibus.* Ibid. Τοῦτο (φῶς μεγίστου θεοῦ) ὅταν μὲν ἐπιλάμψῃ διανοίᾳ, τὰ δεύτερα λόγων δύεται φέγγη. *Hæc (lux maximi Dei) quando illuminat mentem, ſecundaria rationum occidunt lumina.* Ibid. ἀθανάτοις λόγοις, οὓς καλεῖν ἔθος ἀγγέλους. *Immortalibus rationibus, quas angelos vocare ſolemus.* Ibid. ὁ θεῖος τόπος καὶ ἡ ἱερὰ χώρα, πλήρης ἀσωμάτων ἐστί. Ψυχαὶ δέ εἰσιν ἀθάνατοι οἱ λόγοι οὗτοι. Τούτων δὴ τῶν λόγων ἕνα λαβών, &c. *Divinus locus & ſacra regio, plena eſt incorporeis, animæ verò ſunt immortales illæ rationes: harum ſanè rationum unam accipiens,* &c. ibid. ἡμῖν συνέφερε μεσίταις καὶ διαιτηταῖς λόγοις χρῆσθαι: *Nobis conducebat mediatoribus & arbitris rationibus uti,* &c. ibid. ἄγγελοι λόγοι θεῖοι. *Angeli rationes divinæ.* ibid. ὑποληπτέον ἱστάσθαι τὸ ὂν ἐπὶ λόγων. *Subſumendum eſt ens conſtitutum eſſe ſupra rationes.* ibid. Τὸ κεκρυμμένον ἱερὸν λόγων φέγγος. *Abſconditum ſacrum rationum lumen.* Clemens ἐκ τῶν θεοδότου, λέγουσι καὶ τοὺς αἰῶνας ὁμωνύμως τῷ λόγῳ λόγους. *Dicunt etiam ſecula rationes homonymicè ſecundum rationem illam.* Origen. homil. 8. Eſai. *Salvator in omnes mittens ſermones ſuos, eruit eos, qui à zabulo in cunctis gentibus captivi tenebantur.* Tract. 2. Matth. prophetarum ſermones dicit *fuiſſe Angelos ſanctos.* Puto autem Origenem per prophetarum ſermones intellexiſſe eos, de quibus ſæpe in prophetis legitur: Et ſermo Dei factus eſt ad me,

 vel,

vel, & sermo Dei dixit ad me: & hoc ita eum interpretatum esse, quasi idem significaret, quod, & Angelus missus est ad me, vel Angelus Domini dixit ad me. Tract. 4. *qui non sunt ad susceptionem salutarium verborum parati.* Lib. 5. contra Cels. τὸν ὑπερέχοντα παντὸς λόγου λόγον, *Verbum quod est omni verbo sublimius*: mox addit Ecclesiam esse ædificatam super fundamentum τῶν προφητικῶν λόγων, *propheticorum sermonum*: qui Ephes. II. 20. ipsi sunt Prophetæ. Plures etiam λόγους Arius statuit apud Athan. de Syn. in Thaliâ. Hieronymus ad Damasum, septuaginta: *Et missum est ad me unum de Seraphim*: *Aquila & Theodotion, & volavit ad me unum de Seraphim. Quotidiè ad nos mittitur Seraphim, quotidiè ingemiscentium ac dicentium, ô miser ego, quoniam compunctus sum, ora purgantur: & cum à peccatis fuerint liberati, præparant se ministerio Dei. Quòd autem cæteri interpretes, pro missum esse, volare dixerint: intellige velocem divini sermonis adventum super eos, qui digni societate illius judicantur.* Huc referenda intelligentiæ appellatio Angelis tributa. *Mens humana* quoque, vel *anima rationalis* λόγος dicitur Philoni tract. quis rer. div. hæres. Conf. Clem. Strom. 5. & Iren. I V. 79. Origen. tract. 3. in Matth. *Si sermo aliquis intelligatur Helias, inferior eo Verbo, quod erat in principio apud Deum, & sic potest procedere ut videatur Helias esse Verbum, quod præmittitur quasi ad exercitationem hominum præparatorum, ut fiant perfecti ad susceptionem Verbi perfecti.* Contra Cels. 4. *Deum semper ad homines*

eos

eos legâsse, qui & hos castigare & corrigere possent. Nam & sermones, qui ad meliora nos evocant, Deo suppeditante inter homines fiunt, qui autem Deo ministrandi funguntur officio, jam pridem varii extitere. *Diaboli* etiam λόγοι dicuntur: Origenes lib. 7. contra Celſ. τοὺς ἐναντίους τῇ ἀληθείᾳ λόγους, *Contrarias veritati rationes*: per rationes contrarias diabolos, per veritatem Christum intelligit. Nam lib. 6. dicit Satanam, vel Satanæ aut diaboli filium Dei filio è diametro adverſari. Adde quòd ſermonibus h. l. paulò pòſt loquela tribuatur. tract. 28. in Matth. *Ponens omnes adversarios sermones sub pedibus suis.* Paulò ante: *necesse est ut videat gentem mendacii alicujus, & motum verborum trahentium ad aliquam sectam insurgentem*, &c. *Sic & regnum alicujus verbi insurgit adversus alterius verbi erratici regnum.* Tandem & *Antichristum ejusque sectatores* λόγους dici animadverti: Ita Origenes tract. 3. in Matth. *Verbum Dei eminet super omne Verbum, quod adhuc interim divellit & trahit homines suspicione veritatis, eos qui non possunt dirumpere vincula divulsionis, & ascendere ad eminentiam Verbi veritatis.* Tract. 27. *Antichristus falsus est sermo. Multos videbit seduci à multis intellectibus & Verbis profitentibus esse se Christum Dei Verbum.* Paulò pòſt: *ipsi utique sunt ex illis qui seducuntur à falsis intellectibus & Verbis venientibus in nomine Christi, qui est Verbum & veritas.* Pòſt: *Videamus ne quis nos seducat vel sermo, vel virtus*: tract. 29. *Antichristus est falsum Verbum, Verbum mendax.* ibid. *Animæ quæ noviter susceperunt Ver-*

 bum,

bum, non possunt sustinere stantem in loco sancto adversantem veritati sermonem. ibid. *Verbum, quod in loco scripturarum sanctarum consistit, iniquitatem in excelsum loquens, & persuadens à Creatore discedere, qui solus & verus est Deus, & credere alteri nescio cui Deo super istum, cui nullus similis est: cùm talis noster Salvator dicat, Pater qui misit me major me est. Magna ergò tribulatio generatur à desolationis abominatione stante in loco sancto, ita ut talia dicuntur de eâ.* ibid. *Diximus abominationem desolationis stantem in loco esse mendacii Verbum.* Tom. 20. in Ioan. *quem sermonem sibi adversarium Dominus Iesus conficiet spiritu oris sui, & abolebit claritate adventûs sui efferentem se adversus omnem, qui dicitur deus, aut numen.* Est & memorabilis Tertulliani locus de carne Christi: *Irrepserat Verbum ædificatorium mortis: in virginem æque introducendum erat Dei Verbum exstructorium vitæ, ut quod per ejusmodi sexum abierat in perditionem, per eundem sexum redigeretur in salutem. Crediderat Eva serpenti: Credidit Maria Gabrieli;* &c. *Sed Eva nihil tunc concepit in utero ex diaboli Verbo: immò concepit. Nam exinde ut abjecta pareret, & in doloribus pareret, Verbum diaboli illi semen fuit.* Verumenimverò ὁ λόγος cum articulo, vel ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, Ebræis דבר, Chaldæis מימרא, denotat Christum Dei Filium primogenitum omnis creaturæ, Dei imaginem, Dei virtutem, sapientiam Dei, initium viarum Dei: quod scribit Origenes tom. in Ioh. 2. his verbis: *Magnâ cum observatione, non ut græcæ subtilitatis ignarus Ioannes, aliquo loco articulis*

usus

usus est, in aliis eos tacuit, nomini quidem λόγου, id est Verbi, ὁ adjungens, Dei autem dictioni alicubi adjungens, alicubi differentiæ gratiâ detrahens: adhibet enim articulum, cùm Dei nomen in ingenitâ omnium causâ dicitur: eundem autem non adhibet, cùm Verbum Deus nominatur. — Dicendum est, eum quidem, qui αὐτόθεος est, esse τὸν θεὸν, sicut Salvator in suâ oratione dixit, ut cognoscant te solum illum verum Deum, omne autem quod præter Deum ipsum, illius divinitatis participatione & communicatione Deus efficiatur, non τὸν θεὸν, sed θεὸν magis propriè dici. — Verus igitur Deus est ὁ θεὸς, qui autem ad illum formati effectique sunt θεοὶ, primæ speciei & exemplaris sunt imagines. — Ac nequem offendat, quia dixerimus unum esse verum Deum, nempe Patrem, & præter Deum verum multos factos Deos, participatione Dei, verentes gloriam ejus, qui omnem creaturam præcellit, æquari reliquis obtinentibus appellationem Dei sine articulo, præter datam differentiam, per quam Deum λόγον diximus reliquis omnibus Diis ministrum esse Deitatis, etiam hæc differentia est apponenda. Ea enim ratio, quæ in singulis rationis capacibus inest, eandem comparationem habet ad illam rationem, quæ in principio apud Deum est, & Deus est λόγος, quam habet Deus λόγος sine articulo ad Deum cum articulo. Ut enim Pater αὐτόθεος, & verus Deus se habet ad imaginem (nempe Filium) & ad imagines imaginis, &c. Sic hunc in modum se habet ipse λόγος, hoc est ipsa ratio, ad eam, quæ est in singulis, rationem.

Dubitari nequit (dixi in Ioan. I. 1.) quin

Ioannes Euangelista vocem λόγυ (quâ usus est cum articulo Euangelii sui cap.I. 1.14. 1. Epist. V.7. Apoc. XIX. 13. &c.) in eâ significatione, acceperit, quâ vulgo accipiebatur ab illius temporis Iudæis, (nam Eusebius Arianus dem. Eu. IV. 1. dicit Christianos & Iudæos suorum scripta sequentes eandem de Christo vel Verbo fovere doctrinam,) & Philosophorum Græcorum illis, qui doctrinam suam Ebræis acceptam ferebant, quales erant Platonici. Et hoc confirmatur, quia Platonicus quidam, cui Amelio nomen, lecto principio Euangelii Ioannis, questus est Ioannem in suum ipsius librum transtulisse magistri sui mysteria, & quæ erant Platonis arcana, sua, propriaque fecisse: *Per Iovem*, inquiens, *Barbarus iste cum nostro Platone sentit Verbum Dei in ordine principii esse constitutum*: judicavitque Verba illa digna esse, quæ aureis literis conscriberentur, & per omnes Ecclesias in locis eminentissimis proponerentur. Vide Eusebium præp. Euang. XI. 19. Augustin. de C. D. VIII. & X. 29. Cyrill. 8. advers. Iulian. Nec mirum ipsum Ioannem natione Ebræum barbarum vocâsse, cùm Græci non solùm omnes alias gentes barbaras vocârint; sed & specialiter Iudæi hoc titulo insigniti venerint ipsi Apostolo Rom. I. 15. Sic & Iustin. M. apol. 2. *qui cum λόγῳ*, (vel *secundùm rationem*) *vivunt*, *sunt Christiani*; *ut inter Græcos Socrates*, *Heraclitus*, *& his similes*: *inter Barbaros autem Abraham*, *Ananias*, *Asarias*, *Misaël*, *Elias*, *& alii complures*. Tatianus or.

or. ad græc. *inter Barbaros, à quibus Græcorum ſtudia orta ſint, Moſen refert*, & ipſe *ſe Barbaræ Philoſophiæ ſectatorem dicit.* Clemens ſtrom. II. *Barbara Philoſophia, quam nos ſequimur, revera perfecta & vera eſt.* Lib. V. ait *Græcos, quicquid veri docuerunt, id à Philoſophiâ Barbarâ hauſiſſe.* Lib. VI. *Data eſt Lex & Prophetæ barbaris, Philoſophia autem græcis.* Apud Origenem l. I. contra Celſ. Celſus affirmat *Chriſtianum dogma ortum cepiſſe à Barbaris, hoc eſt à Iudæis.* Si igitur vim vocis λόγου, (quæ ſæpiùs *Verbum*, vel *Sermo*, aliquando *Ratio* redditur) petas ex Philone Iudæo, coætaneo ipſius Ioannis, ut & ex Platone & Platonicis, ac primitivæ Eccleſiæ Patribus, comperies nunquam eos de λόγῳ tanquam de Verbo ἀδιαθέτῳ, aut quaſi ingenito (ut hæretici volebant) locutos; ſed ſemper ſic, ut infallibiter inde concludatur λόγον diſtinctam fuiſſe perſonam ſubſiſtentem ab ingenito Deo Patre omnium, quinetiam ſæpe expreſſè aſſerunt λόγον non eſſe ipſum ingenitum Deum.

Audiamus jam, quæ de Verbo nobis relicta ſunt ex paucis quæ reſidua ſunt, Philonis operibus. De mundi opificio: οἷς προσομιλῶν καὶ συνδιαιτώμενος, εἰκότως ἐν ἀκράτῳ διέτριβεν εὐδαιμονίᾳ, συγγενὴς τε καὶ ἀγχίσπορος ὢν τοῦ ἡγεμόνος· ἅτε δὴ πολλοῦ ῥυέντος εἰς αὐτὸν τοῦ θείου πνεύματος, πάντα καὶ λέγειν καὶ πράττειν ἐσπούδαζεν εἰς ἀρέσκειαν τοῦ πατρὸς καὶ βασιλέως. *Cum rationalibus divinis naturis convivendo & colloquendo, veriſimiliter in felicitate ſinceriſſimâ degebat ille cognatus ſummi*

mi Regis recens in lucem proditus, qui multo in ipsum effuso Spiritu divino omnia tum dicere tum facere studebat ad placitum Patris, Regisque sui. Lib. 2. alleg. Σκιὰ θεοῦ δὲ, ὁ λόγος αὐτοῦ ἐστὶν, ᾧ καθάπερ ὀργάνῳ προσχρησάμενος, ἐκοσμοποίει. *Umbra Dei Verbum ejus est, quo tanquam instrumento utens mundum creabat.* Ibid. Ἀλλ᾽ οὗτοι μὲν εὔχονται θεοῦ λόγῳ τραφῆναι· ὁ δὲ Ἰακὼβ καὶ τὸν λόγον ὑπερκύψας, ὑπ᾽ αὐτοῦ φησὶ τρέφεσθαι τοῦ θεοῦ, λέγει δ᾽ οὕτως, ὁ θεὸς, ᾧ εὐηρέστησαν οἱ πατέρες μου, Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ, ὁ θεὸς ὁ τρέφων με ἐκ νεότητος ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, ὁ ἄγγελος ὁ ῥυόμενός με ἐκ πάντων τῶν κακῶν, εὐλογίσαι τὰ παιδία ταῦτα· ἀρεστὸς οὗτος ὁ τρόπος· τροφέα τὸν θεὸν, οὐχὶ λόγον ἡγεῖται· τὸν δὲ ἄγγελον, ὅς ἐστι λόγος, ὥσπερ ἰατρὸν κακῶν. *Illi quidem optant nutriri à sermone Dei: Iacob verò supra ipsum sermonem exerens suum caput, ait se nutriri ab ipso Deo: sic autem loquitur: Deus ille qui nutrit me ab adolescentiâ meâ usque in præsentem diem, angelus ille qui eruit me è cunctis malis, benedicat his pueris. Pulcherrimus loquendi modus: nutritorem Deum ipsum, non Verbum ejus existimat. Cæterùm angelum ejus, qui est Verbum, tanquam morborum medicum.* De profugis autem: μαρτυρεῖ δὲ μου τῷ λόγῳ ὁ ἀσκητὴς, ἐν οἷς φησὶν, ὁ θεὸς ὁ τρέφων με ἐκ νεότητος, ὁ ἄγγελος ὁ ῥυόμενός με ἐκ πάντων τῶν κακῶν. Τὰ μὲν γὰρ πρεσβύτερα ἀγαθὰ, οἷς ἡ ψυχὴ τρέφεται, ἀνέθηκε θεῷ· τὰ δὲ νεώτερα, ὅσα ἐκ φυγῆς ἁμαρτημάτων περιγίνεται, θεράποντι θεοῦ. *Testimonium*

autem

autem perhibet sermoni meo ascetes ille, ubi dicit: Deus ille qui nutrit me ab adolescentiâ meâ, angelus ille qui eruit me è cunctis malis. Antiquiora enim bona illa, quibus anima nutritur, ad Deum retulit; recentiora autem, quæ ex fugâ peccatorum proveniunt, ad ministrum Dei. Porrò lib. 2. alleg. Μωσῆς μέντοι τὴν ὑπερβολὴν θαυμάσας τοῦ ἀγεννήτου, φησὶν. καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ὀμῇ, οὐχὶ αὐτῷ. ἱκανὸν γὰρ τῷ γεννητῷ πιστοῦσθαι, καὶ μαρτυρεῖσθαι λόγῳ θείῳ. *Moses admiratus illius ingeniti summam excellentiam, dicit. Et per nomen ejus jurabis, non per illum ipsum. Satis enim est per genitum, divinum Verbum fidem astrui & testimonium.* De Cherubim: ὁ θεὸς αἴτιον, οὐκ ὄργανον τὸ δὲ γινόμενον, δι' ὀργάνου μὲν, ὑπὸ δὲ αἰτίου πάντως γίνεται· — καὶ ἔστι μὲν ὑφ' οὗ, τὸ αἴτιον· ἐξ οὗ δὲ, ἡ ὕλη· δι' οὗ δὲ, τὸ ἐργαλεῖον· — εὑρήσεις γὰρ αἴτιον μὲν αὐτοῦ (κόσμου scil.) τὸν θεὸν, ὑφ' οὗ γέγονεν· ὕλην δὲ, τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ἐξ ὧν συνεκράθη· ὄργανον δὲ λόγον θεοῦ, δι' οὗ κατεσκευάσθη. *Deus ille causa est, non instrumentum. Quodcunque autem fit, per instrumentum quidem, at à causâ omnino fit. — & est quidem causa, à quâ: materia, ex quâ: instrumentum, per quod.* — (at in libro de Monarch. λόγος ἐστὶν εἰκὼν θεοῦ, δι' οὗ σύμπας ὁ κόσμος ἐδημιουργεῖτο. *Verbum est imago Dei, per quòd totus mundus factus est.*) *invenies enim autorem mundi Deum illum, à quo factus est: materiam verò quatuor elementa, ex quibus temperatus est: instrumentum porrò Verbum Dei, per quod est conditus:* &c.

&c. De sacrificiis Abelis & Caïni : ἤδη ὄψει, ἐπεὶ καταλήψεταί σε ὁ λόγος μου. ὡς πάντα ἐφθακότος καὶ κατειληφότος τοῦ θείου λόγου· εἰ δὲ ὁ λόγος ἔφθακε, πολλῷ μᾶλλον ὁ λέγων αὐτὸς, καθάπερ ἐν ἑτέροις μαρτυρεῖ λέγων, ὧδε ἐγὼ ἕστηκα ἐκεῖ πρὸ τοῦ σε : *Ecce videbis, quòd apprehendet te Sermo meus : quasi nihil sit quòd Dei Verbum possit effugere : quod si Verbum prævenit, multò magis ipse, qui loquitur, sicut alibi testatur, dicens sic : Ego steti ibi priusquam tu.* Ibid. aliquoties Deum vocat ingenitum, & Verbum ἔργον, *opus* Dei. item : *unum est Verbum divinum, alter Deus ipse, qui ante hoc Verbum.* Lib. I. de agricult. Ταῦτα δὴ πάντα, ὁ ποιμὴν καὶ βασιλεὺς θεὸς ἄγει κατὰ δίκην, νόμον προστησάμενος, τὸν ὀρθὸν αὐτοῦ λόγον καὶ πρωτόγονον υἱὸν, ὃς τὴν ἐπιμέλειαν τῆς ἱερᾶς ταύτης ἀγέλης, οἷά τις μεγάλου βασιλέως ὕπαρχος διαδέξεται. Apud Euseb. præp. Eu. XI. 15. *Hæc universa Pastor ille & Rex Deus cum justitia gubernat, legemque statuit rectum ejus Verbum & primogenitum filium, qui curam sancti hujus gregis tanquam maximi Regis princeps suscipiet.* De plant. Noæ : Τῷ γὰρ ὄντι ὁ τελείως κεκαθαρμένος νοῦς, καὶ πάντα τὰ γενέσεως ἀπογινώσκων, ἓν μόνον οἶδε καὶ γνωρίζει τὸ ἀγένητον, ᾧ προσελήλυθεν, ὑφ' οὗ καὶ προσείληπται· τίνι γὰρ ἔξεστιν εἰπεῖν, αὐτός μοι μόνος ἐστὶν ὁ θεὸς, ἢ τῷ μηδὲν τῶν μετ' αὐτὸν ἀσπαζομένῳ : *Perfectè purificata mens, quæ se abdicavit creaturis omnibus, procul dubio nihil novit, & manifestat, præter unum solum illum infectum, ad*

quem

quem accessit, & à quo recepta est. Cui enim licet dicere, Ipse mihi solus est Deus, nisi qui nullam rerum earum, quæ infra se sunt, amplectitur? Lib. quòd Deus sit immutabilis: δίδωσι δὲ, λόγῳ χρώμενος ὑπηρέτῃ δωρεῶν, ᾧ καὶ τὸν κόσμον εἰργάσατο. *Donat Deus ille ingenitus utens Verbo suo ministro donorum, quo etiam mundum condidit.* Paulò pòst dicit Deum οὐδὲ τῷ νῷ καταληπτὸν: *Nec ipsi quidem menti esse comprehensibilem:* Ibid. Τί δ' ὁ μηδ' οὐρανὸν ἢ ὑετὸν ἢ λόγον, ἢ συνόλως τι τῶν ἐν γενέσει νομίσας ἱκανὸν εἶναι τρέφειν ἑαυτὸν, ὑπερβὰς δὲ ταῦτα πάντα, καὶ ὁ ἔπαθεν εἰπὼν, ὁ θεὸς ὁ τρέφων με ἐκ νεότητος. *Quid ille qui nec cœlum, nec pluviam, nec Verbum, nec ullum generatum putans ad se alendum sufficiens; sed superscandens hæc omnia affectum suum exprimit dicens: Deus qui nutrit me à juventute.* Ibid. λόγος δ' ἐστὶ θεῖος ἄγγελος. *Verbum est divinus angelus.* De confusione lingu. Πῶς δ' ἂν ἡσυχάσαι, εἰ μὴ πρὸς μόνου τοῦ καὶ τὸν λόγον αὐτὸν ἔχοντος ὑπήκοον, ἐπιστομισθείη. *Qui autem poterunt hæc silere, nisi ab eo solo, qui etiam Verbi ipsius est Dominus, obturata fuerint?* Ibid. Πάντα ὅσα εἶπεν ὁ θεὸς, ποιήσομεν καὶ ἀκουσόμεθα. οὗτοι γὰρ οὐκέτι ἐξάρχοντι πείθονται λόγῳ, ἀλλὰ τῷ τοῦ παντὸς ἡγεμόνι θεῷ. *Quæcumque dixit Deus faciemus & audiemus: hi enim non amplius principi obediunt Verbo; sed ipsi universi imperatori Deo.* Ibid. Τοῦτον μὲν γὰρ πρεσβύτατον υἱὸν ὁ τῶν ὄντων ἀνέτειλε πατὴρ, ὃν ἑτέρωθι πρωτόγονον ὠνόμασε, καὶ ὁ γεννηθεὶς μέντοι μιμούμενος τὰς τοῦ πατρὸς ὁδοὺς, πρὸς παραδείγματα ἀρχέτυπα

ἐκείνου

ἐκείνου βλέπων, ἐμόρφου εἴδη. *Hunc antiquissimum filium Pater ille entium exoriri voluit, quem alibi primogenitum nominat: qui genitus mox Patris vias imitatus est, & qualia vidit apud eum exemplaria archetypa, tales formavit species.* (Hæc verba & quæ antecedunt, leguntur apud Eusebium de præp. Euang. XI. 15. allegata ex libro, quòd deteriora soleant melioribus insultare.) Ibid. Εὐπρεπὲς τοῖς ἑταιρίαν πρὸς ἐπιστήμην θεμένοις, ἐφίεσθαι μὲν τοῦτον ἰδεῖν· εἰ δὲ μὴ δύναιντο, τὴν γ' οὖν εἰκόνα αὐτοῦ τὸν ἱερώτατον λόγον: *Decorum est iis, qui sodalitium cum scientiâ conjungunt, appetere quidem ut illum videant; si verò non possunt, imaginem ergò ejus sacratissimum Verbum.* (Hæc verba etiam allegat Eusebius d. l. ex lib. quòd deter. sol. mel. insf. nisi quòd pro τοῦτον legat τὸ ὄν.) ibid. Κἂν μηδέπω μέν τοι τυγχάνῃ τις ἀξιόχρεως ὢν υἱὸς θεοῦ προσαγορεύεσθαι, σπουδαζέτω κοσμεῖσθαι κατὰ τὸν πρωτόγονον αὐτοῦ λόγον, τὸν ἄγγελον πρεσβύτατον, καὶ ὡς ἂν ἀρχάγγελον πολυώνυμον ὑπάρχοντα. Καὶ γὰρ ἀρχὴ, καὶ ὄνομα θεοῦ, καὶ λόγος, καὶ ὁ κατ' εἰκόνα ἄνθρωπος, καὶ ὁ ὁρῶν, Ἰσραὴλ προσαγορεύεται· διὸ προήχθην ὀλίγῳ πρότερον ἐπαινέσαι τὰς ἀρετὰς τῶν φασκόντων, ὅτι πάντες ἐσμὲν υἱοὶ ἑνὸς ἀνθρώπου. Καὶ γὰρ εἰ μήπω ἱκανοὶ θεοῦ παῖδες νομίζεσθαι γεγόναμεν, ἀλλά τοι τῆς ἀειδοῦς εἰκόνος αὐτοῦ λόγου τοῦ ἱερωτάτου. θεοῦ γὰρ εἰκὼν, λόγος ὁ πρεσβύτατος. *Si nondum aliquis Dei filius appellari dignus est, studeat ornari secundùm primogenitum ejus Verbum, angelum antiquissimum, & quasi archangelum multinominem existentem. Nam & principium & nomen*

Dei,

Dei, & Verbum, & ille ad imaginem homo, & videns, Israël appellatus est. Quare paulò antè profusior fui in laudandis virtutibus eorum qui dicunt, omnes nos unius hominis filios esse. Nam etsi nondum digni sumus existimari Dei filii, sumus tamen illius invisibilis imaginis ejus Verbi videlicet sacratissimi. Dei enim imago est Verbum antiquissimum. (Et hæc Verba Eusebius d. l. allegavit ex lib. quòd det. pot. insid. inf. Nihil autem eorum in libro illo reperitur.) De Migratione Abrahami, vel de exilio: quem librum Grotius appellat de Coloniis: Τὸν τῶν ὅλων νοῦν τὸν θεὸν, οἶκον ἔχειν φησὶ τὸν ἑαυτοῦ λόγον· — τίς ἂν οὖν εἴη, πλὴν ὁ λόγος ὁ πρεσβύτερος τῶν γένεσιν εἰληφότων, ᾧ καθάπερ οἴακος ἐνειλημμένος ὁ τῶν ὅλων κυβερνήτης πηδαλιουχεῖ τὰ σύμπαντα, καὶ ὅτε ἐκοσμοπλάστει, χρησάμενος ὀργάνῳ τούτῳ πρὸς τὴν ἀνυπαίτιον τῶν ἀποτελουμένων σύστασιν. *Deus, qui est universorum mens, ait sibi suum illud Verbum pro domo esse. — Quæ alia potest esse (domus Dei) nisi Verbum illud creatorum omnium antiquissimum, per quod tanquam clavum gubernator Opt. Max. cuncta dirigit; quo & in mundi creatione instrumento usus est ad absolvendum opus irreprehensibile.* ibid. dicit eum qui cum contentione cucurrerit, æquiparari Duci itineris ipsi rationi Dei. De profugis: αὐτὸς (λόγος θεῖος) εἰς ὁρατὴν οὐκ ἦλθεν ἰδέαν, ἅτε μηδενὶ τῶν κατ' αἴσθησιν ἐμφερὴς ὤν, ἀλλ' αὐτὸς εἰκὼν ὑπάρχων θεοῦ, τῶν νοητῶν ἁπαξαπάντων ὁ πρεσβύτατος, ὁ ἐγγυτάτω, μηδενὸς ὄντος μεθορίου διαστήματος, τοῦ μό-

νου ὅ ἐστιν ἀψευδῶς ἀφιδρυμένος. λέγεται γάρ, λαλήσω σοι ἄνωθεν τοῦ ἱλαστηρίου ἀνὰ μέσον τῶν δυοῖν χερουβίμ, ὡσθ' ἡνίοχον μὲν εἶναι τῶν δυνάμεων τὸν λόγον, ἔποχον δὲ τὸν λαλοῦντα ἐπικελευόμενον τῷ ἡνιόχῳ τὰ πρὸς ὀρθὴν τοῦ παντὸς ἡνιόχησιν. *Ipse imago Dei existens, antiquissimus est omnium intelligibilium, & summo proximus,* (scilicet Sermo,) *quandoquidem nihil medium est inter ipsum & Ens illud verissimum. Scriptum est enim, loquar tibi supra propitiatorium inter duo Cherubim: ut Sermo ille potentiis pro aurigâ sit: verùm pro vectore ille qui loquitur & mandat* (interpres reddidit : *ad cujus celeuma:* quod *celeusma* scribendum : in græco enim est ἐπικελευόμενον, unde κέλευσμα : *jussum, mandatum, proprie quod remigibus datur,*) *auriga ea quæ faciunt ad rectam universi vectionem.* Quis rer. div. hær. Τῷ δὲ ἀρχαγγέλῳ καὶ πρεσβυτάτῳ λόγῳ δωρεὰν ἐξαίρετον ἔδωκεν ὁ τὰ ὅλα γεννήσας πατὴρ, ἵνα μεθόριος σὰς, τὸ γενόμενον διακρίνῃ τοῦ πεποιηκότος· ὁ δ' αὐτὸς ἱκέτης μέν ἐστι τοῦ θνητοῦ κηραίνοντος ἀεὶ πρὸς τὸ ἄφθαρτον, πρεσβευτὴς δὲ τοῦ ἡγεμόνος πρὸς τὸ ὑπήκοον· ἀγάλλεται δὲ ἐπὶ τῇ δωρεᾷ, καὶ σεμνυνόμενος αὐτὴν ἐκδιηγεῖται φάσκων, κἀγὼ εἱστήκειν ἀνὰ μέσον κυρίου καὶ ὑμῶν, οὔτε ἀγέννητος ὡς ὁ θεὸς ὤν, οὔτε γεννητὸς ὡς ὑμεῖς, ἀλλὰ μέσος τῶν ἄκρων, ἀμφοτέροις ὁμηρεύων. *Archangelo & antiquissimo Sermoni donum egregium dedit qui omnia generavit Pater, ut medius stans discernat factum ab eo qui fecit; ipse autem ille supplicator quidem est mortalium, qui semper coram immortali pereunt : at legatus*

tus est Ducis illius ad subditos. Lætatur verò super dono, & glorians illud enarrat dicens: Et ego steti medius inter Dominum & vos, nec ingenitus existens ut Deus ille, nec factus sicut vos; (ita Arianorum erat dicere, filius quidem est creatura, sed non talis, quales cæteræ creaturæ, quæ per filium facta sunt) *sed medius inter extrema, utrisque colloquens.* De Iosepho: ὁ δὲ ζητῶν, οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος, ἀλλ' ἢ θεὸς, ἢ λόγος, &c. *Quærens ille non est homo, sed aut Deus, aut Verbum.* De Somniis: Τριχῶς ἐπινοεῖται τόπος· ἅπαξ μὲν, χώρα ὑπὸ σώματος ἐκπεπληρωμένη· κατὰ δεύτερον δὲ τρόπον, ὁ θεῖος λόγος, ὃν ἐκπεπλήρωκεν ὅλον δι' ὅλων δυνάμεσιν αὐτὸς ὁ θεός. —— κατὰ δὲ τρίτον σημαινόμενον, αὐτὸς ὁ θεὸς καλεῖται τόπος, τῷ περιέχειν μὲν τὰ ὅλα, &c. ἀλλὰ μήποτε δυοῖν πραγμάτων ἐστὶν ὁμωνυμία διαφερόντων, ὧν τὸ μὲν ἕτερον, οἷος ἐστὶ λόγος· τὸ δὲ ἕτερον ὁ πρὸ τοῦ λόγου θεός. ὁ δὲ ξεναγηθεὶς ὑπὸ σοφίας εἰς τὸν πρότερον ἀφικνεῖται τόπον, εὑρόμενος τῆς θρησκείας κεφαλὴν καὶ τέλος τὸν θεῖον λόγον, ἐν ᾧ γενόμενος οὐ φθάνει πρὸς τὸν κατὰ τὸ εἶναι θεὸν ἐλθεῖν, ἀλλ' αὐτὸν ὁρᾷ μακρόθεν, &c. *Tripliciter locus intelligitur: primo modo spacium quod impletur corpore. Secundò Verbum illud Dei, quod Deus ipse totum explevit incorporeis potentiis. Tertio significatu ipse Deus vocatur locus, eo quod omnia contineat,* &c. *Sed fortasse vocabulum (locus) unum duas res significat aliud Dei Verbum, aliud ipsum Verbi Deum. Ille verò qui sapientiâ duce iter faciebat per inhospita pervenit ad locum priorem, doctus propitiationis caput & summam esse Dei sermo-*

sermonem: ubi constituitur nondum ad eum, qui est, Deum penetrat procul eum aspiciens : ibid. Postquam multoties Verbum a Deo distinxit, tandem subjicit. δεόντως οὖν εἰς αἴσθησιν ἐλθὼν, οὐκ ἔτι θεῷ, λόγῳ δ' ὑπαντᾷ θεοῦ. *Meritò igitur, qui ad sensum pervenit non Deo, sed Verbo ejus occurrit.* ibid. κατὰ τρίτον σημαινόμενον, ἥλιον καλεῖ τὸν θεῖον λόγον, — λέγεται δὲ καὶ κατὰ τέταρτον σημαινόμενον, ἥλιος μὲν αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων θεὸς καὶ ἡγεμών. *In tertio significatu Sol vocatur Dei sermo. In quartâ significatione Sol dicitur ipse Deus omnipotens.* ibid. Τὸ ὑπαντᾶν μέντοι τόπῳ ἢ λόγῳ, τοῖς μὴ δυναμένοις τὸν πρὸ τόπου καὶ λόγου θεὸν ἰδεῖν. *Occurrendum est loco aut Verbo iis, qui nequeunt Deum, qui est ante locum & Verbum, videre.* ibid. οὔτε γὰρ ὁ θεὸς, οὔτε λόγος θεῖος ζημίας αἴτιος. *Nec Deus ille, nec sermo divinus damni causa.* ibid. Ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς ὁ ὀφθείς σοι ἐν τόπῳ θεοῦ. — μὴ παρέλθῃς δὲ τὸ εἰρημένον, ἀλλ' ἀκριβῶς ἐξέτασον εἰ δύο εἰσὶ θεοί· λέγεται γὰρ, Ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς ὁ ὀφθείς σοι, οὐκ ἐν τόπῳ τῷ ἐμῷ, ἀλλ' ἐν τόπῳ θεοῦ, ὡς ἂν ἑτέρου. τί οὖν χρὴ λέγειν· ὁ μὲν ἀληθείᾳ θεὸς, εἷς ἐστιν· οἱ δ' ἐν καταχρήσει γενόμενοι, πλείους· διὸ καὶ ὁ ἱερὸς λόγος ἐν τῷ παρόντι τὸν μὲν ἀληθείᾳ, διὰ τοῦ ἄρθρου μεμήνυκεν, εἰπὼν, Ἐγώ εἰμι ὁ θεός· τὸν δὲ καταχρήσει χωρὶς ἄρθρου, φάσκων, ὁ ὀφθείς σοι ἐν τόπῳ οὐ τοῦ θεοῦ, ἀλλ' αὐτὸ μόνον, θεοῦ. &c. *Ego sum ille Deus, quem in loco Dei vidisti &c.*] *Hic locus non est cursim prætereundus, sed diligenter examinandus, an duo Dii sint. Legitur enim: Ego sum ille Deus, qui tibi apparui non in loco meo; sed in loco Dei, quasi alte-*

alterius. Quid igitur dicendum? Verus quidem Deus unus est, abusivè autem facti plures: ideo sacer ille sermo nunc illum verum per articulum indicat dicens: Ego sum ille Deus. Cæterum abusivè dictum sine articulo enunciat, qui apparui tibi in loco Dei, nihil adjungens ad Dei vocabulum. Vocat autem Deum nunc antiquissimum Verbum suum, non superstitiose de nominibus sollicitus: sed unum spectans finem propositum. ibid. οὐ μεταβαλὼν πρὸς τὴν τοῦ μήπω δυναμένου τὸν ἀληθῆ θεὸν ἰδεῖν ὠφέλειαν. καθάπερ γὰρ τὴν ἀνθήλιον αὐγὴν ὡς ἥλιον οἱ μὴ δυνάμενοι τὸν ἥλιον αὐτὸν ἰδεῖν ὁρῶσι, καὶ τὰς περὶ σελήνην ἀλλοιώσεις ὡς αὐτὴν ἐκείνην, οὕτως καὶ τὴν τοῦ θεοῦ εἰκόνα τὸν ἄγγελον αὐτοῦ λόγον, ὡς αὐτὸν κατανοοῦσιν. *Verus Deus videri nunquam potest: sicut enim radios solis repercussos vident tanquam solem, qui non possunt solem ipsum videre, & mutationes lunares tanquam lunam ipsam: ita etiam imaginem illam Dei, angelum ipsius Verbum, tanquam ipsum intelligunt.* ibid. ἵνα στηριχθῇ βεβαίως τῷ κραταιῷ καὶ ὑπάρχῳ μου λόγῳ: *ut firmo nitantur fundamento, & solido potenti meo sermone videlicet, qui mihi est vicarius.* De nominum commutatione: Μήτ' οὖν διαπόρει, εἰ τὸ τῶν ὄντων πρεσβύτερον ἄῤῥητον, ὁπότε ὁ λόγος αὐτοῦ κυρίῳ οὐ ῥητὸς ἡμῖν: *ne igitur ambigas, an quod rebus, quæ sunt, antiquius est, ineffabile sit: cùm ne Verbum quidem ipsius declarari nomine aliquo possit.* Tum illud: *Apparuit Dominus Abrahamo:* non ita intelligendum ait, quasi prima omnium causa se videndam præbuerit: Τίς γὰρ ἀνθρώπος

νοῦς τὸ μέγεθος τῆς φαντασίας ἱκανός ἐστι χωρῆσαι, ἀλλ’ ὡς μιᾶς τῶν περὶ αὐτὸν δυνάμεων τῆς βασιλικῆς προφαινομένης. *Nam quæ humana mens idonea esset ad illam apparentis speciem capiendam? Sed ut una virtutum, quæ circa illam sunt, nempe Regia, tunc apparuerit.* Lib. 1. quæst. & solut. Διὰ τί, ὡς περὶ ἑτέρου θεοῦ φησὶ τό, ἐν εἰκόνι θεοῦ ἐποίησα τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ’ οὐχὶ τῇ ἑαυτοῦ, παγκάλως καὶ σοφῶς τουτὶ κεχρησμώδηται· θνητὸν γὰρ οὐδὲν ἀπεικονισθῆναι πρὸς τὸν ἀνωτάτω καὶ πατέρα τῶν ὅλων ἐδύνατο, ἀλλὰ πρὸς τὸν δεύτερον θεόν, ὅς ἐστιν ἐκείνου λόγος. ἔδει γάρ, τὸν λογικὸν ἐν ἀνθρώπου ψυχῇ τύπον, ὑπὸ θείου λόγου χαραχθῆναι, ἐπειδὴ ὁ πρὸ τοῦ λόγου θεός, κρείσσων ἐστὶν ἢ πᾶσα λογικὴ φύσις· τῷ δὲ ὑπὲρ τὸν λόγον ἐν τῇ βελτίστῃ καὶ ἐξαιρέτῳ καθεστῶτι ἰδέᾳ, οὐδὲν θέμις ἦν γεννητὸν ἐξομοιοῦσθαι: *quamobrem quasi de altero Deo dicitur, in imagine Dei feci hominem, & non in sui ipsius: perpulchrè & sapienter id divinitus scriptori fuit inspiratum. Nullum enim mortale ad illum supremum & Patrem universorum, tanquam imago conferri potest; sed confertur ad secundum Deum, qui primi Verbum est. Necesse enim erat rationalem typum in animâ hominis à divino Verbo imprimi. Deus enim qui supra & ante Verbum est, superior est omni rationali naturâ. Ei autem, qui supra Verbum in optimâ & selectissimâ quâdam ideâ consistit, neutiquam fas erat quicquam genitorum assimilari.* apud Euseb. præp. Euang. VII. 15.

Similia his consequenter deducuntur ex naturâ geniti (quale Verbum docuit) descriptâ variis in locis. Ita lib. 2. allegor. ἄξιον τὸ γέννημα κεί-

νοῦντες κτῆμα θεοῦ νομίζεσθαι, ἀλλὰ μὴ γεννητοῦ τινός. *dignum judicantes fœtum illum, qui possessio Dei, & nequaquam geniti cujusdam credatur.* De Cherubim: γεννητὸς οὐδεὶς ἱκανὸς γνώμης ἀφανοῦς καθιδεῖν ἐνθύμημα, μόνος δὲ ὁ θεός· *nemo*, inquit, *genitus potest sententiæ occultæ perspicere cogitationem, nisi solus ille Deus.* ibid. θεὸν ἐξουσίᾳ τοῦ γεννηθέντος ἄρχειν: *Deum potestate dominari ei quod genitum est.* ibid. ἴδιον μὲν δὴ θεοῦ τὸ ποιεῖν, ὃ οὐ θέμις ἐπιγράψασθαι γεννητῷ· ἴδιον δὲ γεννητοῦ τὸ πάσχειν: *Proprium Deo est creare, quod nefas est genito adscribere; proprium autem genito pati.* de Decalogo: γένεσις δὲ, φθορᾶς ἀρχὴ, κἂν προνοίᾳ τοῦ πεποιηκότος ἀθανατίζηται, καὶ ἦν ποτε χρόνος ὅτε οὐκ ἦν· θεὸν δὲ, πρότερον μὲν οὐκ ὄντα, καὶ ἀπὸ τινὸς χρόνου γενόμενον καὶ μὴ διαιωνίζοντα λέγειν οὐ θεμιτόν· ἀλλὰ γὰρ ἔνιοι περὶ τὰς κρίσεις ἀπονοίᾳ τοσαύτῃ κέχρηνται, ὡς οὐ μόνον τὰ εἰρημένα θεοὺς νομίζειν, ἀλλὰ καὶ ἕκαστον αὐτῶν μέγιστον καὶ πρῶτον θεὸν, τὸν ὄντα ὄντως,. — καθάπερ οὖν τοῦ μεγάλου βασιλέως τὰς τιμὰς εἴ τις τοῖς ὑπάρχοις καὶ σατράπαις ἀπένειμεν, ἔδοξεν ἂν οὐκ ἀγνωμονέστατος εἶναι μόνον, ἀλλὰ καὶ ῥιψοκινδυνότατος, χαριζόμενος τὰ δεσπότου δούλοις· τὸν αὐτὸν τρόπον ἂν τοῖς αὐτοῖς γεραίρῃ τὸν πεποιηκότα τοῖς γεγονόσιν, ἴστω πάντων ἀβουλότατος ὢν καὶ ἀδικώτατος, ἴσα διδοὺς ἀνίσοις, οὐκ ἐπὶ τιμῇ τῶν ταπεινοτέρων, ἀλλ᾽ ἐπὶ καθαιρέσει τοῦ κρείττονος. — πᾶσαν οὖν τὴν τοιαύτην τερθρείαν ἀπωσάμενοι, τοὺς ἀδελφοὺς φύσει μὴ προσκυνῶμεν, εἰ καὶ καθαροτέρας, καὶ ἀθανατωτέρας οὐσίας ἔλαχον: *Generatio corruptionis est principium, quamvis creatoris providentiâ immortalitatem adipiscantur*

scantur, & de quibus dici potest: erat aliquando tempus, quando non erant: (Similiter Arius: *Erat*, inquit, *aliquando tempus* (pro duratione) *quando non erat* filius.) *At de Deo dicere, quòd aliquando non fuerit, & aliquo tempore natus sempiternitatem acceperit, nefas est. Sed nonnulli tam perversè judicant, ut non solum deos credant quos diximus: verùm etiam unumquemque horum esse Deum summum & maximum, cui verè nomen id conveniat. — Quemadmodum siquis magni Regis honores satrapis ejus, præfectisque exhiberet, non stultitiæ solum argueretur, sed & periculosæ audaciæ, tribuens servis, quod debetur Domino: ita quicunque sic creaturas colit ut creatorem, sciat se impudentissimum & injustissimum, qui paria largiatur imparibus, non tam in honorem inferiorum, quàm in potioris contumeliam. Amotâ igitur omni superstitione germanas nobis naturas non adoramus, ne immortales quidem & purissimas.* Lib. I. de Monarch. ἐάν τις τὴν τοῦ ἀϊδίου καὶ ποιητοῦ θρησκείαν ἄλλῳ προσνέμῃ νεωτέρῳ ἢ γεννητῷ, φρενοβλαβὴς ἀναγεγράφθω καὶ ἔνοχος ἀσεβείᾳ τῇ μεγίστῃ: *quòd siquis religionem, quæ sempiterno conditori debetur, alteri juniori aut generato tribuat, inter insanos referendus est ac impios.* Isidorus Pelus. l. II. ep. 143. scribit *Philonem secundas Verbo à Patre tribuere.* Petavius etiam de Trin. lib. I. cap. 2. ait *Philonem suis de Filio Dei præconiis Arianorum perfidiam armâsse.* Vide quoque de Incarn. lib. XII. cap. 11. §. 2. Hæc dicta sint de Philone Judæo. De reliquis Iudæis sufficiat testimonium Alexandri Alexand. apud Theod. I. 4. dicentis, *Arium confir-*

confirmare Græcorum, *Iudæorumque de Christo opinionem*: & Damasi in libello Synod. ap. Theod. V. 10. asserentis, *eos qui de Filio & Spiritu S. male sentiunt, cum Iudæis & gentilibus convenire.*

Platonem eandem doctrinam ex Iudæis hausisse multis argumentis constare potest. Hieron. de script. Eccl. dicit vulgatum esse dicterium: ἢ Φίλων πλατωνίζει, ἢ Πλάτων φιλωνίζει. (Conf. Phot. Cod. 105. & Isid. Pelus. lib. III. ep. 81.) Et epist. ad Magnum: *Quid*, inquit, *loquar de Philone, quem vel alterum vel secundum Iudæum Platonem Critici pronunciant.* Nec id mirum, cùm ex eodem fonte uterque doctrinam suam hauserint; (quod etiam vult S. Gelenius præf. in Philon.) Iustinus apol. 2. probat *Platonem, quicquid veri docuerit, ex Mosis, aliorumque Prophetarum doctrinâ hausisse.* In parænet. dicit *Platonem à Mose & prophetis doctrinam de uno Deo accepisse.* Clemens Pæd. II. 1. *Plato*, inquit, *veritatem Philosophorum ita sectatus est, ut Hebraicæ veritatis excitârit scintillam.* III. 1. Ζηλωτὴς Μωϋσέως ὁ πάντα ἄριστος Πλάτων. *Æmulus Moysis omnium optimus Plato.* Strom. 1. *Plato ex Hebræis est Philosophus.* ibid. ait *ex Mose Platonem plurima sumpsisse, eorumque, quæ in legibus Mosaïcis dicuntur, fuisse admodum studiosum.* ibid. *Plato*, inquit, *non negat se præstantissima quæque in Philosophiâ à Barbaris mercatum.* ibid. Numenius Philosophus Pythagoræus, (qui etiam Mosen magno cum honore allegâsse dicitur,) scribit: Τί γάρ ἐστι Πλάτων, ἢ Μωσῆς ἀττικίζων; *quid enim est Plato, quàm Moses*

Moses atticissans, *vel*, *græcâ linguâ loquens*. Vide Theod. & Euseb. de præp Eu. IX 7. & XI. 10. Origenes contra Celsum lib. 1. λέγεται δὲ καὶ Ἕρμιππον ἐν τῷ πρώτῳ περὶ νομοθετῶν ἱστορηκέναι, Πυθαγόραν τὴν ἑαυτοῦ φιλοσοφίαν ἀπὸ ἰουδαίων εἰς ἕλληνας ἀγαγεῖν. *Fertur & Hermippus in primo de legislatoribus prodidisse*, *Pythagoram suam Philosophiam à Iudæis traduxisse in Græciam*. Lib. 6. *Ipse vero*, dicit, *nil desperaverim*, *quæ in Phædro dicuntur*, *ab Hebræis quibusdam didicisse Platonem*, *ut quidam literis prodidere*, *ita ut*, *cùm in Prophetica scripta inciderit*, *illud protulerit*, &c. Ipse Philo scribit Heraclitum Mosis dogma secutum. Hieronymus ad Magnum testatur, *Origenem in decem Stromateon libris*, *Christianorum & Philosophorum inter se sententias comparâsse*, *& omnia Christianæ Religionis dogmata ex Platone*, *& Aristotele*, *Numenio*, *Cornutoque confirmâsse*. Vide Euseb. præp. Euang. lib. X. XI. & XII. Notandum autem quòd Plato & Platonici ἀντὶ τοῦ λόγου usi sint plerumque voce νοῦς, *mentis* vel *intellectûs*. Sic Plotinus Enn. 5. lib. I. cap. 6. *Anima*, inquit, *mentis est Verbum*, *sicut mens est Dei Verbum*. Augustin. de civ. Dei X. 29. *Platonici Dei filium vocant paternum intellectum vel mentem*. Morainvillerius Exam. Philos. Platon. part. 3. cap. 2. sect. 1. prop. 5. *In doctrinâ Platonis mens dicitur Verbum & Filius*. Item sect. 2. prop. 3. *Nomen Verbi in principio Euangelii Ioannis mentem significat*, &c. Ita autem locuti sunt de *Mente*, uti Philo de *Verbo*, contendentes scil. *Mentem* non esse τὸ ἓν καὶ τἀγαθὸν: ipsum

sum *Vnum* & *Bonum*. Singulorum testimonia videamus. Plato in Parmenide dicit *Primum Bonum non esse sermonem*. Huic accedit Morainvillerius Ex. Phil. Plat. part. 2. cap. 1. prop. 6. demonstrans per Primum Bonum intelligendam personam Patris. Porrò Plato dicit *Vnum esse omnis multitudinis expers*, *Mentem verò esse multitudinem*. Et apud Origenem contra Cels. 6. ὁ μὲν δημιουργὸς τοῦδε τοῦ παντὸς υἱὸς ἐστὶ τοῦ θεοῦ, ὁ δὲ πρῶτος καὶ ἐπὶ πᾶσι θεὸς πατὴρ ἐστιν αὐτοῦ. *Qui universum hoc condidit Dei filius est Primus autem & supra omnes Deus hujus est pater*: apud eundem Plato epist. 6. καὶ τὸν τῶν πάντων θεὸν, ἡγεμόνα τῶν τε ὄντων καὶ τῶν μελλόντων, τοῦ τε ἡγεμόνος καὶ αἰτίου πατέρα καὶ κύριον ἐπομνυώτας· *obtestantibus Deum, rerum omnium & quæ sunt, & quæ erunt Imperatorem, illiusque Imperatoris & causæ Patrem & Dominum*. Et apud Eusebium de præp. Euang. XI. 16. dicit *summum Deum Patrem esse Deum & Dominum Verbi alterius*: & 18. ex Numenio: *Quam putatis mentem vel intellectum, ὦ homines? Non est primus, sed alius ante ipsum est major atque divinior & superior Deus*. Macrobius ex mente Platonis lib. I. in somn. Scip. cap. 14. *Deus*, inquit, *qui prima causa & est, & vocatur, unus omnium quæque sunt, quæque videntur esse, princeps, & origo est. Hic superabundanti majestatis fœcunditate de se mentem creavit. Hæc mens, quæ νοῦς vocatur, quà Patrem inspicit, plenam similitudinem servat auctoris; animam verò de se creat, posteriora respiciens*. Constantinus M. in orat. ad sanct. cœt. cap. 9. dicit *Platonem primo Deo secundum subjecisse, duasque essentias*

essentias numero distinxisse: ita ut secundus hic Deus praeceptis illius summi opificis & moderatoris omnium inservierit. Cyrillus lib. I. contra Julian. asserit quòd *Plato Trinitatem explicet sicut Ariani.* (Vide Salmeron prolegom. 11. quinqu. 3. Can. 25.) Et lib. III. *Quippe Pater & praeceptor ipsius* (Procli) *Plato unum quidem opificem esse definiit eum, qui causa est omnium quem & mundo eximium esse factum asserit. Ante hunc porrò Deum alterum constituisse, nempe boni ideam. Ad haec tertium insuper principium excogitavit, quod ordine ac naturâ prioribus illis inferius, quam etiam omnium, quae sunt, animam appellat.* Conf. lib. IV. & VIII. & Theodoret. lib. II. advers. Gentil. Richardus refut. legis Sarracenicae cap. 1. dicit *Platonicos, Arianos, Eunomianos, Mahumedanos in doctrinâ de uno summo Deo, ejusque Verbo vel Mente convenire.* Marsilius Ficinus in argum. Epist. 6. fatetur *Verba Platonis de ipso Bono, Causâ vel Mente, Duce vel Animâ, in sensum Christianum, sed Arianum reduci.* Baronius an. 325. §. 86. scribit *Platonicos eadem cum Ario docuisse.* Vide quoque Lanssel ii cap. 1. disp. calumniarum Casauboni super Iustin. Mart. D. Petavius de Trin. lib. I. cap. I. §. 2. *Ariana tota perfidia ex illo Platonicorum commento causam & originem accepit.* Ibid. demonstrat *Platonicos Trinitatem aequè ut Arianos explicâsse.* Lib. II. procem. §. 3. *Vetustissima est illa de trium inaequalitate personarum, ac multiplici divinitatis gradu sententia, quam à Platonicis mutuati sunt antiquiores aliquot, qui Nicaenam synodum antecesserunt.*

Cap.

Cap. 9. §. 4. *Ariani cum Platonicis certos divinitatis gradus adstruebant, vel potius unum & solum, vere, proprieque Deum esse Patrem volebant*, &c. Mornæus de Verit. Religionis Christianæ, cap. 6. testatur *Platonicos tres hypostases ita subordinare, ut Arianismum sapere videatur*. Hæc de Platone & Platonicis in genere.

Trismegistus ad Æsculapium: *Deus*, inquit, *non est Mens; sed caussa quâ Mens est*. In λόγῳ τελείῳ, cum Hermes Trismegistus exaudisset Asclepium, quæ à filio suo, utrum placeret Patri ejus, offerri thus & alios odores ad sacrificium Dei, exclamavit: *Bene, bene * ominare* (al. *ô mi nate*) *Asclepi. Est enim maxima impietas, tale quid de uno illo, ac singulari Bono in animum inducere. Hæc & his similia huic non conveniunt. Omnium enim quæcunque sunt, plenus est, & omnium minimè indigens. Nos verò gratiam agentes, adoremus. Hujus* (al. *cujus*) *sacrificium sola benedictio, rectè est. Verbo ergò sacrificari oportet Deo; siquidem Deus Verbum est, ut ipse confessus est*: apud Lactant. VI. 25. Conf. Apuleji translat. in fine Asclepii.

Proclus Theol. Platon. lib. I. cap. 13. ὁ μὲν θεὸς πρὸ νοῦ. *Ipse quidem Deus est ante Mentem.* Cap. 15. θεὸς δὲ, ὁ πρὸ νοῦ, καὶ καθ' ὑπεροχὴν, τούτων ἀμφοτέρων, καὶ τῶν θεῶν αὐτῶν: *Deus verò qui est ante Mentem, & ob suam excellentiam omnibus superior, & ambabus, scilicet Mente & animâ, & diis ipsis.* Cap. 19. asserit *mentem* τὸν νοῦν *non esse* αὐτοαγαθότητα, οὐδὲ πρώτως ἀγαθὸν· ἀλλ' ἀγαθοειδέα: Deum verò aut unitatem esse ἀγαθότητα,

τητος. cap. 21. ὁ νοῦς δημιούργημα καὶ γέννημα τῶν θεῶν ἐστι τὸ πρώτιστον. *Mens est prima creatura & primus fœtus Deorum.* cap. 27. θεὸς ὁ μὲν ἐστιν ἁπλῶς θεὸς, ὁ δὲ, καθ' ἕνωσιν, ὁ δὲ, κατὰ μέθεξιν, ὁ δὲ, κατὰ συναφὴν, ὁ δὲ, καθ' ὁμοίωσιν. τῶν μὲν γὰρ ὑπερουσίων ἕκαστος πρώτως θεὸς. τῶν δὲ νοερῶν ἕκαστος καθ' ἕνωσιν. paulò pòst: Τὸν νοῦν αὐτὸν ὁ Ἀθηναῖος ξένος θεῖον προσείρηκε. τὸ δὲ δὴ θεῖον, δεύτερόν ἐστι τῆς πρωτίστης θεότητος. *Ipsam mentem Athenienfis hospes divinam appellavit. Divinum verò posterius est primâ Deitate.* Lib. II. cap. 4. demonstrat secundùm *Platonem ex Republicâ, Sophistâ, Philebo, Parmenide, de superessentiali unius hypothesi, Vnum vel Bonum principium omnium, primamque caussam esse supra mentem.* Primò enim dicit se mirari *Origenem, quod cum Plotino ejusdem doctrinæ particeps fuerit, cum docuit: Ipsum Vnum esse supra Mentem, & omne Ens.* εἰ Ὠριγένης ἀφίησι τὸ ἓν, ὅτι τὸ ἄριστον ὁ Νοῦς, καὶ ὡς ταυτὸν ἐστι τὸ πρώτως ὂν, καὶ τὸ πρώτως ἓν, οὔτ' ἂν ἡμεῖς αὐτῷ συνομολογήσαιμεν, οὔτ' ἂν ὁ Πλάτων ἀποδέξαιτο, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ γνωρίμοις συναριθμήσειε. Πόῤῥω γὰρ (οἶμαι) τὸ τοιοῦτον δόγμα τῆς τοῦ Πλάτωνος φιλοσοφίας ἐστέρηται. *Si Origenes prætermisisset ipsum Vnum propterea, quòd ipsa Mens sit optimum, & quòd idem sint primò Ens & primò Vnum, neque nos hæc ipsi concederemus, neque cum ipso vera esse confiteremur, neque Plato Origenem talia docentem admitteret, & in suorum familiarium, atque discipulorum numerum poneret. Procul enim (ut arbitror) hujusmodi dogma est à Platonis Philosophiâ.* Μικρὰ διέλθωμεν, ὑπὲρ τῆς Πλάτωνος γνώμης διαγωνιζόμενοι καὶ

δει-

δεικνύντες ὅτι τὴν πρωτίστην αἰτίαν, ἐπέκεινα τοῦ νοῦ, καὶ τῶν ὄντων ἁπάντων ἐξῃρῆσθαι φησὶν καθάπερ αὐτὸν Πλωτῖνός τε καὶ Πορφύριος καὶ πάντες οἱ τὴν τούτων παραδεξάμενοι φιλοσοφίαν οἴονται λέγειν. *Paucis disseramus super Platonis sententiâ concertantes & monstrantes, quòd primam caussam supra mentem, & ab omnibus Entibus exemptam dicat, sicut eum Plotinus, & Porphyrius & omnes illorum sectantes Philosophiam dicere putant.* Demonstrat itaque toto hoc capite ex illis Platonis libris, quos memoravi, omnium caussam primam & principium Vnum ipsum esse superius Mente. Πῶς ἔτι τὸν νοῦν τῷ Πλάτωνι συνεπόμενοι τὸ ἄριστον εἶναι, καὶ τὴν τῶν ὅλων αἰτίαν συγχωρήσομεν; *Quomodo Platonem sequentes, ipsam mentem optimum, & universorum causam esse concedamus?* ὁ Νοῦς ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ πρώτως ὑφεστάναι λέγεται, καὶ περὶ τὸ ἀγαθὸν τὴν ὕπαρξιν ἔχειν, καὶ πληροῦσθαι τοῦ τῆς ἀληθείας φωτὸς, ὃ δὴ καὶ αὐτοῦ τοῦ νοῦ ἐστὶ θειότερον καὶ πρεσβύτερον. *Mens à Primo Bono* (vel potiùs, *à Bono primò*) *subsistere dicitur, & circa ipsum Bonum subsistentiam habere, & repleri ipsâ veritatis luce, quæ vel ipsâ Mente est divinior & antiquior.* Πολλοῦ ἄρα δεῖ τὸ πρώτιστον ἀγαθὸν εἰς ταὐτὸν ἥκειν τῷ νῷ. *Multum igitur abest, ut primum Bonum in idem cum mente concurrat, & idem cum eâ sit.* ἣν μὲν ἓν καὶ ταῦτα τοῖς τῆς ἀληθείας φιλοθεάμοσιν ἱκανὰ τῆς τοῦ Πλάτωνος ἀναμνῆσαι διανοίας, καὶ τὴν τοῦ νοῦ τάξιν δευτέραν ἀποφῆναι τῆς ἐξῃρημένης τοῦ ἑνὸς ὑπεροχῆς. *Illis igitur qui veritatis contemplandæ sunt studiosi, vel hæc: quæ dicta sunt, sufficere poterant ad commemora-*

memorandam Platonis mentem, & ad demonstrandum ipsum Mentis ordinem posteriorem esse illâ excellentiâ, quæ ex ipso Ente exempta est. Nam loco τοῦ ἑνὸς necessariò legendum τοῦ ὄντος, ut quivis videt. ὁ ἐν τῷ Φιλήβῳ Σωκράτης σαφῶς ἐπιδείκνυσι, ὡς ἄρα ὁ Νοῦς τῷ πρωτίστῳ τὴν αὐτὴν οὐκ ἂν ἔχοι τάξιν. *Socrates in Philebo manifestè demonstrat ipsam Mentem non habere eundem ordinem cum ipso Primo.* ὁ Νοῦς τῆς πρώτης θεότητος ἐξῃρημένος. ὁ αὐτὸς τοίνυν λόγος, τό τε ἀγαθὸν ἐξῃρῆσθαι τοῦ πρωτίστου Νοῦ. *Mens exempta est à primâ Deitate, & eâdem ratione ipsum Bonum exemptum est à primâ Mente.* ὁ Παρμενίδης ἡμᾶς διδάσκει, ὅτι τῶν τε ἄλλων ἐξῄρηται τὸ ἓν καὶ τῆς οὐσίας. — Τὸ δὴ τῆς οὐσίας αἴτιον, καὶ κατ᾽ ἄκραν ὑπεροχὴν ἐξῃρημένον, πῶς οὐχὶ καὶ τῆς νοερᾶς ἔσται τάξεως ἐπέκεινα; καὶ γὰρ ὁ Νοῦς οὐσία. post: εἰ δὲ ἐν τῷ νῷ καὶ στάσις ἐστὶ, καὶ κίνησις, τὸ δὲ ἓν ἐκβεβηκέναι τούτων ἐπιδείκνυσιν ὁ Παρμενίδης, πῶς οὐκ αὐτόθεν ἡμᾶς ἐφίστησι τῇ πρὸ νοῦ παντὸς ἀρρήτῳ τῶν ὅλων αἰτίᾳ; *Si in ipsâ Mente est & status & motus, ipsum verò unum ex his excessisse, & extra hæc esse demonstrat Parmenides, quomodo non statim nos deducit ad ipsam ineffabilem, & arcanam entium caussam, quæ est ante Mentem?* Καὶ εἰ πᾶς νοῦς εἰς αὐτὸν ἐστράπται, καὶ ἐν ἑαυτῷ ἐστι, τὸ δὲ ἓν οὔτε ἐν αὐτῷ δείκνυται ὄν, οὔτε ἐν ἄλλῳ, πῶς ἔτι τὸν νοῦν εἰς ταυτὸν ἄξομεν τῷ πρώτῳ; τίνι δὲ ἂν καὶ διοίσει τοῦ ἑνὸς ὄντος, ὃ κατὰ τὴν δευτέραν ὑπόθεσιν ἐλαμβάνομεν, τὸ πρὸ τοῦ ὄντος ἕν, εἰ ἄριστόν ἐστιν ὁ νοῦς, καὶ ἡ πρωτίστη τῶν ὅλων ἀρχή; τὸ γὰρ ἓν ὂν μετέχει τοῦ ἑνός. τὸ δὲ μετέχον τοῦ μετεχομένου δεύτε-

δεύτερον· ἀλλ' ὅτι μὲν κατὰ Πλάτωνα τὸ ἓν τοῦ Νοῦ καὶ τῆς οὐσίας πρεσβύτερον, διὰ τούτων ἀπεμνήσθη. *Et si omnis Mens in se ipsam est conversa, & in se ipsam revertitur, & in se ipsâ est; ipsum verò Unum nec in se ipso, nec in alio demonstratur Ens, quomodo etiam ipsam Mentem in idem cum ipso Primo ducemus, & utrumque idem esse dicemus? Quanam etiam re differet ab Uno Ente id, quod juxta secundam suppositionem sumebamus, ipsum scilicet Unum, quod est ante ipsum Ens, si mens est optimum*, (contra verba & mentem Procli hæc vertit Æmilius Portus: *Si mens est omnium Entium optimum*) *& primum universorum principium? Ipsum enim Unum Ens, participat ipsum Unum. Participans autem inferius est participato. Sed ex Platonis quidem sententiâ ipsum Unum ipsâ Mente, & ipsâ essentiâ antiquius esse, per ea quæ jam dicta sunt, commemoratum est.* Lib. IV. c. 16. ἡ νοητὴ ὕπαρξις ἐστὶ προσεχῶς ἀποστᾶσα μετὰ τὸ ἕν. *Essentia Mentis proximè subsistit post ipsum Unum.* c. 36. τὸ ἓν ἐπέκεινα τῆς τοῦ νοῦ φύσεως. *Unum est supra naturam Mentis.* Lib. VI. c. 2. τἀγαθὸν οὐσίαν καὶ ὄντως ὂν παράγει, καὶ νοῦ καὶ νοητῶν αἴτιον προτέτακται. *Ipsum Bonum essentiam, & verè Ens producit, & Mentis & Mentalium caussa est, & primo loco collocatur, ante Mentem scil. & mentalia.* Inst. Theol. c. 20. & 115. probatur, *Unum esse supra & ante Mentem, perinde atque Mens est supra animam, adeoque Mentem non esse ipsum Unum vel Bonum. Nihil enim esse ante vel supra ipsum Unum: & ipsum Bonum omnium esse principium.* c. 21. & 22. demon-

ftratur *Mentem non esse primam causam vel primum omnium principium.* c 115 & 165. οὐδὲ γὰρ τὸν νοῦν· οὐδὲ γὰρ ὁ νοῦς τῷ ἑνὶ ὁ αὐτός· *Nec enim intellectus idem est cum Uno.* Idem in Timæum, quid sit bonum: probat τἀγαθὸν *esse supra mentem.*

Numenius de Bono: *Mentem* dicit *secundum Deum, mentem operari, primo Deo autem inconveniens esse operari. Mentem se habere ad primum Deum, ut ea quæ plantantur ad agricolam*, (ita etiam Dionysius Alex.) apud Euseb. præp. Euang. XI. 18. 22.

Plotinus apud Cyrillum IV. contra Iulianum. ait τἀγαθὸν *esse superius ipsâ Mente.* Et libro de tribus hypostasibus, à quibus omnia principium habent: Τίς οὖν ὁ τοῦτον γεννήσας, ὁ ἁπλοῦς, καὶ ὁ πρὸ τοῦ τοιούτου, ὁ αἴτιος τοῦ εἶναι καὶ πολλὼ εἶναι τοῦτον ὁ τὸν ἀριθμὸν ποιῶν; ὁ γὰρ ἀριθμὸς οὐ πρῶτος· καὶ γὰρ πρὸ τῆς δυάδος τὸ ἕν· δεύτερον δὲ δυάς, καὶ παρὰ τοῦ ἑνὸς γενομένη: *Quis igitur hunc genuit, (scil.* τὸν νοῦν καὶ σοφίαν, *) ille simplex scilicet, qui ante hunc est, qui causa est, ut ille sit, & multus sit, qui numerum facit? Non enim numerus primus est, ante dualitatem enim unum est. Deinde dualitas est ab ipso Uno facta:* apud Euseb. de præp. Euang. XI. 17. Enn. 5. lib. I. cap. 6. dicit *Mentem se habere ad primum Unum & Bonum, sicut lumen & splendor se habet ad solem.* Conf. cap. 1. Morainvillier Ex. Phil Plat. p. 3. c. 2. s. 1. pr. 4. probat *primam Mentem oriri ab ipso Uno & Bono, & hoc illâ esse prius*, adducitque in hanc rem testimonium Plotini, qui Enn. 5. l. 6. scribit ἔλαττον δὲ ἑαυτοῦ γεννᾷ: *Genitus Genitore minor.* —

Μέγι-

Μέγιστον δὲ μετ᾽ αὐτὸ (τὸ τελειώτατον) νοῦς, καὶ δεύτερον. Καὶ γὰρ ὁρᾷ ὁ νοῦς ἐκεῖνον, καὶ δεῖται αὐτοῦ μόνου· ἐκεῖνος δὲ τούτου, οὐδέν. καὶ τὸ γεννώμενον, ἀπὸ κρείττονος νοῦ, νοῦν εἶναι. *Secundum atque maximum post ipsum perfectissimum est Mens. Inspicit enim Mens illud, illoque Vno solo indiget; illud verò primum Vnum hac minimè indiget:* (est enim αὐταρκές.) *Necessariò profectò oportet Mentem esse illud, quod fit vel gignitur ab eo, quod Mente est melius. Mens autem hic* ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, *imago Dei*, &c. apud Euseb. d. l. ibid. Τοῦ δὲ αἰτίου, νοῦ ὄντος, πατέρα φησὶ τ᾽ἀγαθὸν καὶ τὸ ἐπέκεινα νοῦ, καὶ ἐπέκεινα οὐσίας. *Mentis patrem esse ipsum Bonum, quod & superius est mente, & superius essentiâ:* Conf. III. 15. Enn. 3. IX. οὐδὲ γὰρ τὸ πρώτως σεμνὸν ἡ νόησις. —— ἐπέκεινα ἄρα νοήσεως, τ᾽ἀγαθόν. *Non est ipsum primò venerandum intelligentia. —— Itaque super intelligentiam est ipsum Bonum.* Enn. 5. IV. explicat quomodo originem habeat Mens ab Vno & Bono. c. 2. asserit *primum illud omnium perfectissimum gignens non esse Mentem; sed Mente superius.* ibid. Τὸ ἓν ἐπέκεινα εἶναι τῆς οὐσίας· τοῦτο δὲ καὶ νοῦ· ἐπέκεινα ἄρα τὶ νοῦ —— νοῦς δὴ καὶ ὂν ταὐτόν. *Necessarium est unum essentiâ superius esse, id est Mente superius. Aliquid igitur est superius & antiquius Mente. —— Mens enim & Ens sunt idem.* L. V. 12. *Summus ille Pater non est Mens, non Filius, non Puer; sed Mente, Filio, Puero superior: secundum cum autem Mens & Puer est, qui intelligentiâ & alimento indiget, & ab eo, qui nullo indiget, proxime abest. Interea habet Filius veram intelli-*

intelligentiæ plenitudinem, quia immediatè & primò habet. Qui vero superior, nempe Pater, non indiget eo: alioqui Filius ipsum Bonum esset. L. VI. cap. 4. ἄλλο νοῦς, ἢ ἀγαθόν. *Aliud mens est, aliud ipsum Bonum.* Enn. 6. VII. 20. ait *Mentem non esse ipsum Bonum nec supremum atque ultimum. Ac quæ Mentem habent, non quiescere; sed Bonum ultimum affectare: tandem mentem quidem ex quodam rationis discursu; bonum verò ante rationem desiderari.* cap. 37. *Deus est mente præstantior.* ibid. *Plato summum Deum menti rectè præfecit.* L. IX. 2. probat *Mentem non esse Vnum.* ibid. *Mentem non posse esse primum* ostendit.

Porphyrius docet, inquit Proclus, libro de patriarchis seu primis auctoribus rerum: *Mentem æternam quidem esse; sed prææternum, προαιώνιον quendam esse, cui ipsa adhæret.* Vide August. de C. D. X. 23. Et propterea Constantinus M. apud Socrat. I. 6. decrevit *Arii sectatores vocitandos Porphyrianos, eo quòd horum doctrinam sint secuti.*

Augustinus de Trinit. scribit *Deum amplius quid quàm Mentem esse, tantum, quantum homo mente præditus superat bruta mente carentia.*

Picus Mirandula concl. 46 secundùm Procl. *sicut secundùm causalitatis ambitum; ita secundùm naturæ & gradus sublimitatem hæc per ordinem se invicem excedunt, anima, intellectus, vita, Ens, & Vnum.* Quòd verò in ipso Platone non tot testimonia pro hac re reperiantur, quàm in ipsis interpretibus, causa est, quia nemini tempore Plato-

Platonis vel antè in mentem venerat, aſſerere Mentem eſſe ipſum Vnum.

Hic jam non minus ſibi, quam nobis oppoſitus Morainvillerius, ut ſuadeat Filium Dei juxta Platonicos eſſe ſummum Deum, demonſtrare annititur in ſuo Examine Philoſophiæ Platonicæ part. III cap. II. ſect. 2. prop. 4. *Mentem identificari cum ipſo Vnò & Bono*, ex eo, quòd *Mens ſit primum Ens: primum autem Ens identificetur cum ipſo Vno & Bono.* Sed regero concedendo Mentem eſſe primum Ens ſecundùm *Platonicos*; non verò illo ſenſu, quo *Ariſtotelici* per primum Ens ſummum Deum intelligunt. Et quoniam non hi, ſed illi Mentem ponunt eſſe primum Ens, utique non ex Ariſtotelis; ſed ex Platonis, Platonicorumque ſcriptis ſignificatio vocis *Entis* petenda. Nec quærendum quomodo vox illa uſurpanda; ſed quomodo Plato eâ uſus ſit: ut intelligatur, quo ſenſu illam prædicet Plato de Mente: malè itaque ſic concluditur: Primum Ens Ariſtotelicum eſt ipſum Vnum & Bonum: ſed prima Mens eſt primum Ens Platonicum: ergò prima Mens eſt ipſum Vnum & Bonum. Nam in eo differt primum Ens Ariſtotelicum à Platonico, quòd illud ſit ipſum Vnum & Bonum: hoc verò minimè. Quo probato, inverto argumentum hac ratione, ut concludam Mentem juxta Platonicos non eſſe ipſum Vnum & Bonum, ex eo, quòd ſit primum Ens. Probatur autem ſic.

Divinus Plato adeò veneratus eſt ipſum Vnum

& Bonum, ut nihil univocè de ipso & genitis prædicari passus sit: adeòque ne Deum summum cum genitis inter Entia conjiceret, ita extulit ipsum, ut *superessentialem*, ὑπερούσιον vocaret: (apud Eusebium de præp. Euang. XI. 21. & Procl. Theol. Plat. II. 4. ex libr. de Republicâ.) Veriùs equidem creaturas non-Entia Dei respectu dixisset. Sed, ut dixi, non investigandum, quomodo vox ista *Entis* jure intelligenda, sed quo sensu intellecta. Hoc autem nullà ratione, sed solis testimoniis ex *Platonicorum* scriptis erutis demonstrari potest.

Audiamus itaque optimum Platonis interpretem Proclum, Theol. Platon. lib. I. cap. 24. dicit ὑπερουσίους τὰς τῶν θεῶν ἑνάδας, *superessentiales Deorum unitates, id est, quæ sunt super omnem essentiam.* Cap. 27. Τῶν ὑπερουσίων ἕκαστος πρώτως θεός· τῶν δὲ νοερῶν ἕκαστος, καθ' ἕνωσιν. *Superessentialium unusquisque primò Deus est. Mentalium verò unusquisque per unionem.* lib. II. cap. 1. statuit ὑπερούσιον τὴν τῶν πάντων ἀρχήν: *omnium principium esse superessentiale.* Lib. III. cap. 1. τὸ πρώτως ὑπερούσιον ἕν. *Quod primò superessentiale est, est unum.* Cap. 4. probatur ὅτι ἓν μόνον τὸ ὡς ἀληθῶς ὑπερούσιον: *quòd solum unum sit revera superessentiale, id est, supra omnem essentiam.* Lib. III. cap. 20. dicit ὑπερουσίους τὰς τῶν θεῶν δυνάμεις, καὶ τὰς μὲν οὐσιώδεις δυνάμεις, οὐ τὰ πάντα δύνασθαι· —— τῶν γὰρ ὑπερουσίων οὐκ εἰσὶν ὑποσατικαί· αἱ δὲ ὑπερούσιοι καὶ τὰς οὐσίας ἀφ' ἑαυτῶν παράγουσιν. *Deorum facultates sunt superessentiales. Et propter istam*

istam potentiam & facultatem Dii sunt ipsorum Entium genitores. Recte igitur & ipsa Poësis ubique dicit Deos omnia posse. Nam essentiales quidem facultates, non omnia possunt. Ipsas enim superessentiales facultates non constituunt. Ipsæ verò superessentiales facultates, essentias quoque ex se producunt. Lib. V. cap. 38. Τὰ ὑπερούσια τῶν θεῶν ἀγαθὰ, τῆς τῶν ὄντων ὑπερήπλωται τάξεως. *Ipsa superessentialia Deorum bona sunt explicata & extensa super ordinem ipsorum Entium.* Elem. prop. 115. probatur: ὅτι θεὸς ὑπερούσιός ἐστι, καὶ ὑπέρζωος, καὶ ὑπέρνους: *quòd Deus sit superessentialis, supervitalis, & supermentalis, ut ita loqui liceat, pro, Deus est omni essentiâ, vitâ & Mente superior.* Infinita alia dantur loca in Platonicorum scriptis quibus Deus ὑπερούσιος adstruitur, quæ nimis longum foret omnia allegare. Theol. Platon. Procl. lib. II. cap. 2. ὅτι μὲν οὖν οὐ ταυτὸν οὐσία, καὶ ἓν δῆλον· οὐ γὰρ ταυτὸν ἕν τε, καὶ ἓν εἰπεῖν, καὶ τὴν οὐσίαν ἕν. — καὶ πρὸς τούτοις, εἰ ταυτὸν οὐσία, καὶ ἕν, ἔσται δὲ τῷ πλῆθος τῷ μὴ εἶναι, καὶ τῇ μὴ οὐσίᾳ ταυτόν. ἀλλ' ἀδύνατον. Καὶ γὰρ ἐν οὐσίᾳ τὰ πολλὰ, καὶ ἐν μὴ οὐσίᾳ τὸ ἕν. *Quod non idem sit Essentia, & unum, perspicuum est. Non enim idem & dicere Vnum & Vnum, & ipsam Essentiam Vnum. — Et præterea, si Essentia & Vnum est idem, ipsa multitudo profectò idem erit ac ipsum non esse, & ipsa non-Essentia:* (rectiùs quidem hoc mihi dici videtur; sed quæritur de mente Procli:) *Sed hoc est impossibile. Nam in Essentiâ sunt multa, & in non-Essentiâ est Vnum.* Lib. II. cap. 4. εἰ Παρμενίδης &c. Locum græcum ple-

num vide supra. Hîc repeto saltem verba Latina : *Si Origenes propterea prætermisisset ipsum Vnum, quòd ipsa Mens sit optimum, & quòd idem sint primò Ens & primò unum*, (NB.) *utique nec nos hæc ipsi concederemus*, *neque cum ipso vera esse confiteremur*, *neque Plato Origenem talia dicentem admitteret*, *aut in suorum familiarium*, *atque discipulorum numerum poneret*. *Procul enim (ut arbitror) hujusmodi dogma est à Platonis Philosophiâ*. Πῶς δὲ αὐτὸ τὸ ἓν, καὶ τὴν οὐσίαν εἰς ταυτὸν ἕξομεν (fortè ἄξομεν) τῇ πασῶν ἐξηγουμένῃ τῶν θείων προόδων ἀρχῇ; καὶ γὰρ ἡ οὐσία, καὶ ὁ Νοῦς ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ πρώτως ὑφεστάναι &c. vide supra. *Quomodo verò ipsum Vnum*, *& ipsam Essentiam pro eodem habebimus cum ipso principio*, *quod omnibus divinis progressibus præest*, *& eos antecedit ? Etenim & ipsa Essentia*, *& ipsa Mens à Bono primò manans subsistere dicitur*, *& circa Bonum subsistentiam habere*, *& repleri ipsâ veritatis luce*, *quæ vel ipsâ Mente*, *& ipsâ Essentiâ est divinior & antiquior*. Lux autem illa prodit & dependet ab ipso Bono & Vno, adeóque etiam ipso Vno Bono posterior est. Lib. III. cap. 7. *Οὔτε γὰρ τὸ ὂν τῷ ἑνὶ ταυτὸν, ἀλλὰ μετέχει τοῦ ἑνός. Nec enim Ens est idem cum Vno; sed particeps sit Vnius*. Ergò nec primum Ens identificatur cum primo Vno; sed participat primum Vnum ; omne participans autem inferius est participato : (commodiùs hæc in græco sonant) aliud ergò est primum Ens, & aliud primum Vnum, quia nihil se ipso inferius dici potest. Τὸ ὂν οὐχ ὂν αὐτοέν, ἀλλ' ἑνοειδές. *Ens non est ipsum Vnum ; sed Vnisimile*. Cap. 20. demon-

strat

strat *Vnum Ens non esse idem cum Vno.* Δεῖ τοίνυν τὸ μὲν ἓν προτάττειν τοῦ ἑνὸς ὄντος, τὸ δὲ ἓν ὂν ἐξάπτειν τοῦ μόνως ἑνός· εἰ γὰρ εἴη ταυτὸν, τὸ δὲ ἕν, καὶ τὸ ἓν ὄν, καὶ μηδὲν διαφέρει λέγειν ἕν, καὶ ὄν. *Oportet igitur ipsum quidem Vnum anteponere ipsi Vni Enti; ipsum verò Vnum Ens, illi quod est tantùm Vnum, sic annectere, ut id ex eo pendere dicas. Si enim & ipsum Vnum & ipsum Vnum Ens essent idem; nihil quoque differrent Ens & Vnum:* quod absurdum esse demonstrat. Lib. II. cap. 4. ὁ Ἐλεάτης ξένος ἐν τῷ Σοφιστῇ διορίζεται ὅτι τὸ μὲν πλῆθος τῶν ὄντων ἁπάντων, εἴτε οὖν ἐναντίων ὄντων, εἴτε καὶ μή, τοῦ ἑνὸς ὄντος ἐξάπτειν ἀνάγκη. τὸ δὲ ἓν ὂν αὐτὸ, τοῦ ἑνός. *Eleates hospes in Sophistâ distinctè tradit, quòd ipsa quidem omnium Entium multitudo, sive illa sint contraria, sive non, necessariò pendeat ex eo quod est unum Ens. Illud ipsum verò unum Ens pendeat ex Vno.* Lib III. cap. I. Τὸ ὂν κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν, ἀνόμοιόν ἐστι πρὸς τὸ ἕν. ἡ γὰρ οὐσία πρὸς τὸ ὑπερούσιον, καὶ τὸ δεόμενον ἑνότητος ἀλλαχόθεν, πρὸς τὴν πρωτίστην ἕνωσιν, ἀσύναπτόν ἐστι, καὶ πόῤῥω διέστηκεν ἀπ' αὐτῆς. *Ens secundùm naturam suam dissimile est ad ipsum Vnum. Nam Essentia ad superessentiale, & illud quod indiget Vnitate aliunde, ad ipsam primam Vnitatem, incohærens est, & procul distat ab eâ.* Cap. 7. ἔστιν ἄρα τὸ πρὸ τοῦ ὄντος ἕν, ὃ καὶ ὑφίστησι τὸ ὄν, καὶ αἴτιόν ἐστι τοῦ ὄντος πρώτως. —— αἴτιόν ἐστι τοῦτο τὸ ἕν, καὶ ὑποστατικὸν τοῦ ὄντος. *Est igitur aliquid, quod est Vnum ante ipsum Ens, quod & ipsum Ens constituit & sustinet, & caussa est ipsius Entis primò.* —— *Hoc ipsum Vnum caussa est & constitutivum ipsius*

Entis. Nihil autem est sui ipsius caussa. L. VI. cap. 12. τἀγαθὸν οὐσίαν, καὶ ὄντως ὂν παράγει, καὶ νῦ καὶ νοντῶν αἴτιον προτετακται. *Ipsum Bonum Essentiam & verè Ens producit, & Mentis & Mentalium caussa est, & primo loco collocatur.* Element. prop. 100. τὰ ὄντα πάντα ἀφ' ἑνός. *Entia omnia ab ipso Vno manant.* L. II. cap. 4. demonstrat principium omnium, primamque caussam (Vnum Bonum) esse supra Mentem & omne Ens: dicitque se mirari Origenem, quòd cum Plotino ejusdem doctrinæ particeps fuerit, docendo Vnum ipsum esse supra Mentem & omne Ens. Paulò pòst: Μικρὰ διέλθωμεν, &c. Vide supra. *Paucis disseramus super Platonis sententiâ concertantes & monstrantes, quòd primam caussam supra Mentem, & ab omnibus Entibus exemptam dicat, sicut eum Plotinus & Porphyrius, & omnes illorum sectantes Philosophiam dicere putant.* Pòst idem demonstrat ex Platonis libris de Republicâ, Sophistâ, Philebo, Parmenide, de superessentiali Vnius hypothesi: Τὸ ἓν τοίνυν ἐπέκεινα τῦ ὄντος, ὁ Πλάτων ἀποδίδωσιν ὑπάρχον, καθάπερ δὴ καὶ τῶν ὄντων ἐμβεβηκὸς τὸ πρώτιστον ἐν τοῖς ὅλοις ὑποτίθεσθαι. Νῦς γὰρ ἡ πρωτίστη, καὶ ὄντως ῦσα φύσις· τὸ δὲ ὂν, πῶς ῦ τῦ ἑνὸς δεύτερον, μετέχον ἐκείνυ, καὶ διὰ τῦτο προσαγορευόμενον ἕν; *Si igitur ipsum Vnum est supra ipsum Ens, & id antecedit, Plato tradit hoc ita esse, ut jam etiam dixit ipsum Primum ex ipsis Entibus excessisse, & in ipsis non contineri; sed supra ipsa esse, & in ipsis universis supponi, & pro universorum fundamento statui docet. Mens* enim

enim est prima & verè existens natura. Ipsum verò Ens quomodo non est Vno posterius, cùm illius sit particeps? Ὁ Παρμενίδης ἡμᾶς διδάσκει σαφέστατα τὴν τοῦ
ἑνὸς πρὸς τὴν οὐσίαν, καὶ τοῦ εἶναι διαφορότητα, καὶ ὅτι
τῶν τε ἄλλων ἐξῄρηται τὸ ἕν, καὶ τῆς οὐσίας. *Parmenides nos docet manifestissimè, differentiam Vnius ab ipsâ Essentiâ, & ab ipso esse, & cum ex aliis omnibus, tum etiam ex ipsâ Essentiâ ipsum Vnum exemptum esse.*
Τὸ δὴ τῆς οὐσίας αἴτιον καὶ κατ᾽ ἄκραν ὑπεροχὴν ἐξῃρημένον, πῶς οὐχὶ καὶ τῆς νοερᾶς ἐστι τάξεως ἐπέκεινα; καὶ γὰρ ὁ Νοῦς οὐσία. *Quod enim est ipsius Essentiæ caussa, & quod propter summam excellentiam ex Essentiâ est exemptum, quomodo non etiam erit supra mentalem ordinem? Etenim ipsa Mens est Essentia.*
Τίνι δὲ ἂν καὶ διοίσει τοῦ ἑνὸς ὄντος τὸ πρὸ τοῦ ὄντος ἕν, εἰ ἄριστόν ἐστιν ὁ Νοῦς, καὶ ἡ πρωτίστη τῶν ὅλων ἀρχή; τὸ γὰρ ἓν ὂν μετέχει τοῦ ἑνός· τὸ δὲ μετέχον τοῦ μετεχομένου δεύτερον. ἀλλ᾽ ὅτι μὲν κατὰ Πλάτωνα τὸ ἓν τοῦ νοῦ καὶ τῆς οὐσίας πρεσβύτερον, διὰ τούτων ὑπομεμνήσθη. *Per quid etiam differret Vnum Ens ab Vno, quod est ante Ens: si Mens est optimum, & primum universorum principium. Vnum enim Ens participat Vnum: participans verò ipso participato est posterius: & ex Platonis quidem sententiâ, ipsum Vnum ipsâ Mente, & ipsâ Essentiâ antiquius esse, per ea, quæ jam dicta sunt, commemoratum est.* Lib. II. cap. 2. demonstrat *Vnius hypostasin exemptam ex omnibus essentiis corporeis & incorporeis.* Ἔστιν ἄρα τὸ τῶν ὄντων ἁπάντων αἴτιον, ὑπὲρ οὐσίαν πᾶσαν,

καὶ

καὶ χωριστὸν ἁπάσης οὐσίας, καὶ οὔτε οὐσίαν, οὔτε πρόσθήκην τὴν οὐσίαν ἔχον. ἡ γὰρ τοιαύτη πρόσθεσις, ἐλάττωσίς ἐστι τῆς ἁπλότητος, καὶ τοῦ ἕν. *Illa prima igitur omnium Entium caussa est supra omnem Essentiam, & separata ab omni Essentiâ, & neque Essentiam, neque additamentum ipsam Essentiam habet. Nam talis additio est imminutio ipsius simplicitatis, & illius quod est Vnum.* Cap. 4. οὐκ οὐσίας ὄντος τοῦ ἀγαθοῦ, ἀλλ' ἐπέκεινα τῆς οὐσίας πρεσβείᾳ τε, καὶ δυνάμει ὑπερέχοντος. (sunt verba Platonis de Republ. apud Euseb. de præp. Euang. XI. 21.) διὰ δὴ τούτων πάντων καταφανὲς ὅπως τὸ ἀγαθὸν. καὶ τὴν πρωτίστην ἀρχὴν, καὶ τῆς οὐσίας ὑπερηπλῶσθαι καθ' ἕνωσιν ἀφορίζεται. *Siquidem ipsum Bonum non est Essentia; sed ipsam Essentiam & antiquitate, & potentiâ & excellentiâ longè superat. Ex his igitur omnibus perspicuum, quomodo ipsum Bonum & ipsum primum Principium etiam super ipsam Essentiam explicatum & expansum esse, per unionem definiat Plato.* Cap. 6. Τὸ γὰρ ἀγαθὸν τὸ πρώτιστον, ὃ καὶ συνεντέμνοντες τοὔνομα, τ' ἀγαθὸν εἰώθαμεν ἀποκαλεῖν, ὑπερούσιόν τι θέσθω, καὶ τῶν ὄντων ἁπάντων πρεσβείᾳ τε καὶ δυνάμει προέχον. *Bonum illud primum, quod etiam nomine contracto* τ' ἀγαθὸν *appellare consuevimus, superessentiale quiddam esse statuatur, & omnibus Entibus & antiquitate & potentiâ præstantius.* Cap. 12. ὁ Παρμενίδης λέγει· καὶ τῆς οὐσίας τὸ ἓν ἐπέκεινα, καὶ τοῦ ἑνὸς ὄντος. — διὸ καὶ τοῦ ἑνὸς ἐπέκεινα τοῦ τῇ οὐσίᾳ συζυγοῦντος εἴρηται, &c. *Parmenides dicit etiam supra essentiam esse Vnum ipsum, & supra Vnum Ens.*

Ens. — *Propterea etiam supra Vnum illud dictum est, quod cum essentiâ conjunctum est, & hoc est unum Ens.* Lib. III. cap. 15. μετὰ τὸ ἓν τοίνυν τὸ πρὸ τῶν ὄντων, τὸ ἓν πολλὰ κρυφίως, καὶ τὸ ἡνωμένον. *Post illud Vnum, quod est ante ipsa Entia, est illud Vnum, quod est occulte multa, & quod est unitum.* Lib. 1. c. 13. Τὸ τῆς οὐσίας αἴτιον, ἑαυτῆς πολλῷ πρότερόν ἐστι. *Caussa essentiæ longe prior est ipsâ essentiâ.* Nihil autem se ipso prius esse potest. Lib. III. cap. 1. Πρὸ τῶν ὄντως ὄντων ἀνάγκη τὰς ἑνάδας ὑφιστάνειν ἦν. *Ante verè Entia, necesse erat subsistere unitates.* Cap. 7. ὁ πρώτιστος θεὸς, ὃς ἀφ᾽ ὅλων τῶν ὄντων ἐξῃρημένος. *Primus Deus, qui ab omnibus entibus exemptus est:* vel, *à quo omnia entia dependent.* Cap. 20. docet Platonem (in Parmenide sine dubio) ita distinguere inter Vnum & Ens, dicat τὸ κυριώτατον, καὶ πρώτως ἓν τοῦ ἑνὸς ὄντος ἐξῃρημένον: *Principalissimum & primò Vnum exemptum ex eo, quod est Ens Vnum.* Lib. II. cap. 6. ὁ Πλάτων ἐν Παρμενίδῃ αὐτοὲν ὑποθέμενος διὰ τῶν ἀποφατικῶν συμπερασμάτων ἐκφαίνει τὴν ἐξῃρημένην αὐτοῦ τῶν ὄντων ὑπεροχήν. *Plato in Parmenide per se-Vnum, per negantes conclusiones ostendit; ipsius excellentiam ex ipsis Entibus exemptam.* Lib. III. cap. 9. Τὸ πρώτιστον τῶν μικτῶν πρώτιστόν ἐστι τῶν ὄντων. *Primum mixtorum est primum Entium:* unde cap. 11. dicit: τὸ μὲν ὂν πρώτως ὂν διὰ ταῦτα μικτὸν ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος προσείρηται. *Primò Ens propterea mixtum à Platone dictum est.* Sed ipsum Vnum nullo modo mixtum dici potest. Lib. 1. cap. 10. οὐ γάρ ἐστιν ἡ τοῦ ὄντος φύσις μία, καὶ ἁπλῆ

καὶ

ἢ ἀδιαίρετος. *Entis natura non est una, & simplex, & individua.* Sed lib. III. cap. 20 ἀμερὲς τὸ αὐτοέν. *Individuum est ipsum per se Vnum* Et lib. II. cap. 1. τὸ ἓν ὀ μεριστόν: *Vnum non est dividuum.* Lib. VI. cap. 13. τὸ ἀγαθὸν ἅπασι τοῖς οὖσι προξενεῖ τὴν εὐδαιμονίαν. Bonum omnibus Entibus præbet beatitudinem. Idem in Timæum, quid bonum sit: probat τ' ἀγαθὸν esse ὑπερούσιον.

Ex his omnibus ita concludo: Primum Ens juxta Platonicos non est ipsum Vnum & Bonum: prima Mens autem juxta Platonicos est primum Ens. Ergò prima Mens non est ipsum Vnum & Bonum secundùm Platonicos. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Sed fortè dicet Morainvillerius Mentem nihilominus à Platonicis sæpe vocari Deum. Cui respondeo verbis ipsismet Procli lib. I. cap. 27. θεὸς ὁ μὲν ἐστιν ἁπλῶς θεός, ὁ δὲ, καθ' ἕνωσιν, ὁ δὲ, κατὰ μέθεξιν, ὁ δὲ, κατὰ συναφὴν, ὁ δὲ, καθ' ὁμοίωσιν. Τῶν μὲν γὰρ ὑπερουσίων ἕκαστος πρώτως θεός· τῶν δὲ νοερῶν ἕκαστος καθ' ἕνωσιν. *Deus alius simpliciter Deus, alius secundùm unionem, alius secundùm participationem, alius secundùm cohærentiam, alius secundùm similitudinem. Superessentialium quidem quilibet primò Deus. Mentalium verò quilibet secundùm unionem.* Nos autem nihil aliud demonstrare conati sumus, quàm Mentem secundùm Platonicos non esse ipsum primò & simpliciter dictum Deum, qui solus Vnum Bonum dicitur. Porrò quâ ratione Proclus Mentem vocet Deum vide lib. II. 4.

Quod

Quod Patres concernit, probabimus eos Platonicos fuiſſe uſque in ſeculum quintum, in tract. de origine animæ. Omnes quoque iſtos (ſi recentiores excipias) ſenſu Platonico de Verbo ſcripſiſſe, alibi probabimus. Memorabile eſt quod Iuſtinus dial. cum Tryphone ſcribit: ὅτι οὐκ ἀλλότριά ἐστι τὰ Πλάτωνος διδάγματα τοῦ Χριστοῦ: *quòd Platonis dogmata à Christo* (vel *Christi*) *non ſint aliena.* Auguſtinus epiſt. 56. de ver. rel. cap. 3. 4. & Confeſſ. lib. VII. cap. 9. & lib. VIII. cap. 11. ſcribit *principium Evangelii Ioannis in Platonicorum ſcriptis multiplicibus ſuaderi rationibus.* item, *Platonicos Philoſophos paucis mutatis eſſe Chriſtianos, omniumque facillimè Chriſtianos fieri poſſe.*

Ultimi Muhammedani per Verbum Dei intelligunt virtutem, ſpiritumque Dei ante ſecula exiſtentem, & pòſt ex ſanctiſſimâ Virgine Mariæ natum. De iis vide lib. 3. hiſtor. Eccleſ.

F I N I S.

APPENDIX
INTERPRETATIONVM
PARADOXARVM.

APPENDIX

Interpretationum Paradoxarum.

Geneſeos

CAP. I.

VErſ. 1. בראשית] Ebræum בראשית LXX. Interp. tranſtulerunt ἐν ἀρχῇ. Paraphraſtes Hieroſolymitanus, בחוכמה *in ſapientiâ:* Aquila græcè *in capitulo*: Vulgata reddidit, *in principio.* Hieron. trad. in Gen. ſcribit *pleroſque exiſtimare, ſicut in altercatione quoque Iaſonis & Papiſci ſcriptum eſt, & Tertullianus in libro contra Praxean diſputat, nec non Hilarius in expoſitione cujuſdam Pſalmi affirmat, in Hebræo haberi: In Filio fecit Deus cælum & terram, id eſt,* בבן. Verùm licèt vulgata & moderna lectio retineatur, nihilominus per principium hoc loco ipſum Dei filium intellexêre Theophilus Antioch. II. ad Autolyc. ὅτι ἐν τῷ λόγῳ αὐτοῦ ὁ θεὸς πεποίηκε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς, ἔφη· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν: *quòd in Verbo ſuo Deus ille fecit cælum & terram, & quæ ſunt in ipſis, dixit: in principio fecit Deus cælum & terram.* Ad hunc locum alludit, cùm poſtea ſcribit: ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν τουτέστι,

πέσι, διὰ τῆς ἀρχῆς γεγενῆσθαι τὸν οὐρανὸν, καθὼς ἔφθημεν δεδηλωκέναι: *in principio fecit Deus cœlum, id est, per principium factum est cœlum, quemadmodum supra edocuimus.* Clemens Alexandrinus, qui etiam pro hac suâ sententiâ producit D. Petrum sic scribens Strom. lib. 6. ἓν μὲν τὸ ἀγέννητον, ὁ παντοκράτωρ θεός· ἓν δὲ καὶ τὸ προγεννηθὲν, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. εἷς γὰρ τῷ ὄντι ἐστὶν ὁ θεὸς, ὃς ἀρχὴν τῶν ἀπάντων ἐποίησεν, μηνύων τὸν πρωτόγονον υἱὸν, ὁ Πέτρος γράφει, συνεὶς ἀκριβῶς τὸ, ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Σοφία δὲ οὗτος εἴρηται πρὸς ἁπάντων τῶν προφητῶν: &c. *Vnum est ingenitum nempe Deus omnipotens: unum est etiam prægenitum, per quod omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Vnus enim revera est Deus, qui fecit principium universorum significans primogenitum filium: ut scribit Petrus præclarè intelligens illud: In principio fecit Deus cœlum & terram, is autem dictus est sapientia ab omnibus Prophetis.* In Eclogis eâdem ratione dictum hoc exponitur. Tertullianus de Trin. *Moses*, inquit, *in principio suarum nobis tradidit literarum, quo dicamus omnia creata & condita esse per Dei filium, hoc est per Dei Verbum:* &c. Hanc interpretationem quoque sequitur Clementis Alexan. discipulus Origenes, qui in h.l. ita scribit: *quod est omnium principium: nisi Dominus noster, & Salvator omnium Christus Iesus, primogenitus omnis creaturæ? In hoc ergò principio, hoc est in Verbo suo, Deus cœlum & terram fecit: sicut & Euangelista Ioannes in initio Euangelii sui ait, dicens: in princi-*

pio

pio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Non ergò hic temporale aliquod principium dicit; sed in principio, id est in Salvatore factum esse dicit cœlum & terram, & omnia quæ facta sunt. Similiter Hilarium enarrantem Psalmum quendam dixisse *τὸ breshith rectiùs verti in filio, quàm in principio:* refert Hieronymus in annotationibus quas scripsit de traditionibus Hebræorum in Genesim. Erasmus suspicatur in præfatione operum Hilarii, locum quem notat Hieronymus, esse in commentario, quo Hilarius enarrat Psalmum secundum. Nam illîc obiter annotat *Breshith Hebræis sonare tria, in principio, in capite, & in filio.* Eandem sententiam Hieronymus d. l. attribuit Tertulliano libro contra Praxean, & altercationi Iasonis & Papisci: cujus dialogi longè ante Hieronymum meminit Origenes lib.4.adv.Cels. Quod ad Tertullianum attinet, utique refellit quidem ipse in libro adversus Praxean illorum lectionem, quâ quidam principium Geneseos sic legebant: *In principio Deus sibi fecit filium.* De istâ autem interpretatione, de quâ jam agimus, tanquam suâ nihil in toto libro scribit autor. Credo itaque locum posterioribus temporibus esse excisum. Libro autem quem contra Hermogenem scripsit Tertullianus, non obscurè innuit se huic interpretationi addictum fuisse, cùm sic ait: *Si per Sophiam Dei omnia facta sunt, & cœlum ergò & terram Deus*

faciens in principio, id est, initio in Sophiâ suâ fecit. — De Sophiâ potuit dici in principio. In Sophiâ enim primo fecit. Sic & per principium σοφίαν h. l. intellexêre Methodius apud Photium Cod. 235. Acacius in Catenâ. Et Targum Hierosolymitanum בחכמה reddidit : *In sapientiâ creavit Deus cœlum & terram.* Tertullianus quoque d. l. τὴν ἀρχὴν latinè reddit *principatum*, vel *potestatem.* Sophia autem omnium consensu in sacris filium Dei denotat, cùm de supposito quodam prædicatur. Solus ferè Theophilus Antioch. per σοφίαν Spiritum S. videtur intelligere. Ambrosius & Basilius h. l. & Augustinus lib. II. Conf. cap. 9. & XII. 19. 20. 28. & lib. I. de Gen. ad lit. cap. 5. & lib. I. contr. advers. leg. cap. 2. *In principio*, inquiunt, *id est in Filio, vel in Verbo, fecit Deus nimirum, Pater, cœlum & terram.* Consentit quoque Hieronymus d. l. qui huc refert illa Verba Christi in Psalmo : *In capite libri scriptum est de me: id est in principio Geneseos* : & l. de viro perfecto: *Vide & in Psalmis ait : In capite libri scriptum est de me : caput libri est Geneseos principium.* Nec dissentiunt Eucherius, Beda, & alii quidam. Ioan. Arboreus Laudunensis comm. ad Hebr. I. dicit *sub nomine principii, in quo Deus creâsse cœlum & terram dicitur, indicari Christum.* Nicolaus Gorramius in loc. eund. *Fundâsti, inquam, in principio, id est, in Filio.* In principio autem, vel in filio apud Hebræos idem denotare quod per principium, vel per filium, innuunt locis supra allegatis Theophil. Antioch. Clem. Alex.

Alex. Origenes & Hieronymus: cùm pro hac re producunt teſtimonium Euangeliſtæ Ioannis dicentis cap. I. verſ. 3. *Omnia per ipſum facta ſunt.* Imò & ipſe Apoſtolus Paulus, hæc pro eiſdem habet. Nam 1. ad Cor. VIII. 6. ſcribit: *Vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum*: ſed ad Coloſſ. I. 15. 16. 17. ait: *qui eſt imago Dei invſibilis primogenitus omnis creaturæ, quia in ipſo creata ſunt omnia, quæ in cœlis & quæ ſuper terram ſunt, viſibilia & inviſibilia, ſive throni, ſive dominationes, ſive principatus, ſive poteſtates: omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt. Et ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſiſtunt.* Conf. 1. Cor. I. 30. Chaldæus Paraphraſtes Eſai. XLV. 12. legit: *Ego in Verbo meo feci terram, & homines ſuper eam creavi.* Hebræi etiam τὸ διὰ per ב exprimunt: qualis autem cauſa per διὰ denotetur, de eo egimus in Ioan. I. 3. Nec adeò veritati repugnare credenda eſt hæc unanimis Patrum interpretatio, nec temerè rejicienda, cùm conſtet filium & in ſacris literis, præprimis Prov. VIII. 22. & Ioan. VIII. 25. & à primitivis Patribus ſæpiſſimè vocari principium: Omnium loco ſint Philo, Tatianus, (qui ait: ὁ λόγος ἔργον πρωτότοκον τοῦ πατρὸς γίνεται· τοῦτον ἴσμεν τοῦ κόσμου τὴν ἀρχὴν: *Verbum opus Patris primogenitum fit: hoc novimus mundi principium.*) Theoph. Antioch. II. ad Autolyc. Clemens Alex. lib. VI. Strom. Πέτρος, inquit, ἐν τῷ κηρύγματι λέγει. γινώσκετε οὖν ὅτι εἷς θεός ἐστιν, ὃς ἀρχὴν πάντων ἐποίησεν: *Petrus in prædicatione dicit: cognoſcite itaque quòd unus ſit*

 Deus,

Deus, qui principium omnium fecit. Licèt autem Clemens in eodem hoc libro, solum ingenitum Deum Patrem principium omnium vocet: non tamen ille in loco isto intelligendus, tum ne Clemens videatur dixisse, quod Deus seipsum fecerit: hoc enim absurdum: & meritò culpatur Lactantius ita loquens, tum etiam quia similiter asserit in loco priùs allegato Deum fecisse principium universorum, significans primogenitum filium. Conciliatio est talis, quòd filius dici possit principium omnium, quia per eum vel in eo omnia creata sunt; sed respectu Patris filius non est principium omnium, sed Pater: quia hic est principium filii, quem genuit. Ita Tertullianus, vel quisquis autor libri de Trinitate, negat *Filium esse principium omnium ut Patrem.* Conf. Origen. tom. 1. in Ioan. Cyprian. de Iejunio, Eusebium de præp. Euang. VII. 14. 17. & XI. 15. ex Philone. Symbolum Sirmiense art. 26. apud Hilar. de Synod. & Socr. II. 30. Sed longum foret omnia alia enarrare. Grotio seorsim ire placuit, cùm h. l. *in principii creavit Deus cœlum & terram*, interpretatur per: *antequam crearet Deus cœlum & terram.*

ברא] Ebræum ברא LXX. Interp. vertere ἐποίησεν, Vulgata *creavit*. Modernis Philosophis creare, generare & facere communiter sic distinguuntur, ut *creare* sit solius Dei proprium, sitque ex nihilo aliquid producere in esse: *generare* sit ex substantiâ, & ad similitudinem generantis: *facere* autem ex materiâ præexistente, non tamen ad

ad ſimilitudinem facientis. Alii creare & generare ita diſtinguunt, ut hoc fiat ex materia propriâ, illud ex extraneâ. Ego verò puto creationem & generationem, cùm de Deo dicitur, in eo quidem convenire, quòd non fiant ex materiâ præexiſtente; at in eo differre, quòd generatio propriè dicatur de entibus, intelligentiis, & ſpiritibus, qui ad imaginem & ſimilitudinem Dei producti ſunt; creationem autem de materiâ, corporibus, & mundo hoc ſenſibili, viſibilique prædicari: de quo diſcrimine fuſius agam ad Proverb. VIII. 22. Antiquos autem ſcriptores vocibus his indifferenter uſos conſtat. Quòd res creata ſæpiſſimè dicatur facta, illorum nemo inficias ibit, qui Chriſtum ideo negant eſſe factum vel facturam, quia non ſit creatus vel creatura Quòd autem res creatæ ſæpe generatæ dicantur, probatur. Nam (ut prætercam Chald. & Syriac. בר *filius* ab Ebr. ברא poſſe deduci) hoc loco cœlum & terra dicuntur creata; de quibus tamen Gen. II. 4. ſcribitur: אלה תולדות השמים והארץ *Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ:* תולדות enim propriè *generationes* ſignificat. Et Moſes ait: υἱοί ἐστε κυρίου τοῦ θεοῦ: *filii eſtis Domini Dei.* Et θεὸν τὸν γεννήσαντά σε. *Deum qui genuit te.* Deut. XXXII. 6. οὐκ αὐτὸς οὗτός σου πατὴρ ἐκτήσατό σε, καὶ ἐποίησέ σε, καὶ ἔπλασέ σε. *Nonne iſte ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit & fecit & creavit te?* 18. *Deum qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es Domini creatoris tui:* LXX. θεὸν τὸν γεννήσαντά σε ἐγκατέλιπες, καὶ ἐπελάθου θεοῦ τοῦ τρέφοντός σε. Iob. XXXVIII. 28.

28. 29. *Quis est pluviæ pater: vel quis genuit stillas roris? De cujus utero egressa est glacies*: (vel *nix*) & *gelu de cœlo quis genuit?* Psalm. LXXXIX. 2. πρὸ τοῦ ὄρη γεννηθῆναι, ex Hebr. *Antequam montes gignerentur.* & XXXII. vel XXXIII. 9. αὐτὸς εἶπεν καὶ ἐγεννήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο καὶ ἐκτίσθησαν: *Ipse dixit, & genita sunt: ipse mandavit & creata sunt.* Ita legit Euseb. præp. Eu. VI. 6. VII. 14. & Gregor. Nyssen. Esai. I. 2. *Filios genui*, ait Deus, *& exaltavi.* Item: *Filius meus primogenitus Israël est.* Malach. II. 10. Οὐχὶ πατὴρ εἷς πάντων ὑμῶν, οὐχὶ θεὸς εἷς ἔκτισεν ὑμᾶς; *Nonne unus est pater noster, nonne unus Deus creavit nos?* Ignatius ad Philipp. hæc verba sic legit: οὐχ' εἷς θεὸς ἔκτισεν ἡμᾶς; οὐχ' εἷς πατὴρ πάντων ἡμῶν; *Nonne unus Deus creavit nos, nonne unus nobis omnibus est Pater?* Luc. III. ult. *Adam Dei Filius* nominatur. Ioan. I. 13. *qui ex Deo generati sunt.* 1. Ioan. IV. 7. *Omnis qui diligit, ex Deo generatus est.* V. 1. *Omnis qui credit Iesum esse Christum, ex Deo generatus est.* 4. *Omne quod generatum est ex Deo, vincit mundum.* III. 9. V. 18. *Omnis qui natus est ex Deo non peccat, & qui natus est ex Deo*, &c. Hebr. IV. 3. *Operibus à fundatione mundi genitis*: ita Montanus Hebr. XII. 9. Deus vocatur ὁ πατὴρ τῶν πνευμάτων: Sic *Angeli Filii Dei* dicuntur Gen. VI. 2. (ut videbimus h. l.) Deut. XXXII. 42. 43. Iobi I. 6. II. 1. Iacob. III. 9. ἐν αὐτῇ εὐλογοῦμεν τὸν θεὸν καὶ πατέρα, καὶ ἐν αὐτῇ καταρώμεθα τοὺς ἀνθρώπους τοὺς καθ' ὁμοίωσιν θεοῦ γεγεννημένους: *in ipsâ benedicimus*

cimus Deum & Patrem, & in ipsâ execramur homines ad similitudinem Dei natos. Plura exempla ex scripturâ petita lege sis apud Doctiss. Episcopium, Inst. Theol. IV. 33. Conf. Gregor. Nyssen. 1. contra Eunom. Philo Judæus sæpissimè scribit Deum Patrem genuisse stellas, mundum, cœlum, totum universum, legem æternam, angelos, mentem, animam, & homines ad imaginem suam. Deum item esse Patrem naturalem cœli, mentis, animæ, omnium intelligibilium & sensibilium, universorum, angelorum, entium, omnium, mundi, universi, & totius hominum generis. Mundum esse filium Dei Patris juniorem: tempus nepotem Dei: tandem Mosen quoque scribit dicere mundum genitum: de mundi opific. de cherub. de sacrif. Abel. & Cain, quòd det. pot. ins. sol. de plant. Noæ: de temul. quòd Deus sit immutab. de confus. lingu. de Abrah. de exilio, de profug. quis rerum divin. hæres, de somniis: de vita Mosis lib. 1. 2. 3. de charit. de constit. princip. de fortitud. de decal. de speciali. leg. 1. 2. de Mon. 1. de vit. contempl. de nobilit. de præm. & pœn. quòd mundus incorrup. de virtutibus & legat. ad Cajum. Hermes in Pœmandr. ἀπεκύησε τὸν ἄνθρωπον ὁ θεὸς αὐτῷ ἴσον: *peperit hominem Deus sibi similem.* Et apud Suidam Trismeg. Πάντων γὰρ κύριος καὶ πατὴρ καὶ θεός: *omnium Dominus & Pater & Deus.* Plato in Timæo: λέγει, inquit, πρὸς αὐτοὺς ὁ τόδε τὸ πᾶν γεννήσας, τάδε, θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς, πατήρ τε ἔργων: *dicit ad ipsos, qui hoc*

hoc universum generavit, *hæc*: *dii deorum*, *quorum operum ego creator & pater sum*. Ibid. mundum vocat Deum generatum, & Deum factorem & Patrem universi. Ibid. ἀλλὰ ταῦτά τε ἱκανῶς ἡμῖν πάντη, καὶ τὰ περὶ θεῶν ὁρατῶν καὶ γεννητῶν εἰρημένα φύσεως, ἐχέτω τέλος. *Sed hæc dicta sufficiant nobis, de deorum visibilium & genitorum naturâ*. De animâ mundi: θηλόμενος ὦν ἄριστον γέννημα ποιεῖν, τοῦτον ἐποίει θεὸν γεννατὸν, οὔποκα φθαρησούμενον ὑπ' ἄλλω αἰτίω ἔξω τῶ αὐτὸν συντεταγμένω θεῶ, εἴποκα θήλετο αὐτὸν διαλύειν. ἀλλ' οὐ γὰρ τ' ἀγαθῶ ἐστιν ὁρμᾶν ἐπὶ φθορὰν γεννάματος καλλίστω· διαμένει ἄρα, τοιόσδε ὤν, ἄφθαρτος καὶ ἀνώλεθρος καὶ μακάριος· κράτιστος δ' ἐστὶ γενναλῶν, ἐπεὶ ὑπὸ τῶ κρατίστω αἰτίω ἐγένετο: *Volens itaque optimum fœtum facere, hunc fecit Deum genitum, nunquam corrumpendum ab aliâ causâ, extra Deum illum, qui constituit ipsum, siquando corrumpendus esset; Atenim ipsius Boni non est impetu ferri in corruptionem optimi fœtûs: permanet ergo qualis est, incorruptibilis & immortalis, & beatus; optimus autem est eorum, qui geniti sunt, siquidem ab optimâ causâ factus est*. Arist. de gener. &corrupt. definit generationem, quod sit mutatio ex non ente in ens. Sed eadem est definitio creationis. Dio Boristhenitica orat. XXXVI. πάντες οἱ ποιηταὶ κατ' ταῦτα τὸν πρῶτον καὶ μέγιστον θεὸν, πατέρα καλοῦσι, συλλήβδην ἅπαντος τοῦ λογικοῦ γένους. *Omnes Poëtæ secundùm hæc primum & maximum Deum, Patrem vocant omnis omnino generis rationalis.* Maximus Tyrius orat. I. p. 3. ὅτι θεὸς εἷς πάντων βασιλεὺς καὶ πατήρ: *quia Deus unus omnium*

Rex

Rex & Pater. Atticus probavit mundum esse genitum, Deumque vocavit patrem & creatorem universi, apud Euseb. præp. Euang. XV. 5. 12. Conf. 14. ex epitome Arii Didymi: cap. 32. scribit Pythagoram, Platonem, Stoicos, & Epicurum, statuere mundum genitum. Proclus lib. I. Theol. Platon. cap. 19. ὁ κόσμος ὑπὸ τοῦ γεννήσαντος αὐτὸν πατρός. *Mundus est à Patre, qui genuit eum.* Bene autem noverant & Philo, & Plato ac Platonici, Stoicique, Deum creâsse universa ex nihilo, partim ex lectione librorum Mosis & Prophetarum, partim ex ratione demonstrativa, de quâ alibi. De Senecâ Vide Lact. I. 7. Clem. Rom. 1. ad Corinth. ἀτενίσωμεν εἰς τὸν πατέρα καὶ κτίστην τοῦ σύμπαντος κόσμου. *inspiciamus in patrem & creatorem totius universi.* ibid. ὁ δημιουργὸς καὶ πατὴρ τῶν αἰώνων: Creator & pater seculorum. Iustinus Martyr ait mundum esse genitum: Deum facere genita: genita creare genita. Apol. 2. Deum vocat Parentem universitatis. Tertiâ quæst. ad Græc. & quartâ: τὸ δημιουργητὸν τοῦ δημιουργοῦ ἤγουν τοῦ γεννητοῦ λέξει μόνῃ διαφέρει, πράγματι δὲ οὐ διαφέρει. διὸ καθόλου ἀντιστρέφει ἀλλήλοις διὰ τὸ εἶναι αὐτὰ ἐπίσης· εἴτι γὰρ γεννητὸν, τοῦτο ἐξ ἀνάγκης καὶ δημιουργητόν· καὶ εἴτι δημιουργητὸν, τοῦτο ἐξ ἀνάγκης καὶ γεννητόν. *Creatum à genito voce solâ, non re ipsâ differt: quare omninò indifferenter usurpantur, quia sunt eadem: nam siquid est genitum, hoc etiam necessario est creatum: & siquid creatum, hoc etiam necessariò est genitum.* Mox: ἀνταναλύουσι

θῶσι γὰρ ἀλλήλοις ἐξ ἀνάγκης, τῷ μὲν ἀγεννήτῳ τὸ ἀδημιούργητον, καὶ τῷ ἀδημιουργήτῳ τὸ ἀγέννητον. *Necessariò consequitur & increatum esse ingenitum, & ingenitum increatum.* quæst. 5. τὸ ἀδημιούργητον ἴσον δύναται τῷ ἀγεννήτῳ· τῶν ἰσοδυναμούντων ἀκώλυτος ἡ μετάληψις. *Increatum æquivalet ingenito: æquivalentium licita est reciprocatio.* Ibid. ὁ οὐρανὸς ὕστερός ἐστι τοῦ θεοῦ, ὡς γεννητὸς τοῦ ἀγεννήτου: *cœlum posterius est Deo, tanquam genitum ingenito.* Athenagoras apol. ὑφ' οὗ γεγέννηται τὸ πᾶν: *a quo generatum est universum:* item, ἡμεῖς οἱ διακρίνοντες καὶ χωρίζοντες τὸ ἀγέννητον καὶ τὸ γεννητὸν, τὸ ὂν καὶ τὸ οὐκ ὄν. *Nos qui discernimus & separamus ingenitum à facto, ens à non ente.* Theophilus Antioch. II. ad Autolyc. τοῦτον τὸν λόγον ἔσχεν ὑπουργὸν τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγεννημένων: *hunc sermonem habuit ministrum eorum quæ ab ipso generata sunt.* Patrem quoque universorum aliquoties Deum vocat. Tatianus: *Verbum*, inquit, *in principio genitum, mundum & nos vicissim genuit*; paulò pòst materiam dicit genitam: Irenæus III. 6. *In scripturis nemo alius nominatur Deus nisi solus verus Deus Pater omnium.* L. IV. c. 79. *Secundùm naturam, quæ est secundùm conditionem, ut ita dicam, omnes filii Dei sumus, propter quòd à Deo omnes facti sumus. Secundùm autem dicto audientiam, & doctrinam, non omnes filii Dei sunt, sed qui credunt & faciunt ejus voluntatem. Qui autem non credunt & non faciunt ejus voluntatem, filii & Angeli sunt diaboli, secundùm id quòd opera diaboli faciunt. Quoniam autem ita se habet hoc, in Esaia dixit:*

xit: Filios genui & exaltavi, ipsi autem me spreverunt. Et iterum quæ dicit, filios alienos eos, ita: Filii alieni mentiti sunt mihi: secundùm naturam filii sunt, propter hoc quòd ab eo facti sunt, secundùm autem opera non sunt Filii. Clemens Alex. nos vocat filios Dei naturales, & Deum Patrem nostrum verum & naturalem Patrem: ad gentes: πρωτότοκοι δὲ παῖδες, ἡμεῖς οἱ τρόφιμοι τοῦ θεοῦ: *primogeniti filii nos alumni Dei illius.* Ibid. ὁ δὲ φιλόστοργος οὗτος ἡμῶν ὁ πατὴρ, ὁ ὄντως πατήρ. *Deus verus noster Pater.* Strom. 3. υἱοὺς μὲν φύσει τοῦ πρώτου θεοῦ λέγοντες αὐτοὺς: *filius naturales primi Dei*: ibid. ὁ μὲν θεὸς ὁ τῶν ὅλων πατὴρ, ἡμῶν ἐστὶ φύσει: *Deus quidem Pater universorum, est noster naturalis Pater.* &c. Strom. 5. & mundum ait esse genitum sicut filium: ibid. Deum vocat patrem & creatorem universi. Ibid. Μύρια ὅσα δεδώρηται ἡμῖν ὁ θεὸς, ὧν αὐτὸς ἀμέτοχος· γέννησιν μὲν ἀγέννητος ὤν: *Deus dedit nobis innumerabilia, quorum ipse non est particeps: generationem quidem, cùm ipse sit ingenitus.* Videntur hæc verba desumpta ex Philonis lib. de sacrificiis Abelis & Caini. Tertullianus contra Hermogenem: *Habes Sophiam, prior abysso genita sum, dicentem, ut credas abyssum quoque genitam, id est factam, quia & filios facimus, licèt generemus: nihil interest facta an nata sit abyssus, dum initium detur illi.* Idem eodem libro semper pro iisdem habet natum, genitum, conditum, creatum, factum, eorumque opposita: innatum, ingenitum, infectum, increatum, inconditum. De animâ: *Omne*, inquit, *quod quoquo modo accipit*

pii esse, generatur. Nam & factor ipse parens facti potest dici, sic & Plato utitur. Origenes hom. 11. Lev. *Ubi Pater Deus est, qui genuit Spiritum tuum, qui & dicit, Filii genui & exaltavi:* tract. 23. in Matth. *Christus non solum excedens erat humanam naturam; sed etiam cæteris genitas.* tract. 35. *Deum* dicit *Patrem omnium*: lib. 3. contra Cels. Iesum vocat μεταξὺ ὄντα τῆς τοῦ ἀγεννήτου καὶ τῆς τῶν γεννητῶν πάντων φύσεως. *intermedium inter ingenitam & generatorum omnium naturam.* Ibid. creatum vocat γεγεννημένον, *natum.* lib. 4. contra Cels. λόγον μὲν ἔχει. τὰ λογικὰ, ἅπερ ἐστὶ προηγούμενα παίδων γεννωμένων· τὰ δ' ἄλογα καὶ τὰ ἄψυχα χώρᾳ συγκληζομένῳ τῷ παιδίῳ. Hæc verba ita latinè reddidit Gelenius, in edit. Spenceri. *Rationalia ut potiora filiorum locum obtinent, bruta verò & inanima possessionis comparatæ in filiorum gratiam.* Cyprianus serm. 6. *Ut est Christus Dei Filius, sic & nos Dei filii nuncupemur.* Arnobius 1. advers. gent. *Christus quo autore, quo Patre mundus iste sit constitutus & conditus fecit benignissimè sciri*: lib. 2. & 3. *Deum* vocat *Patrem cunctarum rerum*: ibid. *Mundum* dicit *natum & genitum*. Et Minutius Felix in Octavio *parentem universitatis vocat Deum.* Lactantius: l. 7. *Non potest ab ullo esse generatus, qui ipse universa generavit. — Verum est illud, quod dixisse in exhortationibus Senecam supra retuli: genuisse regni sui ministros Deum,* &c. *Dei ministros non deos, verùm Angelos appellari. Angeli enim sæpe nuncupantur filii Dei, de quo alio loco.* II. 9. *Postea autem multos genuit alios operum suorum*

rum ministros, quos Græci ἀγγέλους nominant. Cap. 11. dicit *hominem præclarâ quadam ratione generatum esse à summo Deo.* III. 14. *Deus*, inquit, *hominem generavit.* IV. 4. *Solus Pater vocandus est, qui creavit.* Cap. 8. *Deum*, ait, *generâsse Spiritus.* V. 6. 8. *Communem omnium Patrem esse Deum, & homines unius Dei filios esse.* VII. 5. *Cùm posset semper spiritibus suis immortalibus innumerabiles animas procreare, sicut angelos genuit*, &c. *Primùm ut infinita vis animarum gigneretur, omnemque terram multitudine oppleret*: ibid. *animas* dicit *ad cœlestia genitas*: De irâ Dei: c. 16. *Deum* vocat *Dominum ac Parentem omnium*: c. ult. *Debemus hunc omnes amare, quòd Pater est*, &c. *quis salvâ pietate non diligat animæ suæ parentem?* &c. *Si patrem consideres: ortum nobis ad lucem, quâ fruimur, subministrat: per illum vivimus: per illum in hospitium hujus mundi intravimus.* Epitom. c. 1. *Quid tam necessarium ad salutem, quàm Deum cognoscere ut parentem*: Eusebius Cæsar. hist. I. 2. Καὶ ὅτι γέ ἐστιν ὐσία τις προκόσμιος, ζῶσα καὶ ὑφεστῶσα, τῷ πατρὶ καὶ θεῷ τῶν ὅλων, εἰς τὴν τῶν γεννητῶν ἁπάντων δημιουργίαν ὑπηρετησαμένη, λόγος θεῦ καὶ σοφία χρηματίζουσα: *Et quòd sit substantia quædam antemundana, vivens & subsistens, quæ Patri & Deo universorum in omnium genitorum creatione ministravit, Verbum Dei, & sapientia nuncupata, præter positas demonstrationes, etiam ipsa sapientia illa in propriâ personâ per Salomonem perspicuè de se ipsâ mysticè sic loquens audienda est*, &c. *Dominus creavit me*, &c. De-

 monstr.

monſtr. Eu. IV. 6. ὃν αὐτὸς ὁ πατὴρ προνοίᾳ τῶν ὅλων, πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων συνεστήσατο, ὡς ἂν μὴ παντελῶς ἡ τῶν γεννητῶν ἀποπέσοι φύσις: &c. *Quem ipſe Pater providentiâ univerſorum, ante alia omnia creavit, ne decideret generatorum natura prorſus per domeſticam diſcordiam & impoſſibilitatem ingenitæ & incomprehenſibilis patriæ eſſentiæ dirimens.* V. 1. θεμέλιόν τε τρόπον τῶν γεννητῶν ἁπάντων προβεβλημένον (ſcil. λόγον:) *Tanquam fundamentum omnium generatorum creatum Filium Dei.* 10. μέσος ἑστὼς θεοῦ τοῦ ἀγεννήτου, καὶ τὸν μετ' αὐτὸν γεννητῶν: *Medius exiſtens* (ſermo) *inter Deum illum ingenitum, & ea quæ poſt ſermonem genita ſunt.* 6. ἀληθῶς κυρίου (ſcil. τοῦ πατρὸς) αὐτοῦ τε τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ λόγου, καὶ τῶν μετ' αὐτὸν γεννητῶν ἁπάντων, &c. *Deus ille qui eſt ſuper omnia, primus, ac verè Dominus & ipſius unigeniti ſui Verbi, & eorum omnium, quæ poſt ipſum generata ſunt.* Præp. Eu. III. 13. *mundum* probat eſſe *genitum*: & XI. 29. XIII. 14. 18. XV. 32. *Deum* vocat *Patrem & Creatorem univerſi.* Eccleſ. Theol. II. 23. δημιουργικὸν τῆς τῶν γεννητῶν ἁπάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ὑπάρξεως: *Creatorem ſubſiſtentiæ genitorum omnium viſibilium pariter ac inviſibilium.* Methodius martyr ſcripſit librum de genitis ſeu creatis: Gregorius Nyſſenus 1. contra Eunom. ὅταν μὲν γὰρ περὶ τῆς κατασκευαστικῆς λέγει δυνάμεως, γέννησιν μὲν ὀνομάζει τὴν τοιαύτην ἐνέργειαν. *Cùm*, inquit, *de conditrice vi mentionem facit* (ſcriptura,) *generationem vocat hanc actionem.* Athanaſium memini alicubi dicere ἀγέννητον eſſe

quod

quod non ſit γεννητὸν : *ingenitum* eſſe quod *non* ſit *factum*. Chryſoſtomus op. imp. hom. 40. *Deus*, inquit, *ideo ſe patrem omnium voluit dici*, *ut omnes conſiderantes bonitatem ejus*, *non ſub ſpecie ſimulatâ ei ſerviant*, *quaſi mali ſervi domino*; *ſed in veritate quaſi boni filii genitori*. Cyrillus Alex. III. contra Iulian. τὰ γεννητὰ *genita de creatis rebus* uſurpat. Pſeudo-Nicodemi Euangelium, *Benedictus*, inquit, *Dominus omnipotens*, *pater æternorum ſpirituum*. Georgius Caſſander Comment. de duabus in Chriſto naturis: *Non neceſſe eſt*, inquit, *Chriſtum juxta carnem Dei filium dici*, *niſi fortaſſis creationis gratiâ. Nam nec ipſi homines hac ratione aliter Dei filii dicuntur*, *quàm quòd à Deo creati ſint*, *cùm innumeri ſint hoc modo inter ſe*, *& cum Chriſto juxta carnem fratres*, *qui adoptionis beneficio deſtituuntur*. Porrò ita de rebus genitis loquuntur Patres, ut perſpicuum ſit eos per *genita* intellexiſſe creata. Quæ Philo de rebus genitis ſcripſit, enarravimus in diſſertat. de Verbo, pag. 278. 279. 280. Iuſtinus everſ. dogm. Ariſtot. 20. 31. 43. 59. *Fuit*, inquit, *aliquando cùm non fuit id quod genitum eſt*. Athenagoras apol. *quia generati eſtis*, *immortales & indiſſolubiles omnino non eſtis*: ex Platon. Timæo. ibid. *Nos genitum unumquodque ita accepimus*, *acſi prius non fuerit. In hanc igitur contemplationem incumbamus. Ergò ſi geniti ſunt*, *nec erant antea*, (*ut ajunt qui inter illos res divinas explicant*) *non ſunt.* ἢ γὰρ ἀγέννητόν τι, καὶ ἔστιν ἀΐδιον, ἢ γεννητὸν, φθαρτόν ἐστι. *Aut enim quid eſt ingenitum*, *& ſic æternum*,

num, aut genitum, & sic corruptibile. ibid. ἐπιδεδειχὼς ὅτι οὐδὲν γεννητὸν, ὃ καὶ οὐ διάλυτον, ἐπὶ τὰ λοιπὰ ἂν παρεγενόμην τῶν ἐγκλημάτων: *nunc postquam ostendi, nihil genitum esse, quod non etiam dissolvi possit, ad reliqua etiam quorum accusamur criminum, diluenda me converterem.* ibid. *Dii antequam nascerentur, non erant. Quæ enim ratio hæc persuadebit, ut gigni quidem credamus, interire non item?* Tatianus or. contra Græc. *Haud principii immunis est materia, & cùm aliquando cœperit, parem Deo potentiam habere nequit: siquidem genita est.* Clemens Alex. Strom. 2. πῶς γὰρ ἂν συνεγγίσαι ποτὲ τὸ γεννητὸν ἀγεννήτῳ; *Quomodo quod est genitum, unquam appropinquare possit ingenito?* Arnobius lib. 1. adv. gentes probat *Iovem non esse verum Deum ex eo quòd habeat patrem, matrem, avos, avias, fratres, & nunc nuper in utero matris suæ formatus sit, decemque mensibus absolutus & consummatus, Deus autem omnipotens non sit genitus, sed ingenitus.* lib. 2. *Si omnes concedimus unum esse rerum Patrem, immortalem atque ingenitum solum, nihilque omnino ante illum, — sequitur ut hi omnes quos opinatio credidit Deos esse mortalium, aut ab eo sint geniti, aut eo jubente prolati sint. Si prolati & geniti, & ordinis sunt posterioris & temporis. Si ordinis posterioris & temporis, ortus necesse est habeant, & exordia nativitatis & vitæ.* lib. 8. *Si esset nobis animus scrupulosius ista tractare, vobis ipsis obtineremus autoribus, minimè illum fuisse divum, qui conceptus & natus muliebri alvo esset, qui annorum gradibus ad eum finem ascen-*

ascendisset ætatis, &c. At ista Arnobii videntur favere hæresi Samosateni & Nestorii, negantium Christum esse Deum, & B. Virginem θεοτόκον. Lactantius lib. I. c. 7. *Mercurius ille ter maximus, cujus supra mentionem feci, non modò* ἀμήτωρα *ut Apollo; sed* ἀπάτωρα *quoque appellat Deum, quòd origo illi non sit aliunde. Neo enim potest ab ullo esse generatus, qui ipse universa generavit.* Constantinus M. orat. ad SS. cæt. c. 14 Τά γε μὴν ἐκ γενεᾶς τοῖς ἀϊδίοις συγκρίνειν, μανίας ἐστὶν ὡς ἀληθῶς τῆς τελειοτάτης· τῶν μὲν γὰρ οὔτ' ἀρχή τις, οὔτε τέλος· τὰ δ' ἅτε φύντα καὶ γενόμενα, καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ τε εἶναι καὶ ζῆν ἐν χρόνῳ τινὶ λαβόντα, ἀκολούθως καὶ τελευτὴν ἐξ ἀνάγκης ἔχει· τὰ δὲ γενόμενα, τῷ κελεύσαντι γεννηθῆναι αὐτὰ πῶς ἂν ἐξισάζοιτο· εἰ γὰρ μανία ταῦτα ἐκείνῳ, οὐδὲ πρόσταξις τῷ γεννᾶσθαι προσηκόντως ἂν ἐκείνῳ ἁρμόζοιτο· ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν οὐδ' ἂν τὰ οὐράνια συγκριθείη. —— ὥσπερ οὐδ' αἱ εἰκόνες τοῖς παραδείγμασιν. *Ea quæ ortum vel generationem habent, cum æternis comparare, extremæ revera insaniæ est. Horum enim neque principium est, neque finis: illa, utpote generata, ortaque, cùm initium ut sint & vivant, tempore sumant, necessariò & non sine causâ finem habent. Ea autem quæ generantur, cum eo qui ipsa generari mandârit, quomodo ex æquo comparari possunt? Sic quanquam hæc cum illo conferre amentia est, neque mandatum ut procrearentur, eis convenienter poterit aptari. Sed illi quidem nec cœlestia sunt conferenda? nec imagines cum exemplaribus, ad quorum similitudinem effinguntur, sunt comparanda.*

Sic vocant scriptores Ecclesiastici solum Deum ingenitum, qui generationem non habet, & nunquam genitus est. Quandoque etiam res generatæ dicuntur factæ vel creatæ: quod de filio Dei primogenito infra patebit in exeg. Proverb. VIII. 22. hinc etiam generatio Verbi in carne dicitur γένεσις Matth. I. 1. Eàdem ratione vox γενέσεως Gen. V. 1. VI. 9. pro generatione accipitur. Generatio liberorum apud autores Latinitatis quoque dicitur procreatio, item facere filios apud Tertullianum, & alios. Quare subtiliùs quàm veriùs agunt distinguentes inter ἀγένητον & ἀγέννητον, γενητὸν & γεννητὸν, γένεσιν, & γέννησιν. Quod etiam animadvertit D. Petavius, qui de Trin. lib. V. cap. 1. egregiè disserit, quòd ἀγέννητον & ἀγένητον indifferenter sumantur de eo, quod non est *factum* vel *creatum*: γεννητὸν vel γενητὸν pro *facto* vel *creato*. Et hanc vocum illarum vim probat ex veteribus Græcis, (unde meritò valor & significatio vocis græcæ petitur,) Philosophis, Platone, Philone Iudæo, & Patribus antiquis. Ita vocem ἀγέννητον pro *increato* acceperunt Patres quoque, qui primitivam Ecclesiam secuti sunt. Athanasius orat. 2. contra Arianos, *Filium* ἀγέννητον dixit; multi sic vocari posse concesserunt, quos inter Alexander Alex. apud Theod. I. 6. & Episcopi Concilii Nicæni apud eund. I. 4. Vide autem utrobique textum græcum. Nyssenus 1. contra Eunom. Cyrillus 2. contra Iulian. De his vide Dorschæum vindic. interv. cap. 21.

Pseu-

Pseudo-Hippolytus expressè *Filio ἀγεννησίαν* adscribit, quicum consentit Anastas. in Collect. illius verba allegans: similiter interpolator operis imperfecti hom. 35. *Filium* appellat *Deum ingenitum.* Hilarius de Synodis, *Filii* dicit *coingenitam nativitatem.* Socrates autem hist. II. 35. *generationem Filii ingenitam* asserit. Ignatius tamen (qui idem cum Ario docuit) ad Trall. scribit quòd hæretici τὸν χριστὸν ἀγέννητον νομίζουσι. Quomodo verò illud Petavii de Trin. lib. V. cap. 1. dicentis, vocem ἀγεννήτου, cùm Patres eam soli Patri asscribunt, in significatu gignendi accipiendam esse, à Romanensibus excusari queat, non video. Spiritus enim sanctus juxta communem opinionem non est γεννητός, sed nec ἀγέννητος secundùm Petavium, qui Patrem solum ingenitum statuit: cùm tamen unum contradictoriorum verum, alterum falsum esse necesse sit. Vide etiam Petavium de Trin. l. VI. c. 14. ubi directè loco supra dicto Ignatii contradicere videtur. Tandem vocem ἀγέννητον, pro *ingenito* accepit Iustinus, vel potiùs quisquis alius autor Evers. dogm. Arist. 50. dicens: ἐξ ἀγεννήτου ἀδυνάτον γενέσθαι ἀγέννητον. Quod verò quidam asserunt in voce ברא mysterium Trinitatis latere, & tres literas illius vocis denotare tres divinitatis personas, quoad literas Hebraïcas initiales: sic ut prima ב significet בן filium: secunda ר, רוח Spiritum sanctum: tertia א ostendat אב Patrem: otiosi cerebri somnium est. Quis enim non videat hoc esse figmentum Cabalisticum? quo concesso quis prohibeat in-

de colligere, filium primam, Spiritum S. secundam, & Patrem tertiam esse personam? Nec adeò levi fundamento superstruendum est tantum mysterium, ut ne validiora argumenta deesse appareat. Imò qui hoc argumento probant Trinitatem ὁμοούσιον, imitantur hæreticos Valentinianos, Marcum & Colarbasum, qui mysteria sua de Deo ex literis, syllabisque scripturæ probabant, teste Irenæo & Tertulliano.

אלהים] Nec minùs ridiculè ex sequenti voce quidam mysterium Trinitatis elicere conantur, dicentes אלהים *Dii* plurale denotare personarum trinitatem: ברא autem significare essentiæ unitatem. Hic enim est Ebraismus, etiam aliàs in sacris literis usitatus, & dicitur σύνθεσις, nec ex illo magis mysterium elici potest, quàm ex Hellenismo, cùm neutri plurali jungitur verbum singulare. Quod animadvertit D. Petavius, cùm de h. l. de Trin. lib. II. cap. 7. §. 3. ita scribit: *Nihil in illâ voce inesse mysterii multò est probabilius. Nam pluralis numerus, ex usu Hebraïcæ linguæ, pro singulari illic adhibetur: ut Aben Hezra docet in Commentariis ad cap.* 1. *Genesis: quippe morem illi esse, ut inferiores honoris causâ pluralem efferant numerum, cùm honorationes appellant, aut de iis loquuntur. Sic enim* בעלים *&* ארנים *vocant, cùm de uno sermonem faciunt: ut Gen.* XXIV. 9. *&* XXXIX. 2. XL. 1. *& alibi sæpe. Ita in linguâ Ismaëliticâ, id est Arabicâ*, ait idem, *solent Reges plurali de se numero loqui: quemadmodum & in idiotismo nostro* (Gallico) *usu venit:* (& in aliis

pluri-

plurimis.) *Sed hanc quæstionem plenius disputavit Abulensis adversus Lyranum in Tract. de Trinit.* Thomas de Vio Cardinalis Cajetanus h. l. docuit *Deum plurali appellatione vocatum à Mose, non ad significandam pluralitatem personarum in Trinitate; sed quia nomen Elohim careat singulari numero. Imò locus iste minimè favet Trinitati personarum, quoniam, ut Athanasius in Symbolo testatur, personæ divinæ nec Dii, nec Domini Catholicè dici possunt.* Hæc Cajetanus. Vnde Ambrosius Archiepiscopus Compsanus hoc argumento inter alia multa assumpto probat Cajetanum malè de Trinitate sensisse. Defendit autem Cajetani expositionem S. Senensis Bibl. S. lib. V. ann. 1. Fusè quoque eos qui in voce אלהים mysterium latere putant, refutat Bellarminus lib. II. de Christ. cap. 6. & Pererius h. l. num. 39. & 40. qui etiam, ut & Senens. d. l. addunt Lombardum hìc primùm invenisse mysterium, cujus obiter meminit in 1. sentent. Calvinus in h. l. *Mihi*, inquit, *parum solida videtur tantæ rei probatio. Monendi itaque sunt lectores, ut sibi à violentis ejusmodi glossis caveant. Putant illi se testimonium habere adversus Arianos, ad probandam Filii & Spiritûs S. divinitatem, interea involvunt se in errorem Sabellii: quia postea subjicit Moyses, Elohim loquutum esse.* Hæc Calvinus. Et verò quis ignorat de unâ personâ Mosis Deum dicere Exodi VII. 1. *Ecce constitui te Deum* (אלהים) *Pharaonis.* Similiter IV. 16. *Tu eris ipsius Deus*, ubi etiam vox Elohim legitur. Adde quòd si vox אלהים denotaret in Deo personarum plura-

ralitatem: cur non æque duæ vel quatuor, quàm tres inde colligerentur personæ: imò si secundùm numerum literarum augurari liceret, quinque essent personæ divinitatis. Aliqui per אלהים intelligunt Angelos: nam Simoniani agnoscebant Angelos mundi fabricatores, teste Irenæo l. 20.

את השמים] Per cœlum (quod duali numero effertur apud Hebræos שמים) Origenes intellexit *omnem spiritalem substantiam, super quam velut in throno quodam & sede Deus requiescat: cùm dicatur: cœlum mihi sedes est: istam* asserit *in principio & ante omnia factam. Inter hanc spiritalem substantiam* refertur etiam ab Origene *mens nostra, quæ & ipsa Spiritus est, id est spiritalis homo noster, qui videt ac perspicit Deum.* Ideoque Origenes hoc *cœlum* vocat *spiritale & primum.* Similiter Philo de mundi opificio scribit *nullam rem materiâ vel corpore constantem extitisse antequam firmamentum esset à Deo conditum: per cœlum* itaque *& terram* intelligit *mundum intelligibilem, & invisibilem, ad cujus imaginem creatus sit mundus visibilis, sensibilis, & corporeus. Mundum autem intelligibilem non esse aliud quam Verbum Dei*: de mundi opif. Et l. II. alleg. *Moses*, inquit, *sublime illud, refertumque divinâ luce Verbum supra vocavit cœlum.* L. quòd Deus sit immutabilis: dicit *mundum intelligibilem esse primogenitum Dei filium, & mundum sensibilem juniorem filium*: alibi *mundum intelligibilem vel Verbum Dei mundi sensibilis animam appellat*: Irenæus lib. I. cap. 1. ἐν τῷ τῷ πατρὶ καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς ἡ ἀρχὴ, καὶ ἐν τῆς ἀρχῆς ὁ λό-

ὁ λόγος: *in patre enim & ex patre est principium : in principio autem & ex principio Verbum.* Vbi monendum verba, *in principio autem*, in græco non legi. Origenes tom. 19. in Ioan. *quæres*, inquit, *an juxta aliquam significationem possit primogenitus omnis creaturæ esse mundus, & præsertim in quantum est sapientia multiformis.* Hæc interpretatio videtur bene convenire cùm illâ D. Petri in prædic. & Clem. Alex. & Orig. l. c. (scil. Deus fecit principium universorum, id est primogenitum filium,) & Proverb. VIII. 22. 23. *Deus creavit me in initio viarum suarum, in opera sua ante secula. Fundavit me in principio*, uti cum Paraphraste Chaldæo, & versione Syriacâ legit Lactant. IV. 6. & Tatianus, qui, *Verbum*, inquit, *in principio genitum, mundum & nos vicissim genuit.* Eccli. I. 4. *prima omnium creata est sapientia.* XXIV. 14. *omnium conditor me ante ævum principio creavit.* Tertullianus quidem contra Praxean, refellit illorum lectionem, quâ quidam principium Geneseos sic legebant: *In principio Deus sibi fecit filium*: At Philo *τὸ in principio non* vult *esse in filio*; sed primùm omnium Deus fecit filium: locum etiam Proverb. VIII. 22. legit: *ὁ θεὸς ἐκτίσατό με πρωτίστην τῶν ἑαυτοῦ ἔργων, Deus ille creavit me primam operum suorum.* Alii locum hunc ita interpretantur ut sensus sit: Dominus creavit me principium, id est, ut essem principium eorum, quæ post me facturus erat; stante quidem hac interpretatione Philonis, tutò asserere possumus cum Clemente Alex. & Origene l. c. idem princi-

principium innui à Mose h. l. & Ioanne Euang. I. 1. 2. Mihi videtur uterque sensus à Spiritu S. esse intentus: nec alter tollit alterum, & ille quidem (scil. *in principio Deus fecit filium*,) est allegoricus & mysticus: iste autem, (scilicet *in Filio fecit Deus cœlum & terram*) est literalis. Cùm itaque pluraliter dicantur שמים, οἱ οὐρανοὶ, *cœli*: non immeritò quæritur quot sint cœli? Plures quàm tres esse S. Scriptura nos docet, cùm ait Psalm. CXLVIII. 4. *cœli cœlorum*, item 2. Cor. XII. 2. 3. *Paulus raptus in tertium cœlum*, *id est in Paradisum*. His verbis Pauli disertè contradicitur Iren. lib. I. cap. 1. παράδεισον ὑπὲρ τρίτον οὐρανὸν ὄντα, *paradisum super tertium cœlum esse*: & in epitomis Clem. Alex. ὅθεν ἐν τῷ παραδείσῳ τῷ τετάρτῳ οὐρανῷ δημιουργεῖται: *in paradiso quarto cœlo*. Hæretici Gnostici, Saturniliani, Basilidiani 365. cœlos somniabant: Epiph. hær. 26. Iren. I. 23. Theod. 1. de hæret. fab. Saniores ex Basilidianis cum Valentinianis, & Archonticis, (fortassis etiam cum Saturnilianis quibusdam) septem tantùm statuebant cœlos: Iren. I. 34. Tertull. adv. Valentin. cap. 20. Theod. lib. 1. hær. fab. Epiph. hær. 43. Ab hac quoque sententiâ non alienos fuisse Ophitas probabile est ex Orig. 6. adv. Cels. & Theod. 1. hær. fab. Hebræi septem firmamenta enumerant, Vide R. Salomo Psalm. XIX. 7. nec defuerunt qui illa septem vocârunt cœlos, ut perspicuum est ex Orig. 6. adv. Cels. Thalmudici in Chagiga cap. 2. tradunt septem esse cœlorum nomina. Ab

Hebræis

Hebræis hanc opinionem mutuatus eſt Plato cum ſequacibus: à Platonicis Patres quidam eandem acceperunt traditionem. Certè Origenes 6. contra Celſ. ait, *cælos quidem dici in ſacris, & cælos cælorum, tertium cælum, at non definitum eſſe certum aliquem numerum vel ſeptenarium, vel alium, in ſcriptoribus ſacris, quibus in Eccleſiâ utimur.* Vide Baſil. orat. 2. & hom. 3 Hexaëm. Anſelmus I. de imag. mundi ſeptem cœlorum orbes ſtatuit. Præter Iudæos, Gentiles & Chriſtianos, Muhammedani etiam ex Corano I. 13. II. 1. III. 23. 47. ſeptem ſtatuunt cœlos. Videtur autem illa ſententia originem traxiſſe ex ſeptem planetarum, ſeptemque ſpirituum traditione.

ואת הארץ] Vide verſ. 9. 10. 11.

Proverbiorum Salomonis

CAP. VIII.

℣. 22. K*ύειος ἔκλισέ με.*] ita dicit ſapientia. Quidam legunt *ἐκλήσατο* (nam ἔκλησε non eſt uſitatum.) Verùm non ſolùm LXX. Int. habent ἔκλισε, ſed & Chaldæus Paraphraſtes בראני *creavit me*, ſimiliterque Syrus, Arabs, & vulgata antiqua conſtanter legunt: conſentiunt in eâ lectione Patres. Ignatius ad Tarſ. Iuſtinus cum Tryph. Athenagoras (de quo dicit Conradus Geſnerus, eum uſum verſione vulgatâ,) apol. Tatianus contra gent. Irenæus IV. 37. Clemens Alexandr. ad gent. & ſtrom.

ftrom. 5. Tertullianus contra Hermog. cap. 9. 18. & Prax. cap. 5. 6. 7. Origenes Periarchôn I. 2. & tract. 8. 19. & 23. in Matth. præf. in Joann. & Tomo 1. 6. 22. 27. Cyprianus II. 1. de teft. contra Iud. Lactantius IV. 6. Eufebius Cæf. hift. I. 2. præp. Euang. VII. 14. XI. 14. demonft. Euang. V. 1. 3. Athanafius de decret. S. N. Meletius apud Epiphanium. Hilarius IV. & XII. de Trin. & de Synodis. Nazianzenus, Ambrofius de fide III. 4. Bafilius IV. adv. Eunomium. Epiph.hær. 69. Hieronymus cap. II. ad Ephef. & cap. 40. Iob. Cyrillus lib. V. Thef. cap. 4. & alibi Theodor. hiftor. I. 6. 7. II. 31. Socrat. II. 15. 17. Ithacius, Arnobius Iun. conflict. Serap. Fulgent. contra Arianos: Vigilius lib. 5. contra Eutych. (qui etiam probat ex hoc loco Chriftum effe creatum:) quorum qui græcè fcripferunt, legunt ἔκλισε, qui latinè plerumque *creavit*, aliquando *condidit*. Quibus accedit *Philo*, qui l. de temul. ita legit: ὁ θεὸς ἔκλισατό με πρωτίστην τῶν ἑαυτοῦ ἔργων, καὶ πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με. *Deus creavit me primam operum fuorum, & ante feculum fundavit me.* Sic etiam Eccli. I. 4. legitur: *Prima omnium creata eft fapientia.* verf. 8. *ipfe creavit eam in Spiritu fancto*, Conf. verf. 12. & XXIV. 12. introducitur fapientia dicens: *omnium conditor, qui me creavit*, &c. & verf. 14. *is me ante ævum principio creavit.* Sap. VI. 22. 23. *Quid fit fapientia, & quomodo* (ἐγένετο) *facta fit annunciabo. Non occultabo vobis myfteria, fed ab initio* γενέσεως *inveftigabo.* Efai. XLV. 8. *Exul-*

Exultent cœli desuper, & nubes induant justitiam, aperiatur terra & pullulet salvatorem. Ego enim Dominus Deus creavi eum. Salvator verò est (ut supra diximus) Iesus. Lact. IV. 12. LXX. Int. in dictis locis utuntur verbo κτίζειν: & locum medium legunt versu 10. De Christo etiam locum ultimum explicant Cyprianus contra Iud. Tertull. contra Prax. & Hieronymus h. l. in hanc interpretationem inclinat, ut & aliqui neoterici. Ierem. XXXI. 22. *Creavit Dominus salutem.* ita LXX. & Theod. teste Hieronymo, & versio Arabica legunt. Per salutem autem intelligitur Salvator, æquè ut Gen. XLIX. 18. Psalm. XIV. 7. CXVII. 23. *Iste est dies quem fecit Dominus.* Cyprianus verò serm. 6. per diem Christum intelligit. Quod Ioan. I. 15. 30. legitur ἔμπροσθεν μου γέγονεν: rectè Vulgata & Montanus transtulere, *ante me factus est.* Sed quoad humanitatem Christus posterior est Ioanne. Ergò quoad divinitatem factus esse dicendus est. Hebr. III. 1. 2. *Christus Iesus fidelis fuit ei, qui fecit eum.* (quapropter rejecta fuit olim à Marcionitis & aliis quibusdam hæc epistola.) Coloss. I. 15. Filius dicitur primogenitus omnis creaturæ. Primogenitus autem semper in eorum est numero, quorum dicitur primogenitus, præter parentes. Verbis Hermæ in primo præcepto secundi libri, Ariani ad probandum *Christum esse creaturam*, utebantur teste Athan. epist. ad Episcop. Africanos. Vnde S. Senens. Bibl. S. lib. II. & Pamelius annot. 158. in Symbol. Apost. Cypriani, &

& de la Cerda in Tertulliani de orat. num. 128. dicunt Paſtorem Hermæ à Gelaſio & Proſpero apocryphum fuiſſe declaratum. In libro, qui λόγος τέλειος inſcribitur, & ſub Mercurii, vel Hermetis Triſmegiſti nomine venit, hæc verba leguntur: ὁ κύριος καὶ τῶν πάντων ποιητὴς, ὃν θεὸν καλεῖν νενομίκαμεν, ἐπεὶ τὸν δεύτερον ἐποίησε θεὸν ὁρατὸν καὶ αἰσθητὸν, — ἐπεὶ οὖν τοῦτον ἐποίησε πρῶτον, καὶ μόνον, καὶ ἕνα, καλὸς δὲ αὐτῷ ἐφάνη, καὶ πληρέστατος πάντων τῶν ἀγαθῶν, ἡγίασέ τε, καὶ πάνυ ἐφίλησεν ὡς ἴδιον τόκον: *Dominus & omnium conditor, quem Deum vocare ſancivimus, poſtea ſecundum fecit Deum viſibilem & ſenſibilem. — Cum igitur hunc feciſſet primum, & ſolum, & unum; pulcher verò ipſi viſus eſſet, & pleniſſimus omnibus bonis, & ſanctificavit, & dilexit ut proprium fœtum.* Vide Lactant. IV. 6. & Auguſt. de 5. hæreſ. c. 3. Iuſtinus martyr dial. cum Tryphone concedit eidem τὸν χριστὸν πεποιῆσθαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ: *Chriſtum factum eſſe à Deo*: & *Filium* vocat γέννημα, *creaturam*: dicitque eum ἀπὸ τοῦ πατρὸς θελήσει γεγενῆσθαι: *à Patre voluntate factum.* Tatianus or. contra Græc. ὁ λόγος ἔργον πρωτότοκον τοῦ πατρὸς γίνεται: *Verbum primogenitum opus Patris fit.* Clemens Strom. 5. μὴ συνῆκαν λέγεσθαι ταῦτα ἐπὶ τῆς σοφίας τῆς πρωτοκτίστου τῷ θεῷ: *non intellexerunt hæc dici de ſapientiâ, quæ fuit primò à Deo creata.* ibid. τὸν λόγον τοῦ θεοῦ ἔργον, & alibi, τοῦ θεοῦ ἐνέργειαν. Strom. 7. πατρικήν τινα ἐνέργειαν τὸν υἱὸν εἶναι: *Verbum Filium Dei Patris opus & operationem*

nem esse. lib. 6. Πέτρος ἐν τῷ κηρύγματι λέγει· γινώσκετε οὖν ὅτι εἷς θεός ἐστιν, ὃς ἀρχὴν πάντων ἐποίησεν: *Petrus in prædicatione dicit: cognoscite itaque quòd unus est Deus, qui principium omnium fecit.* ibid. εἷς γὰρ τῷ ὄντι ἐστὶν ὁ θεός, ὃς ἀρχὴν τῶν ἁπάντων ἐποίησεν, μηνύων τὸν πρωτόγονον υἱόν, ὁ Πέτρος γράφει, συνεὶς ἀκριβῶς τό, ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· σοφία δὲ οὗτος εἴρηται πρὸς ἁπάντων τῶν προφητῶν, &c. *Vnus revera est Deus, qui fecit principium universorum significans primogenitum filium, ut scribit Petrus, præclarè intelligens illud, in principio fecit Deus cœlum & terram. Is autem dictus est sapientia ab omnibus prophetis.* Tertull. contra Hermog. *Denique ut necessariam sensit* (Pater scil. Sophiam, Sermonem, Filium) *ad opera mundi, statim eam condit, & generat in semetipso: Dominus, inquit, condidit me,* &c. *Agnoscat ergò Hermogenes idcirco etiam Sophiam Dei natam, & conditam prædicari, nequid innatum & inconditum præter solum Deum crederemus. Si enim intra Dominum quod ex ipso, & in ipso fuit, sine initio non fuit: sophia scilicet ipsius exinde nata, & condita, ex quo in sensu Dei ad opera mundi disponenda cœpit agitari: multò magis non capit sine initio quicquam fuisse, quod extra Dominum fuerit. Si verò Sophia eadem Dei sermo est sensu Sophia, & sine quo factum est nihil, sicut & dispositum sine Sophiâ, quale est ut Filio Dei sermone unigenito & primogenito, aliquid fuerit præter Patrem antiquius, & hoc utique generosius, nedum quod innatum nato fortius, & quod infectum facto validius? quia quod*

ut esset nullius eguit autoris, multò subsistius erit eo, quod ut esset, aliquem habuit autorem. ibid. *habemus etiam illam* (scil. Sophiam) *initium agnoscere, quæ dicit. Dominus condidit me in opera sua.* ibid. *Prophetæ & Apostoli tradunt primo Sophiam conditam initia viarum in opera ipsius. Dehinc & sermonem prolatum, per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil.* post, *Patrem* dicit *innatum & infectum; Filium natum & factum.* contra Praxean: *Cùm dicit Deus Fiat lux: hæc est nativitas perfecta Sermonis, dum ex Deo procedit: conditus ab eo primùm ad cogitatum in nomine Sophiæ, Dominus condidit me initium viarum suarum: dehinc generatus ad effectum.* ibid. *Sophiam nunc in appellatione Sermonis, initium accepit viarum in Dei opera.* ibid. *Probare autem tam apertè debebis ex scripturis, quàm nos probavimus illum sibi filium fecisse sermonem suum.* Hippolytus Martyr l. de incarn. *Patrem solum esse immensum, Filium autem paulò ante mundum conditum satis clarè innuit.* Origenes in præf. Psalmorum: *quandoquidem nihil sine Deo bonum esse potest, & maximè intelligentia divinitus inspirata scripturæ, rogamus Patrem universorum Deum per salvatorem nostrum ac Pontificem* γενητὸν θεὸν, *factum Deum, dari nobis primùm, ut rectè quæramus*, &c. apud Epiph. lib. I. hæref. Orig. lib. 1. Periarch. *Nihil absque solo Deo Patre infectum esse* confirmat, apud Hieron. ad Avitum. Tract. 8. in Matth. *Sapientiam in principio creatam, & principium creaturarum Dei* asserit. Tom. 1. in Ioan. *Deum*, ait, *cùm animatam sapientiam, ut*

ut ita loquar, creâsset, illius curæ permisisse, ut ex figuris & speciebus, quas ipsa habebat, opinor, subsistentiam, & plasmationem, & formas præberet entibus & materiæ. lib. 5. adv. Cels. ὁ τοῦ θεοῦ υἱὸς, ὁ πρωτότοκος πάσης κτίσεως, εἰ καὶ νεωστὶ ἐνηνθρωπηκέναι ἔδοξεν, ἀλλ᾽ οὔτι γε διὰ τοῦτο νέος ἐστί· πρεσβύτατον γὰρ αὐτὸν πάντων τῶν δημιουργημάτων ἴσασιν οἱ θεῖοι λόγοι: *Dei filius omnium quæ condita sunt primogenitus, etsi recens sit visus carnem sumpsisse humanam, haud tamen novus propterea fuerit: quippe quem esse constat omnium, quæ creata sint, vetustissimum, ut sacræ literæ tradunt.* ibid. *Filium Dei* γεγενημένον *factum* dicit. Cyprianus or. pro martyribus: *Christum* dicit *ex ore altissimi procreatum esse ante mundi dispositionem.* Dionysius Alexandrinus: ποίημα καὶ γεννητὸν εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, μήτε δὲ φύσει ἴδιον, ἀλλὰ ξένον κατ᾽ οὐσίαν εἶναι τοῦ πατρὸς, ὥσπερ ἐστὶν ὁ γεωργὸς πρὸς τὴν ἄμπελον, καὶ ὁ ναυπηγὸς πρὸς τὸ σκάφος, καὶ γὰρ ὡς ποίημα ὢν οὐκ ἦν πρὶν γένηται: *Creaturam & factum esse filium, nec naturâ proprium; sed hospitem (vel peregrinum) secundum substantiam esse Patris, sicut agricola ad vineam, & navium fabricator ad scapham, etenim tanquam creatura existens, non erat antequam fieret.* Lactantius II. 9. *Deum fecisse filium* scribit. IV. 8. *Qui audit Dei filium dici, non debet tantum nefas mente concipere, ut existimet ex connubio ac permistione fœminæ alicujus Deum procreâsse*: (emphasin non in voce *procreâsse*, sed in *connubio ac permistione fœminæ* ponendam docet sequens periodus:) — *Deus autem*

tem cùm solus sit, cui permiscere se potuit? aut cùm esset tantæ potestatis, ut quicquid vellet, efficeret, utique ad creandum societate alterius non indigebat. —— Quomodo igitur procreavit? (Filium scil.) &c. c. 12. verba allegavimus supra. Eusebius præp. Euang. VII. 17. Filium dicit ἐκ τοῦ πατρὸς γεγενημένην ἀρχὴν, *ex Deo factum principium*: κἀκ τοῦ πρώτου αἰτίου γεγενημένην οὐσίαν: *ex primâ causâ genitam essentiam*: c. 14. idem expressâ voce Filium σύστημα, πρόβλημα, ἀρχιτεκτόνημα, δημιούργημα, id est *creaturam* dicit: de dem. Euang. IV. 24. 6. V. 1. ibid. probat Filium esse γενητὸν, & γεγενημένον, *factum*. In epistolis ad Euphrationem & Constantiam, productis act. 6. & 5. II. Syn. Nic. docuit eundem esse creaturam Dei perfectam. Hieronymus in cap. II. Ephes. *Quia*, inquit, *semel ad nomen creaturæ venimus: & sapientia in proverbiis Salomonis dicit se creatam initium viarum Dei: multique timore ne Christum creaturam dicere compellantur, totum Christi mysterium negant: ut dicant, non Christum in hac sapientiâ, sed mundi sapientiam significari. Nos liberè proclamamus non esse periculum eum dicere creaturam*, &c. Vigilius l. 5. cont. Eutych. ex hoc loco *Christum creatum probat*. Nec difficultatem se effugisse putent quicunque legunt: *Dominus possedit me*. Nam 1. eadem vox קנה Deut. XXXII. 6. in significatione creandi ponitur, legitur enim. *Nónne iste ipse est pater tuus, qui possedit & fecit & creavit te*, & LXX. οὐκ αὐτὸς οὗτός σου πατὴρ ἐκτήσατό σε, καὶ ἐποίησέ σε καὶ ἔπλασέ σε. Conf. Gen. IV. 1. 2. possidere rem est dominium

dominium habere in eam, ſemperque de inferiori prædicatur. Huc aptari poteſt illud Phil. de plant. Noæ. ὅσῳ ὁ κλησάμενος τὸ κλῆμα τοῦ κλήματος ἀμείνων, καὶ τὸ πεποιηκὸς τοῦ γεγονότος, τοσούτῳ βασιλικώτεροι ἐκεῖνοι : *quanto poſſidens poſſeſſionem poſſeſſione melior, & qui fecit eo quod factum eſt, tanto principaliores illi.* Scias autem Chriſtum dici creaturam, quòd non fuerit productus ex materiâ præexiſtente. Excellentiori tamen modo dictus eſt creatus ab Arianis, qui ajebant non eſſe eum talem creaturam, quales eſſent omnia alia per eum facta. Similiter ante Arianos Philo lib. quis rerum divin. hæres, introducit Sermonem dicentem : *Ego ſteti medius inter Dominum & vos, nec ingenitus exiſtens ut Deus ille, nec factus ſicut vos; ſed medius inter extrema, utriſque colloquens.* Verba græca vide in diſſert. de Verbo. Origenes lib. 3. contra Celſ. τοῦ ἰησοῦ μεταξὺ ὄντος τῆς τοῦ ἀγεννήτου καὶ τῆς τῶν γεννητῶν πάντων φύσεως : *Ieſus ingenitæ naturæ & genitorum omnium exiſtens intermedius : à Patre ut mediator defert ad nos beneficia, & in Pontificis morem noſtra ad Deum ſummum vota deportat.* Euſebius demonſt. Euang. IV. 10. μέσος τις ἑστὼς θεοῦ τοῦ ἀγεννήτου, καὶ τὸν (fortè τῶν) μετ' αὐτὸν γεννητῶν : *medius exiſtens (ſtans) inter Deum ingenitum, & ea, quæ poſt eum generata ſunt :* Alex. Alex. quoque apud Theod. I. 4. ſcribit *Filium habere mediam inter ingenitam, & creatam rerum aliarum naturam.* Hac ratione Mediatorem Dei & hominum Ieſum Chriſtum appellant prædicti autores Conf. Euſeb. contra Marc. I. 1. ubi ſcribit *mediatorem utpote inter duos*

medium stantem nec esse Deum, nec Deum mediatorem. Distinctiùs autem loquendo magis convenit Christo nomen Filii, quàm creaturæ. Nam non hoc inter fœtum & creaturam est, quòd hæc facta sit ἐξ οὐκ ὄντων: illa vero ex substantiâ generantis. Quia Deus nec gignit, nec creat ex materiâ præexistente (quod alibi probabimus) sed hæc est ratio formalis differentiæ, quòd filius sit imago, vel productus ad minimùm ad imaginem & similitudinem illius, cujus est filius. Creatura autem non imago, sed umbra vel vestigium est creatoris: ideoque sola corpora propriè dicuntur creata; Spiritus autem geniti vel filii Dei. Vnde rectè Secundus Philosophus interroganti Hadriano Imp. *quid esset Spiritus*, rescripsit, *esse imaginem Dei.* De his vide plura in exeges. Genes. I. 1. Hinc autem colligi nolim Christum non majori ratione aliquà dici filium Dei, quàm cæteros spiritus. Nam Christus est primogenitus, & ipsa imago Dei; cæteri autem spiritus ad imaginem Dei, quæ est primogenita, facti dicuntur; sed ipsi etiam sæpe vocantur imagines Dei. Nam imago imaginis potest etiam dici imago exemplaris. Vide exeges. Gen I. 7. ex Origene & Eusebio. Macarius hom. 17. εἷς τις τῶν ἀδελφῶν συνευχόμενός τινι, ᾐχμαλωτίσθη ὑπὸ θείας δυνάμεως, καὶ ἁρπαχθεὶς εἶδε τὴν ἄνω πόλιν ἱερουσαλὴμ, καὶ εἰκόνας φωτεινὰς, καὶ φῶς ἄπειρον. *Quidam fratrum orans cum quodam, captivus ductus est à divinâ virtute & raptus vidit imagines lucidas, & lumen infinitum.* Sibylla introducit Deum dicentem:

tem: εἰκὼν ἐς᾽ ἄνθρωπος ἐμή. *Homo est imago mea.* Theophilus 1. ad Autolyc. ὁ ἄνθρωπος πλάσμα καὶ εἰκὼν θεοῦ ἐστιν. *Homo est figmentum & imago Dei.* Clem. Alex. protrept. ἡ μὲν γὰρ τοῦ θεοῦ εἰκὼν, ὁ λόγος αὐτοῦ· εἰκὼν δὲ τοῦ λόγου, ἄνθρωπος: *Imago Dei est Verbum ejus: imago autem Verbi est homo.* Strom. lib. 5. εἰκὼν μὲν γὰρ θεοῦ λόγος ὁ θεῖος καὶ βασιλικὸς, ἄνθρωπος ἀπαθής· εἰκὼν δὲ εἰκόνος, ἀνθρώπινος νοῦς. *Imago Dei est Verbum divinum & regium, homo impassibilis: imago verò imaginis est humana mens.* Macar. hom. 1. definit animam quòd sit καλὸν ὁμοίωμα καὶ εἰκὼν θεοῦ. *Pulchra similitudo & imago Dei.* C. Mar. Victor. 1. adverſ. Ar. *homo ſecundùm imaginem, hoc est imago imaginis.* Baſilius lib. 5. contra Eunom. *Divinus character non ſicut humanus est; ſed vivens ac verè exiſtens imago imaginis effectrix, per quam omnia quæ participant, imagines Dei conſtituuntur.* Ambroſius tract. 16. in ſymb. apoſt. *Verbum Dei, quod Dominus Christus est,* &c. *ad imaginem ſuam, quam priùs ipſe condiderat, venit.* Prudentius in Apotheoſi:

> *Christus forma Patris: nos Christi forma, & imago*
> *Condimur in faciem Domini bonitate paternâ.*

Conf. Philon. de profug. & de ſomn. Hieronymus in Pſalm. CXV. 2. *hominem umbram* vocat, Platonici verò etiam *mundum* dixerunt *Dei filium*: ut annotavimus in Gen. I. 1. Ipſe Plato in Timæo *mundum* vocat *intelligibilis Dei imaginem, cælumque unigenitum.* Significatione itaque

vocis *creavit* acceptâ, in sensu quo ab antiquis acceptam reperimus, pergimus ad illud quod sequitur, *in principio*. Hîc probabimus Arium non fuisse autorem illarum locutionum, quales sunt: *Erat, quando non erat Filius, nec erat antequam, gigneretur, Deus existit ante Filium, nec semper erat Pater.* Nam Philo de Decalogo, scribit: ἦν ποτὲ χρόνος ὅτε οὐκ ἦν: *erat aliquando tempus, quando non erant quæ genita sunt.* Clemens Romanus allegante Gerhardo, Botsacco & H. Nicolai Meth. de Trinit. dixit *Filium aliquando non fuisse, & Deum aliquando non fuisse Patrem.* Iustinus martyr evers. dogm. 20. 31. 43. 59. γεννητὸν δὲ ὄν, ἦν ἄρα ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν: *fuit aliquando, cùm non fuit id quod genitum est.* Athenagoras apol. *Dii antequam nascerentur, non erant.* Tertullianus contra Hermog. *Dei nomen dicimus semper fuisse apud semetipsum & in semetipso, dominum verò non semper: diversa enim utriusque conditio, Deus substantiæ ipsius nomen, id est, divinitatis; dominus verò non substantiæ, sed potestatis: substantiam semper fuisse cum suo nomine, quod est Deus, postea Dominus, accedentis scilicet rei mentio. Nam ex quo esse cœperunt, in quæ potestas domini ageret, ex illo per accessionem potestatis & factus & dictus est dominus: quia & pater Deus est, & judex Deus est, non tamen ideo pater & judex semper, quia Deus semper. Nam nec pater potuit esse ante filium, nec judex ante delictum. Fuit autem tempus, cùm & delictum & filius non fuit, quod judicem, & qui patrem Deum faceret. Sic & dominus non ante ea, quorum dominus*

nus existeret ; sed dominus tantùm futurus quandoque , sicut pater per filium , sicut judex per delictum, ita & dominus per ea, quæ sibi servitura fecisset. Contra Praxean : *certè filius Dei non semper , sed ipse cujus est filius :* Ita omnino legendum , tum quia hæc conveniunt cum loco ex libro contra Hermogenem allegato , tum quia blasphemum foret dicere , ipsum Deum , cujus est filius , non fuisse semper. Autor libri de Trinitate : *nihil ante Christum præter Patrem.* Ex eodem libro hujus sensus plura allegabimus alibi. Dionysius Alexandr. ποίημα ὢν, οὐκ ἦν πρὶν γένηται: *Filius*,inquit,*creatura existens , non erat antequam fieret.* Lactantius II. 9. *De matre*,ait,*natus est,qui ante jam fuit: de patre, qui aliquando non fuit.* Coætaneus Arii Eusebius Cæs.dem. Eu.IV. 3. ὁ πατὴρ προϋπάρχει τοῦ υἱοῦ , καὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ προϋφέστηκεν. *Pater existit ante filium , & substitit ante ejus creationem.* V. 1. οὐδέ γε ἀνάρχως συνυφέστηκε τῷ πατρί , ἐπεὶ ὁ μὲν ἀγέννητος , ὁ δὲ γεννητός , καὶ ὁ μὲν πατὴρ , ὁ δὲ υἱός. προϋπάρχειν δὲ καὶ προϋφεστάναι πατέρα υἱοῦ πᾶς ὅστις οὖν ὁμολογήσειεν : *neque sine principio coëxtitit Patri, siquidem hic ingenitus , ille genitus , hic Pater , ille filius est. Fuisse autem & extitisse Patrem ante filium, quilibet sanè confiteatur.* De Eccl. Theol. lib. II. cap. 3. negat τὸ ἀΐδιον τοῦ λόγου. *Verbi æternitatem,* æquè ac τὸ ἀγέννητον , *ingenitum.* Cap. 7. negat Filium esse ἄναρχον , *sine principio.* In epistolis ad Euphr. & Const. productis act. 6. & 5. II. Syn. Nic. docuit, *ante Filium extitisse Patrem,ac Deum Patrem existentem , non existentem genuisse filium.*

iisdem temporibus Constant. M. orat. ad sanct. cœt. c. II. *Filium esse quidem ante omnia, Patrem verò ante Filium* probat *extitisse* his verbis: ὄντος ἀναιτίου μηδενὸς, προϋπάρχειν τῶν ὄντων τὴν αἰτίαν αὐτῶν. — καθάπερ αἴτια μὲν υἱοῦ ὁ πατὴρ, αἰτιατὸν δ' ὁ υἱὸς, καὶ τὸ μὲν προϋπάρχειν αὐτὸν, ἱκανῶς ἤδη δεδήλωται: *cum nihil sine causâ existat, causam res ipsas præcedere necesse est. — Sicut autem Pater Filii causa est, sic Filius causatum, nam & hoc illum præextitisse, satis est jam demonstratum.* Ita ante Arium & cum Ario Patres. Interea Ecclesia ab antiquo nomen jactans Catholicum, satis diu patrum contradictiones impotens passa, freta tandem Constantini nondum Arii (ut dicunt) placita sectantis armis, caput extulit, instituta majorum sequentes exilio addixit, Synodoque decrevit imposterum credi debere: *Filium non factum, sed genitum: non ex non-Ente, sed ex substantiâ Patris, nec vel uno momento fuisse Patrem ante Filium.* His undis agitata, fulminibusque percussa, fugiens tenues evasit in auras prisca fides. Verè tenues auræ reliquiæ illæ Arianorum, quorum fidem quondam non solùm orbis universus, sed & extra orbem (ut Beda vocat) tam longè remotæ insulæ amplexabantur. Quos orbis antiquus (imprimis Italia, Hispaniaque,) olim legebat Imperatores, salutabat Reges, creabat Consules, venerabatur Pontifices & episcopos: his nunc nec laicis, nec civibus: at quid dico civibus? ne hospitibus, ne servis, quidem esse licet. Unum est, quod in nomen hæreticum

parat

parat inquisitio, incendium. Sed antequam locum præsentem finiam, addendum duxi Arianos in seculo quarto quæstionem ventilâsse: *utrum Deus antequam Filius existeret, Pater dici potuerit?* Dorotheus negabat: Marinus asserebat, cujus sectatores dicti Psathyriani, & Gotthici: tandem his in sententiam Dorothei rationabiliorem concedentibus, unio secuta fuit. Post Arium quoque Chrysostomus oper. imper. homil. 40. Filio initium ascribit his verbis: *quoniam autem volentes ostendere quidem filium semper fuisse, quemadmodum Patrem: cùm dicimus illis, si filius est, & natus est, & initium* (edit. Colon. fol. 1487.) *habet, respondent*, &c. Agmen concludat Wendelinus, qui lib. 1. Christ. Theol. cap. 2. thes. 4. *Non fuit*, inquit, *Filius ante generationem.*

Psalmi XXXII.

℣. 6. Τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν (Aq. ἐποιήθησαν ex Hebr. Symm. ἐγένοντο:) καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν (Aq. στρατιὰ. Symm. διακόσμησις.] Hoc optimum. Nam eadem voce, (cùm de *Verbo* vel *Mente* agunt,) usi sunt Plato in Phœdone, libro Anaxagoræ, & de legibus 12. & in Philebo: apud Origen. lib. 6. contra Cels. Philo de mundi opif. Iustinus martyr apolog. Methodius apud Epiphan. hær. 64. & Phot. Cod. 224. Lactantius II. 8. Eusebius præp. Euang. III, 6. dem. Euang. V. 1. Theod. serm. 2. πε-

2. περὶ ἀρχῆς, & ipsum Coranum. Horum sententiam confirmare videntur Euthymius, Cajetanus & Calvinus, qui Spiritum h. l. idem volunt esse Verbum Domini. Calvinus quoque in h. l. *infirma*, inquit, *hinc ducitur ratio pro adstruendâ Spiritûs divinitate.*

ꝟ. 9. ὅτι αὐτὸς εἶπε καὶ ἐγενήθησαν, αὐτὸς ἐνετείλατο καὶ ἐκτίσθησαν:] Eadem verba repetuntur à LXX. interpretibus Psalm. CXLVIII. 5. Eusebius præp. Euang. VI. 6. VII. 14. pro ἐγενήθησαν legit ἐγεννήθησαν, *generata sunt*: ita quoque legit Gregorius Nyssenus, additque significari τὴν διὰ τῆς κτίσεως γέννησιν, *generationem quæ fit per creationem*. Autor antiquissimus libri de Trinitate, τὸ ἐκτίσθησαν reddidit *processerunt*. Clemens Rom. Const. V. 6. βουλήσει μόνῃ ᾇ προσετάγη ὁ χριστὸς, ταῦτα καὶ παρήγαγε: *voluntate solâ, quæ jussus erat Christus, hæc & produxit.* Cap. ultim. τοῦτον καὶ ἡμεῖς κηρύσσομεν ὑμῖν καὶ εὐαγγελισόμεθα θεὸν λόγον, ὑπηρετούμενον τῷ θεῷ αὐτοῦ, καὶ πατρὶ εἰς τὴν τῶν ὅλων δημιουργίαν: *hunc & nos prædicamus vobis & euangelisamus Deum sermonem inservientem Deo suo & Patri ad universorum creationem.* VIII. 12. ὁ εἰς πάντα ὑπηρετησάμενος σοι τῷ θεῷ αὐτοῦ, καὶ πατρὶ, εἴς τε δημιουργίαν, καὶ πρόνοιαν κατάλληλον: *ipse qui ad omnia ministravit tibi Deo suo & Patri, & ad creationem differentem, & ad mutuam providentiam.* Theophilus Ant. τοῦτον τὸν λόγον ἔσχεν ὑπουργὸν τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ γεγεννημένων: *Deus hoc Verbum habuit pro administro eorum quæ ab ipso generata sunt.* Irenæus III. 8. *Cui ergò*, inquit, *præ-*

præcepit? Verbo ſcilicet, per quod, inquit, cœli firmati ſunt. IV. 75. *Filio miniſtrante conſtituitur homo ad imaginem infecti Dei.* (Sic in Geneſ. I. 26. ex patribus, & antiquioribus Conciliis probabimus Deum Patrem ad Filium dixiſſe & Spiritum S. *Faciamus hominem.*) Tertullianus de carne Chriſti: *quod pater neque repromiſit, neque mandavit, Chriſtus adminiſtrare non potuit.* contra Marcion. lib. 2. *Deus adhibet operi bono optimum etiam miniſtrum, ſermonem ſuum.* lib. 3. *Patrem* appellat *Deum & mandatorem, Filium Chriſtum & mandatum* contra Prax. *Exinde autem in ſermone Chriſto aſſiſtente & amminiſtrante Deus voluit fieri firmamentum.* ibid. *Alium dicam oportet ex neceſſitate ſenſûs, eum qui jubet, & eum qui facit. Nam nec juberet ſi ipſe faceret, dum juberet fieri per eum*: (ſcil. ſermonem,) *tamen jubebat, haud ſibi juſſurus, ſi unus eſſet, aut ſine juſſu facturus, quia non exſpectâſſet, ut ſibi juberet.* Origenes Periarch. proœm. *qui cùm in omnium conditione Patri miniſtrâſſet, (per ipſum enim omnia facta ſunt) noviſſimis temporibus ſe ipſum exinaniens homo factus eſt.* Lib. 6. adv. Celſ. τὸν μὲν προσεχῶς δημιουργὸν εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ λόγον, καὶ ὡσπερεὶ αὐτουργὸν τοῦ κόσμου. τὸν δὲ πατέρα τοῦ λόγου τῷ προστεταχέναι τῷ υἱῷ ἑαυτοῦ λόγῳ ποιῆσαι τὸν κόσμον, εἶναι πρώτως δημιουργόν: *de his juſſis, Fiat hoc, & rurſum hoc aut hoc, pro viribus reſponſum videri poteſt jam tum, quando citavimus illud, ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandavit & creata ſunt: dicendo immediatum opificem eſſe filium Dei Verbum, qui velut ſuis manibus*

bus mundum fabricaverit : Verbi autem Patrem, cujus mandato mundus sit per ipsum Filium conditus, esse primarium opificem. Locus prior quem indigitat, est lib. 2, ubi ita scribit : τούτῳ γάρ φαμεν ἐν τῇ κατ Μωσέα κοσμοποιΐᾳ προστάττοντα τὸν πατέρα εἰρηκέναι τὸ, γενηθήτω φῶς, καὶ γενηθήτω στερέωμα. καὶ τὰ λοιπὰ, ὅσα προσέταξεν ὁ θεὸς γενέσθαι. Καὶ τούτῳ εἰρηκέναι τὸ, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν· προσταχθέντα δὲ τὸν λόγον πεποιηκέναι πάντα, ὅσα ὁ πατὴρ αὐτῷ ἐνετείλατο : *Dicimus namque in mundi, quam Moyses scripsit, creatione, jubendo Patrem dixisse, Fiat lux & firmamentum, & cætera, quæ Deus ut fierent mandavit, & ad Filium verba hæc habuisse : Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram : & quæcunque sunt per Patrem injuncta, fuisse Verbum hoc & filium exsecutum :* &c. εἰ γὰρ ἐνετείλατο ὁ θεὸς καὶ ἐκτίσθη τὰ δημιουργήματα· τίς ἂν, κατ τὸ ἀρέσκον τῷ προφητικῷ πνεύματι, εἴη ὁ τὴν τηλικαύτην τοῦ πατρὸς ἐντολὴν ἐκπληρῶσαι δυνηθεὶς, ἢ ὁ (ἵν' οὕτως ὀνομάζω) ἔμψυχος λόγος καὶ ἀλήθεια τυγχάνων : *si enim Deus mandavit, & opera ista sunt condita, quis alius posset offerri, qui tanta Dei mandata pro voluntate Prophetici spiritûs exsequi potuisset, præter eum, qui animatum (ut ita dixerim) Verbum esset & veritas.* pòst : ὁ θεὸς ἐνετείλατο περὶ τῶν τοσούτων ἐν κόσμῳ καὶ ἐκτίσθη· καὶ ὁ τὴν ἐντολὴν λαβὼν ὁ θεὸς λόγος ἦν : *mandato Dei creatæ sunt tam multæ creaturæ, & id mandatum accepit Deus Verbum.* Tom. 2. in Ioan. *Cæterùm non præsentis est temporis*

*ris-ostendere quòd sermo, ut minister opificis mundum condiderit. Iuxta David enim Prophetam: Deus dixit & facta sunt, mandavit & creata sunt. Mandavit enim * unigenitus* (emenda *ingenitus*) *Deus primogenito omnis creaturæ, & creata sunt.* Tom. 28. *Christo dixit Deus, & facta sunt, mandavit & creata sunt.* Cyprianus tract. 4 de idol. van. *Mundi*, inquit, *unus est rector, qui universa quæcunque sunt, Verbo jubet.* Eadem verba leguntur in Minutii Felicis Octavio. Episcopi sex Concilii Ant. III. ad P. Samosat. scribunt, *Filium paternam implevisse voluntatem, & Patrem præcepisse Filio, ut conderet mundum.* Lactantius IV. 29. *Pater in Filio, quia voluntati Patris fideliter paret, nec unquam faciat, aut fecerit, nisi quod Pater aut voluit, aut jussit.* Constantinus M. orat. ad sanct. cœtum cap. 9. αὐτὸς ὁ ἐπὶ πάντας τοὺς ἄλλους ἠπιώτατος Πλάτων σώφρων ἦν, — ὅτι τὸν μετ' ἐκεῖνον τὸν δημιουργὸν καὶ διοικητὴν τῶν ὅλων δηλονότι ὑποβεβηκότα ταῖς ἐκείνου προστάξεσιν ὑπουργεῖσθαί φησιν: *Plato rectè prudenterque sensisse videtur, cùm secundum hunc præceptis illius summi opificis & moderatoris omnium inservüsse statuit.* Eusebius Cæsar. histor. Eccles. I. 1. Τὸν μὲν πατέρα καὶ ποιητὴν εἰσάγων ὡς ἂν πανηγεμόνα βασιλικῷ νεύματι προστάττοντα· τὸν δὲ τούτῳ δευτερεύοντα θεῖον λόγον, οὐχ ἕτερον τοῦ πρὸς ἡμῶν κηρυττομένου, ταῖς πατρικαῖς ἐπιτάξεσιν ὑπουργοῦντα: *Patrem quidem & creatorem inducens tanquam omnium supremum ducem regio nutu imperitantem. Verbum verò ipsum sequens non aliud, quàm quod à nobis prædicatur, Patris mandatis ministrans.*

niſtrans. c. 2. Καὶ ὅτι γέ ἐστιν ὀυσία τις προκόσμιος, ζῶσα καὶ ὑφεστῶσα, τῷ πατρὶ καὶ θεῷ τῶν ὅλων εἰς τὴν τῶν γεννητῶν ἁπάντων δημιουργίαν ὑπηρετησαμένη, λόγος θεοῦ καὶ σοφία χρηματίζουσα: *quòd ſit eſſentia quædam antemundana, vivens & ſubſiſtens, quæ Patri & Deo univerſorum in omnium genitorum creatione miniſtravit, Verbum Dei, & ſapientia nuncupata, præter poſitas demonſtrationes, etiam ipſa ſapientia illa in propriâ perſonâ per Salomonem perſpicuè de ſe ipsâ myſtice ſic loquens, audienda eſt*, &c. *Dominus creavit me*, &c. dem. Euangel. V. 5. ὁ λόγος ἕτερος ὢν τοῦ πατρὸς ὑπουργὸς ἦν αὐτοῦ, ὥστε ἐπικελευομένου τοῦ μείζονος αὐτὸν δημιουργεῖν. — πρόδηλον γὰρ, ὡς ὁ λέγων, ἑτέρῳ λέγει· καὶ ὁ ἐντελλόμενος, ἑτέρῳ παρ' ἑαυτὸν ἐντέλλεται. — εἰ γὰρ αὐτὸς ἐνετείλατο, [καὶ ἐκτίσθησαν,] καὶ τίς ἦν τοσοῦτος, ὡς τὴν περὶ τῶν τηλικούτων ἐντολὴν ὑποδέξασθαι, ἢ ὁ τοῦ θεοῦ λόγος; *Verbum aliud exiſtens à Patre miniſter erat ejus, jubentis tanquam majoris eum fabricari. — Manifeſtum enim eſt dicentem alteri dicere, & mandantem alteri à ſe ipſo mandare. — Si enim ipſe mandavit*, (& creata ſunt,) *& quis ille tantus, qui tantarum rerum mandatum recipere queat, niſi ipſum Dei Verbum?* Cap. 6. τῷ λόγῳ τὴν τῶν γεννητῶν ἐντέταλται δημιουργίαν: *Verbo iſti generatorum mandavit fabricationem.* de præp. Euang. VII. 14. Καὶ εἶπεν ὁ θεὸς, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν· τοῦτο δὲ καὶ ὁ ψαλμωδὸς ἠνίττετο, ὁπηνίκα περὶ τοῦ πρώτου αἰτίου διεξιὼν, αὐτός, φησιν, εἶπε καὶ ἐγεννή-

ἐγεννήθησαν, αὐτὸς ἐνετείλατο καὶ ἐκτίσθησαν. ἄντικρυς τὴν τοῦ πρώτου πρὸς τὸ δεύτερον αἰτίαν ὡς ἂν πατρὸς πρὸς υἱὸν, διάταξίν τε καὶ παρακέλευσιν ὑφιστάμενος. πάντῃ γὰρ δήπουθεν δῆλον, ὡς πᾶς ὁ λέγων τι, ἑτέρῳ λέγει· καὶ ὁ ἐντελλόμενος ἑτέρῳ παρ' ἑαυτὸν ἐντέλλεται : *Et dixit Deus, Faciamus hominem ad imaginem nostram, & ad similitudinem. Hoc etiam Psaltes indigitavit, cum de primâ causâ tractans, ipse, inquit, dixit & generata sunt, ipse mandavit & creata sunt : manifestè primae causae ad secundam, tanquam Patris ad Filium mandatum, jussum & praeceptum constituens. Omnino igitur manifestum, quòd omnis dicens quid, alteri dicit, & praecipiens alii à seipso praecipit.* Hoc enim inter alia loco utebantur Patres contra Sabellii homodoxos, quo probarent alium Patrem, alium Filium: quapropter etiam Episcopi sex Concilii Antiocheni III. verbis supra allegatis, contra P. Samosatenum subjunxerunt : ὁ δὲ ἐντελλόμενος ἑτέρῳ ἐντέλλεταί τινι : *praecipiens alteri cuidam praecipit.* dem. Euang. IV. 10. ὑπουργοῦν δὲ καὶ συνεργοῦν ταῖς τοῦ πατρὸς διατάξεσιν, ὑπουργὸς τοῦ πατρὸς καὶ δημιουργὸς χρηματίζει : *ministrans & cooperans Patris mandatis, minister Patris & opifex vocatur.* V. 1. ὑπουργόν τε καὶ συνεργὸν τῷ πατρὶ τῆς τῶν ὅλων οὐσιώσεώς τε καὶ διακοσμήσεως γεγενημένον : *& ministrum, cooperatoremque Patri in substantiatione & exornatione universorum factum.* Contra Marcellum I. 20. scribit quòd *Filius in creatione* ὑπηρετικὸς, διακονησάμενος, *Dei minister fuerit.* Constantinus M. orat. ad sanctorum coetum, *Filium*

lium vocat φύσιν θείας προστάξεως διάκονον: *naturam divini mandati famulam.* C. Marius Victor. 1. de rerum creat.

Quæ mandante Deo cùm plenus mente parentis
Filius omnipotens faceret.

Augustinus de incarn. I. 2. *Filium*, dicit, *in omni conditione Patri ministrasse, quia per ipsum omnia facta sunt: quod enim Deus dicit, Verbo dicit: & Verbum, per quod facta sunt omnia, mandatum dicentis exsequitur.* Basilius de Spir. S. c. 16. ait Deum patrem creationem imperare, *Verbum creare, & Spiritum sanctum confirmare.* Conf. Hilar. 5. de Trin. Athanas. de decret. Cyrillus 29. Thes. Certè Platoni etiam & Platonicis solenne est Mentem vocare αἰτίαν & δημιουργὸν, *causam & fabricatorem*: διακόσμησιν autem *emundationem* vel *exornationem* potissimùm Menti adscribunt Plato, Philo, Patres, & Muhammedani: Adduntque Platonici summo Bono utpote immobili & imparticipabili activè & passivè, inconveniens esse operari. Aliquando his consentit Philo, quandoque verò sibi non constat. Autori λόγου πλείου, apud Lactantium VII. 18. ὁ κύριος καὶ πατὴρ καὶ θεὸς καὶ τοῦ πρώτου καὶ ἑνὸς θεοῦ δημιουργὸς: *Dominus ille & Pater, & Deus, & primi illius & unius Dei fabricator* audit. Clemens Rom. Const. lib. II. c. 44. ὁ διάκονος λαβὼν παρὰ τοῦ ἐπισκόπου τὴν ἐξουσίαν, ὡς ὁ κύριος παρὰ τοῦ πατρὸς τὸ δημιουργεῖν, τὸ προνοεῖν: *diaconus accipiens ab Episcopo potestatem, sicut Dominus à Patre operationem & providentiam.* Ignatius ad Ephes.

Filius

Filius Dei ante secula genitus, ubi juxta Patris voluntatem & arbitrium omnia condidisset. Clemens Alex. Strom. 5. πετύπωκεν δὲ τὰ μεθ' ἑαυτὴν ἅπαντα γινόμενα: *Deus Salvator figuravit omnia, quæ post se facta sunt.* lib. 7. θελήματι τοῦ παντοκράτορος πατρὸς, αἴτιος ὁ υἱὸς καθίσταται: *Voluntate Patris omnipotentis autor & causa filius.* ibid. *Patrem* vocat πρῶτον αἴτιον, *primam causam: Filium* δεύτερον αἴτιον, *secundam causam.* Similiter Tertullianus contra Prax. scribit *Deum Patrem jussisse, & Filium fecisse.* Origenes tom. 1. in Ioan. *Animata sapientia ex figuris & speciebus, quas ipsa habebat, opinor, subsistentiam, & plasmationem & formas præbuit entibus & materiæ.* Methodius apud Epiph. hær. 64. & Phot. Cod. 224. δύο δὲ δυνάμεις ἐν τοῖς προωμολογουμένοις ἔφαμεν εἶναι ποιητικάς· τὴν ἐξ οὐκ ὄντων γυμνῷ τῷ βουλήματι χωρὶς μελλησμοῦ. ἅμα τῷ θελῆσαι, αὐτουργοῦσαν, ὃ βούλεται ποιεῖν, τυγχάνει δὲ ὁ πατήρ. θατέραν δὲ κατακοσμοῦσαν, καὶ ποικίλλουσαν κατὰ μίμησιν τῆς προτέρας, τὰ ἤδη γεγονότα. ἐστὶ δὲ ὁ υἱός: *duas virtutes in antecedentibus diximus esse factrices: illam, quæ per se operatur ex non-Entibus nudâ voluntate sine morâ, & simul cum voluntate, quæ vult, operatur. Et hæc est Pater. Alteram autem ornantem & distinguentem ad imitationem prioris, quæ jam sunt facta: & hæc est Filius.* Lactantius II. 9. *Exorsus igitur Deus fabricam mundi, illum primum & maximum filium præfecit operi universo: eoque simul & consiliatore usus est, & artifice in excogitandis, ornandis, perficiendisque rebus.* IV. 11.

Illum filium suum primogenitum, illum opificem rerum, & conciliatorem delabi jussit e cœlo. Eusebius *Filium Patris* dicit συνεργὸν, *cooperatorem*, τὸν μετὰ τὸν πατέρα τῶν ὅλων αἴτιον: *post Patrem universorum causam*: δεύτερον αἴτιον, *secundam causam*, dem. Eu. IV. 10. V. 1. hist. Eccl. I. 1. præp. Euang. VII. 14. XI. dem. Euang. V. prooem. IV. 4. ἕνα μονογενῆ καὶ ἀγαπητὸν υἱὸν ἐδόκει τῷ παναγάθῳ πατρὶ τῆς τῶν γενητῶν ἁπάντων δημιουργίας προϋφίστασθαι δεῖν: *Vnum unigenitum & dilectum filium videbatur optimo Patri oportere præfici creationi omnium faciendorum.* c. 5. summum Deum appellat δημιουργοῦ θεὸν καὶ πατέρα: *fabricatoris*, (vel, *artificis Verbi*) *Deum & Patrem.* c. 10. ὑπουργῶν δὲ καὶ συνεργῶν ταῖς τοῦ πατρὸς διατάξεσιν, ὑπουργὸς τοῦ πατρὸς καὶ δημιουργὸς χρηματίζει: *Ministrans ac cooperans Patris mandatis, minister Patris & opifex vocatur.* Maximinus Arianorum episcopus apud Augustin. lib. 1. contra eund. *Christum*, inquit, *colimus ut creatorem.*

Epistolæ ad Philippenses

C A P. I I.

℣. 6. Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων:] Cùm in divinâ naturâ esset. Ita Origenes, Eusebius, Hilarius, Ambrosius lib. 7. Epist. Nazianzenus, Chrysostomus, Hieronymus, Theophilus Alex. Augustinus, Vigilius lib. 1. 2. 3. 4. contra Eutych. Oecumenius,

nius, aliique patres. Calvinus quoque, Beza, Vatablus, Salmeron, Cornelius à Lapide, & G. Cassander de duabus naturis in Christo. Tertullianus contra Hermogenem, *Deus*, inquit, *substantiæ ipsius nomen, id est, divinitatis.* Alii hîc accipiunt Dei vocem in significatu dominandi, ut commodiùs eam opponant formæ servi, idque non adeò improbabiliter.

Οὐχ' ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ:] Anonymus h. l. conjicit verba hæc legenda per interrogationem, quia hoc putat requirere connexionem, absurdè enim aliàs monuisse Philippenses Apostolum ad humilitatem exemplo Christi non arbitrantis rapinam esse æqualem Deo. Locum itaque hoc modo distinguit: οὐχ' ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ; & ita eum παραφράζει: Philippenses este humiles, & æstimate quemlibet vobis superiorem, imitando Christum: qui cùm in formà Dei esset, annon tamen arbitratus est rapinam fore, si se Deo æqualem faceret? Imò nec hoc solùm; sed & exinanivit seipsum, citra quod erat. Confirmare opinatur suam opinionem, quòd antiquissimos codices literis initialibus, atque sine distinctionibus exaratos viderit, & quòd simile exemplum repererit Iobi III. 26, ubi verba, quæ apud LXX. Int. sunt negativa, Vulgata & Lutherus, aliique interpretes per interrogationem vim affirmativæ propositionis habentem transtulerunt. Nec obstare credit sequentem vocem ἀλλ', quia illa *quinimo* etiam significet. Tandem etiam hunc locum ita sine inter-

terrogatione legi posse putat: οὐχ' ἁρπαγμὸν μόνον ἡγήσατε τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε. Sic ferè *Anonymus*. Verum mera ista conjectura nullo nititur fundamento, nec ullus codex S. Scripturæ, vel ullus ex patribus (sæpissimè hunc locum allegantibus, reperiri queat, qui vel priorem, vel posteriorem lectionem approbet, aut tantùm earum meminerit. Merito itaque retinenda est lectio & distinctio communis, ab omnibus recepta. Sensum autem loci pervestigemus, inprimis quid sit ἁρπαγμὸν ἡγήσασθαι. Cicero act. 5. in Verr. *omnium*, inquit, *bona prædam suam duxit*, id est, rapuit. Quare sensus verborum Apostoli talis est: Christus non duxit prædam æqualitatem cum Deo, quod fecit Lucifer, id est, tantum abest ut Filius assumserit illud quod non erat suum. (scilicet ingeniti excellentiam: nam eo Patre filius Dei minor, quòd Pater ingenitus, Filius genitus:) ut è contrario potiùs minorem se fecerit, quàm reipsâ erat. Confirmatur hic sensus 1. quia Apostolo propositum erat Philippenses hortari ad humilitatem, eisque dissuadere ἐριθείαν & κενοδοξίαν. 2. non ad humilitatem, sed ad superbiam hortari esset dicere: Christus cùm in formâ Dei esset, tamen se non per rapinam, sed per coëssentialitatem arbitratus est esse æqualem Deo. 3. G. Pasor lex. N. T. voce ἁρπάζω, ita scribit: *Phil. 2. vers. 6. οὐχ' ἁρπαγμὸν ἡγήσατο, non rapuit. Hellenismus. ἡγήσασθαι ἁρπαγμὸν, pro ἁρπάζειν. Sic ποιεῖσθαι φάσιν, apparere, ποιεῖσθαι μετάβασιν, transire; non rapuit,*

rapuit, τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, *h. e. æqualitatem cum Deo. Infinitivus ponitur pro nomine. Similis phrasis est Hebr.* 10. 29. καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος *pro* κοινώσας. 4. Antiquissimus autor libri de Trinitate, præsentem locum ita explicat: *quamvis enim se ex Deo patre Deum esse meminisset, nunquam se Deo patri aut comparavit aut contulit, memor se esse ex suo patre, & hoc ipsum quod est, habere, quia pater dedisset. Inde denique & ante carnis assumptionem, sed & post assumptionem corporis, post ipsam præterea resurrectionem, omnem patri in omnibus rebus obedientiam præstitit pariter ac præstat. Ex quo probatur, nunquam arbitratum illum esse rapinam quandam divinitatem, ut æquaret se patri Deo: quinimò contra, omni ipsius imperio & voluntati obediens, atque subjectus etiam ut formam servi susciperet contentus fuit.* 5. Lutherus de duplici justitiâ locum hunc interpretatur sic, ut dicat Christum non rapuisse sibi æqualitatem cum Patre, ita scribens: *ista autoritas negativè debet intelligi, quam multi affirmativè acceperunt, scilicet, quòd Christus non arbitratus est esse se æqualem Deo, id est, noluit esse æqualis, ut sit per eos, qui id rapiunt per superbiam, qui dicunt Deo, si non dederis, (ut ait B. Bernhardus) mihi gloriam tuam, ipsemet mihi usurpabo. Non autem affirmativè sic: Non arbitratus est* (videtur deesse *rapinam*) *se esse æqualem Deo, id est, quòd esset æqualis Deo, id non putavit rapinam. Hæc enim sententia non habet aptam intelligentiam.* 6. Hilarius 8. de Trin. τὸ *non arbitratus est rapinam*, interpretatur per, *non rapuit*

ſibi. 7. Chryſoſtomus & Oecumenius h. l. dicunt dicto modo Arianos locum præſentem expoſuiſſe: Epiphanius quoque in Ancorato refellit hunc ſenſum: *Non voluit fieri æqualis Deo per rapinam*. 8. Ita explicatus locus egregiè convenit cum verbis Chriſti ad Diabolum, apud Ignatium in epiſtolâ ad Philippenſes quoque ſcriptâ. Ex eodem hoc Apoſtoli loco convincuntur Sabelliani & Samoſateniani, qui (teſte Epiphanio) aſſerebant unum eſſe Deum Patrem, Filium & Spiritum S. ſi locus ille communi modo explicetur ad probandam æqualitatem Patris & Filii. Nam neceſſariò alter alteri eſt æqualis, alius itaque eſt Pater, alius Filius, qui autem alteri eſt æqualis, aliam habet (numero ad minimum) ſubſiſtentiam ab eo, cui eſt æqualis: æqualia enim relata ſunt, unde idem ſibi ipſi æqualis dici non poteſt. Præterea notandum τὸ ἴσα vel ἴσον non denotare ſemper *æqualitatem*, ſed & ſæpe *ſimilitudinem*. Sic Iobi X. 10. legitur ἴσα θεῷ, & Hermes in Pœmandr. ἀπεκύησε, inquit, τὸν ἄνθρωπον ὁ θεὸς αὐτῷ ἴσον: quæ verba interpres rectè reddidit: *creavit hominem ſimilem ſibi Deus*. Bene enim nô rat Hermes hominem creatori ſuo non eſſe æqualem: tandem & in Gregor. Neocæſ. Paneg. τὸ ἴσον θεῷ, interpres dixit *ſimilem Deo*.

℣. 7. ἀλλ᾽ ἑαυτὸν ἐκένωσε, *ſed ſeipſum evacuavit:*] Divina Chriſti natura ſeipſam exinanivit, vel evacuavit. Nam humana natura exinanita dici nequit, quia 1. fuit perfectiſſima, adeò ut nullo etiam peccato vel actuali vel originali infecta fuerit. 2. Exi-

2. Exinanitio cœpit cum momento incarnationis, at humana natura non fuit ante momentum conceptionis. 3. Christus per exinanitionem minor factus Angelis: (vide sequentia:) consistit itaque exinanitio in evacuatione naturæ, at humana natura etiam perfectissima in suâ specie inferior est naturâ Angelicâ: humana etiam natura priusquam fuit, ad terram demitti non potuit, nec in cœlos resumi, quæ ante assumptionem in cœlo non fuit: ergò quia Christus, eo quòd homo factus, exinanitus est: exinanitio illa secundùm humanam naturam facta esse nequit. 4. Glorificatam potiùs quàm exinanitam dicere convenit humanam naturam, utpote quæ in unitatem hypostaseos cum Verbo à Verbo assumpta est: nec comparationem meretur passio & mors ad maximam illam gloriam, quam humana natura merâ ex gratiâ accepit: nec passio & mors dici queunt evacuatio naturæ humanæ, sed humiliatio: unde & Apostolus humiliationem ab exinanitione distinguit: omnis emim homo carne circumindutus naturaliter moritur. 5. Consentiunt Theologi. Fr. Iunius in anti-Bellarm. contr. 2. lib. 5. cap. 3. obs. 13. *persona*, inquit, *divina sese inanivit se ipsam voluntariè, & in humanitate assumptâ facta est minor naturaliter.* Cap. 4. obs. 4. *Exinanitio personæ filii Dei convenit secundum naturam divinam: — atque hæc persona secundùm naturam hanc divinam exinanivit sese (ut loquuntur orthodoxi patres.) — non caro se exinanivit, sed Verbum, sed Sermo: non caro in Verbo, sed Verbum in carne.*

 Sic

Sic D. Thomas apud Euseb. hist. I. 14. de Christo dicit: ὅτι ἐσμίκρυνεν αὐτοῦ τὴν θεότητα: *quòd minoravit suam deitatem.* Cont. Eccl. Theol. lib. V. c. 7. Nazianzenus vocat τὴν κενωθεῖσαν θεότητα, *evacuatam deitatem.* Hieronymus cap. 5. lib. 3. ad Galat. ait ipsum *Verbum Dei esse exinanitum.* Verùm Tertullianus contra Hermog. *Praescribo*, inquit, *non capere ullam diminutionem & humiliationem, quod sit aeternum, & innatum; quia hoc & Deum faciat tantum, quantus est, nullo minorem, neque subjectiorem, imò omnibus majorem & sublimiorem. Sicut enim caetera quae nascuntur, aut finiunt, & idcirco aeterna non sunt semel opposita fini, quae & initio admittunt ea, quae Deus non capit, diminutionem dico interim & subjectionem: quia nata & facta sunt, ita & Deus ideo ea non capit, quia nec natus omnino, nec factus est.* Et lib. 1. contra Marc. *quia Deus non erit dicendus, quia nec credendus, nisi summum magnum. Cùm ergò summum magnum cogatur agnoscere, quem Deum non negat, non potest admitti, ut summo magno aliquam adscribat diminutionem, quâ subjiciatur alii summo magno. Desinit enim si subjiciatur.* Tandem lib. 2. ad nationes, *Fingite*, inquit, *quaslibet rationes caelestium casuum, non volet Deus aut minor fieri, aut esse desinere.* Prosper sent. 55. *quod minus est Deo, Deus non est.*

μορφὴν δούλου λαβών:] Exinanitio ista Verbi consistit in eo, quòd caro factum est. Nam quòd per μορφὴν δούλου sit intelligenda natura humana, probatur 1. quia Apostolus ipse ad Rom. VIII.

21. ſcribit: *Creatura*, id eſt homo ſecundùm Judæos, *liberabitur à ſervitute corruptionis*, (ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς) *in libertatem gloriæ filiorum Dei*, id eſt Angelorum: & verſ. 23. υἱοθεσίαν ἀπεκδεχόμενοι, τὴν ἀπολύτρωσιν τῶν σωμάτων ἡμῶν. 2. quia Apoſtolus ſubjicit loco præſenti: ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν: alibi verò ὁμοίωμα ανθρωπων vocat ὁμοίωμα σαρκὸς ἁμαρτίας, & εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ. Tatianus quoque μορφὴν δούλου, *formam ſervi*, appellat μορφὴν ἀνθρώπου, *formam hominis*. 3. Conſentiunt Patres. Tertull. contra Prax. *Pater*, inquiens, *minoravit filium modico citra angelos ad terram dimittendo, gloriâ tamen & honore coronaturus illum in cœlos reſumendo.* contra Marcion. lib. 2. *Creator ex ſemetipſo proferendo filium fecit, & exinde omni diſpoſitioni ſuæ, voluntatique præfecit, diminuens illum modico citra Angelos, ſicut apud eum ſcriptum eſt: quâ diminutione in hæc quoque diſpoſitus eſt à Patre, quæ ut humana reprehenditis*, &c. Autor libri de Trin. *Chriſtus*, inquit, *exinanitur in eo quòd naſcitur formam ſervi accipiendo.* Origenes procem. Periarch. ſcribit, *quòd Chriſtus ſeipſum exinaniens homo factus ſit.* Hippolytus in ſerm. 1. contra Anaſtaſ. in Collect. dicit *Verbi incarnationem eſſe ejus exinanitionem.* Similiter Origenes, Euſebius, Hilarius, Ambroſius, Chryſoſtomus, Hieronymus, Theophilus Alex. Auguſtinus, Vigilius, Oecumenius, &c. ut & Calvinus, Beza, Vatablus, Salmeron, G. Caſſander,

der, & C. C. à Lapide. Μορφὴ θεοῦ opponitur τῇ μορφῇ δούλου: ficut itaque Chriftus fuit verus deus, ita etiam verus fuit fervus: neque verus deus effet, fi non dicendus effet verus fervus. Cæterum filius naturâ deus eft ante fecula, at factus fervus ex voluntate in tempore. Patres tamen filium fervum vocant & miniftrum Dei ante incarnationem in condendo hoc univerfo, ut vidimus in Pfalm. XXXII. 9. & Ioan. I. 3. Hic placuit folùm addere teftimonia illa, quæ fimpliciter Chriftum fervum confirmant. Hermas fimilit. 5. *Erat*, inquit, *Paterfamiliâs habens agrum, fervofque multos. Hic plantabat vineam pro pofteris fuis ad latus agri fui, & deinde peregrè profecturus, eligebat unum ex fideliffimis, probatiffimifque fervis, quos habebat, eique hanc vineam committebat, jubens, ut eam bonis palis & ridicis ftatuminaret, additâ promiffione, fi id faceret, mandatumque fuum exfequeretur, fe ipfi libertatem daturum effe*, &c. *Hic ager denotat mundum, Dominus verò agri is eft, qui omnia creavit & fecit, eifque fubftantiam & vires dedit. Cæterum filius ejus Spiritus fanctus eft; fervus verò ifte eft Chriftus filius Dei: vinea eft populus, quem is fub protectione fuâ confervat, pali aut ridicæ funt nuncii aut paftores, quos dominus conftituit ad populum fuum bene regendum*, &c. paulò infra rationem addit, cur filium fervili loco pofuerit, fcil. *quia à Patre fuo omnem poteftatem acceperit*. Similit. 9. introducit *Chriftum tanquam comprehenfibilem, inque terris ut fervum aliquem apparentem*. Clemens Rom. Conft.

II.

II. 26. 30. 44. & Ignatius ad Trall. comparant *Filium Diacono, Patrem Episcopo.* Ignatius quoque in dictâ epistolâ: *quid*, inquit, *Diaconi, nisi imitatores Christi ministrantes Episcopo, sicut Christus Patri?* Conf. ep. ad Magnes. & ad Philadelph. in illâ etiam epistolâ confert *Episcopum cum gratiâ Dei, presbyterum cum lege Iesu Christi.* & in hac, *Sermo*, inquit, *est sanctus, summus Pontifex & princeps pontificum* (MS. *sacerdotum*) *qui est filius* (secundum græcum) *legatus & minister Patris, & princeps legionum militiæ cœlestis: per quem Pater omnia fecit, atque omnem providentiam gerit. Ipse est via, quæ ducit ad patrem.* Iustinus dial. cum Tryph. *Filium Patris administrum* vocat. ἔχει γὰρ πάντα προσονομάζεσθαι, ἔκ τε τοῦ ὑπηρετεῖν τῷ πατρικῷ βουλήματι, καὶ ἐκ τοῦ ἀπὸ τοῦ πατρὸς θελήσει γεγεννῆσθαι: *His enim nominibus* (scil. virtutis rationalis, gloriæ Domini, filii, sapientiæ, angeli, domini, dei, verbi, archistrategi,) *omnibus appellari habet, cùm ex eo quòd inserviat voluntati patris, tum quia ex voluntate patris factus est.* ibid. ἐπάλαισεν Ἰακὼβ μετ' τοῦ φαινομένου μὲν, ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς βουλῆς ὑπηρετεῖν: *conflictatus est Iacob cum eo, qui illi apparuit, ut patris voluntati inserviret.* ibid. δι' ὧν ἀποδέδεικται ὑπὸ τῷ πατρὶ, καὶ κυρίῳ πεταγμένος, καὶ ὑπηρετῶν τῇ βουλῇ αὐτοῦ: *quòd patri & domino sit subjectus, & minister voluntatis ejus.* Irenæus III. 18. *Filium diviti & multæ voluntati patris deservire* dicit. Conf. IV. 14. c. 17. *ministrat enim*, inquit, *ei ad omnia sua progenies & figuratio sua, id est Filius &*

Spiritus

Spiritus ſanctus , Verbum & Sapientia , quibus ſerviunt & ſubjecti ſunt omnes Angeli. c. 37. *Sic igitur manifeſtabatur Deus: per omnia enim hæc Deus pater oſtenditur , ſpiritu quidem operante , filio verò adminiſtrante , patre verò comprobante.* Clem. Alex. Pædag. I. 2. πατρικῷ θελήματι διάκονος: *patriæ voluntatis miniſter* Chriſtus. III. 1. μεσίτης γὰρ ὁ λόγος ὁ κοινὸς ἀμφοῖν· θεοῦ μὲν υἱός· σωτὴρ δὲ ἀνθρώπων. καὶ τοῦ μὲν διάκονος, ἡμῶν δὲ παιδαγωγός: *Mediator Sermo communis ambobus , Dei quidem filius , ſalvator verò hominum : & illius quidem miniſter , noſter autem pædagogus.* Strom. 2. ὁ Σωτὴρ ἡμῶν μόνος ὁ ἀρχιερεύς, ὁ μόνος ἐπιστήμων τῆς τοῦ θεοῦ θεραπείας. — ὁμοιοῦται τις θεῷ, θεῷ λέγω τῷ σωτῆρι, θεραπεύων τὸν τῶν ὅλων θεὸν διὰ τοῦ ἀρχιερέως λόγου: *Salvator noſter ſolus eſt pontifex, qui ſolus Dei cultus tenet ſcientiam: — aſſimilatur quis Deo , Deo inquam Salvatori , miniſtrando Deo univerſorum per archiſacerdotem Verbum* , &c. lib. 7. οὐθ' ὑφ' ἑτέρου κωλυθείη ποτ' ἂν ὁ πάντων κύριος, καὶ μάλιστα ἐξυπηρετῶν τῷ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ παντοκράτορος θελήματι πατρός: nec ab alio prohiberetur omnium dominus , *& maximè miniſtrans voluntati boni & omnipotentis Patris.* Tertullianus de præſcript. *Chriſtus* , inquit , *Ieſus dominus noſter , quam patris voluntatem adminiſtraret.* contra Hermog. *Adoro ſcripturæ plenitudinem , quæ mihi & factorem manifeſtat & facta : in Euangelio verò ampliùs & miniſtrum atque arbitrum Rectoris invenio ſermonem.* contra Prax. *cum quibus quaſi cum miniſtris & arbitris* (Filio & Spiritu ſancto) *ex unitate*

tate Trinitatis loquebatur Pater. ibid. *Filius solus operationi Patris ministravit.* Carm. 5. contra Marcion. *Filium Dei* dicit *Dei ministrum.* Autor etiam libri de Trinitate, *Filium paternæ voluntatis ministrum* dicit. Origenes lib. 3. Rom. *ubi advenit plenitudo temporis, & filius, qui aliquando nihil differebat à servo, hæres factus est paternæ substantiæ.* Lib. 5 contra Cels. ἀλλὰ κἂν ἔχωσιν ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ ἀστέρες προφητεύειν προφητείας κρείττονας ὑετῶν· οὐδ' οὕτως αὐτοὺς, ἀλλὰ τὸν πατέρα τῶν ἐν αὐτοῖς προφητειῶν, καὶ τὸν διάκονον αὐτῶν λόγον τοῦ θεοῦ προσκυνήσομεν: *Imò etiamsi sol, luna, stellæque meliora vaticinentur quàm pluvias, ne tum quidem eos adoraremus, sed patrem, prædictionum autorem, ejusque ministrum Verbum Dei illius.* Ad Coloss. citante Pamphilo in apolog. *Data est lex Mosi per angelos in manu mediatoris Christi & virtute, qui cùm esset in principio Verbum, & apud Deum esset, & Deus esset Verbum, Patri in omnibus ministravit.* Lactantius IV. 3. *Idem servus est, qui & filius, idem dominus, qui & pater. Sicut igitur naturæ necessitate non potest esse nisi unus pater, ita nec dominus nisi unus: quid enim faciat servus, si multi domini diversa imperaverint. Et pater quidem ideo appellandus est, quia indulgere potest, & multa, magnaque largitur, dominus ideo, quia coërcere debet, habet enim castigandi ac puniendi maximam potestatem,* &c. Eusebius de præp. Euang. VII. 17. διὰ τῆς τοῦ δευτέρου διακονίας τε καὶ μεσιτείας: *per secundi illius & ministerium & mediationem.* de demonst. Euang. IV. 2. Ταύτῃ τε

ἀν-

αὐτὸν ἀγαθὸν φασὶν ὑπηρέτην πρὸς τοῦ σωτῆρος ὑποβεβλῆσθαι: *eatenus vero dicunt ipsum bonum ministrum pr· Salvatore* (scil. Deo Patre) *subjectum esse*. c. 10. μόνως καὶ τάξιν εἰδὼς θεραπεύειν θεὸν: *solus secundum ordinem novit inservire Deo* filius. Lib. VI. procem. *Filium* vocat δευτέραν μετὰ τὸν θεὸν οὐσίαν, καὶ τοῦ πατρὸς ὑπουργόν: *secundam post Deum essentiam*, (sic & lib. XI. de præp. Euang. & aliàs:) *& Patris ministrum*. hist. Eccles. I. 1. *Christum* dicit τὸν τῆς ἀῤῥήτου γνώμης τοῦ πατρὸς ὑπουργόν: *arcanæ voluntatis paternæ ministrum*. Christophorus Castrius ita exponit verba Dei Patris loquentis apud Zachar. III. 8. *in primis adducam è cœlis Christum germen servum meum*. Sic etiam Act. III. 13. 26. vox παῖς significare potest *famulum* vel *ministrum*. Tertullianus tamen lib. 2. ad nationes: *Dei*, inquit, *non serviunt: ea igitur quæ serviunt, Dei non sunt*. Origenes lib. 7. adv. Cels. συνάγεται οὖν τὸ, οὐκ ἄρα προεῖπον οἱ προφῆται τὸν μέγαν θεὸν δουλεύσειν ἢ νοσήσειν, ἢ τεθνήξεσθαι: *Vnde illud colligitur, b·udquaquam prædixisse prophetas summum Deum vel servitutem subiturum quandoque vel morbo afficiendum, vel mortem denique obiturum*.

℣. 8. Καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος:] Hieronymus 1. Comm. ad Galat. IV. *Salvator*, inquit, *habitu inventus est ut homo, ut nos dii fieremus ex hominibus, & non ultra moreremur; sed consurgentes Christo, amici ejus diceremur & fratres: & ut esset discipulus sicut magister, & servus sicut dominus*. Cæterùm antiquissimi hæretici negantes

tes Christi veram humanitatem, abusi sunt hoc loco, ut probarent corpus Christi fuisse phantasticum.

Εταπείνωσεν ἑαυτὸν:] Quidam rectiùs hîc collocant initium ℣. 8. Apostolus primò de κενώσει locutus, quam constituit in minoratione naturæ: nnnc ταπείνωσιν constituit in obedientiâ ad mortemquæ de humanâ etiam naturâ dici potuit. Tertullianus contra Hermog. *Præscribo*, inquit, *non capere ullam diminutionem & humilitationem, quod sit æternum, & innatum: quia hoc & Deum faciat tantum, quantus est, nullo minorem, neque subjectiorem, imò omnibus majorem & sublimiorem. Sicut enim cætera quæ nascuntur, aut finiunt & idcirco æterna non suntsemel opposita fini, quæ & initio admittunt ea, quæ Deus non capit, diminutionem dico interim & subjectionem: quia nata & facta sunt, ita & Deus ideo ea non capit, quia nec natus omnino, nec factus est.* Sociniani per ἓν διὰ δυοῖν, tam exinanitionem, quàm humiliationem volunt esse obedientiam ad mortem; verùm apostolus distinctius loqui videtur. Tertullianus tamen & de exinanitione & de humiliatione exponit illud: *minoratus à Patre modicum citra angelos:* contra Prax. scribens, *Siqua hæretici apprehendunt quasi Deo indigna, ad destructionem creatoris, ignorantes hæc in filium competisse, qui etiam passiones humanas, & sitim, & esuriem, & lachrymas, & ipsam nativitatem, ipsamque mortem erat subiturus, propter hoc minoratus à Patre modicum citra angelos.* De divinâ itaquenaturâ tam exinanitionem quàm humiliationem exponit, & per

communicationem idiomatum(ob unitatem personæ) divinitati attribuit propria humanitatis.

Γενόμενος ὑπήκοος :] Conf. Rom. V 19. Formula concordiæ artic. 3. *Christum* ait *ut Deum & hominem in solâ suâ totâ & perfectissimâ obedientiâ esse nostram justitiam.* item : *obedientiam Christi non fuisse unius duntaxat naturæ ; sed totius personæ.* ibidem asseritur ex eo quòd Joan. III. legitur, Filium à Patre missum in mundum : *eundem & ante assumptam humanitatem obedivisse Patri.* Dorschæus h. l. vindic. intervent. c. 2. §. 4. *Facit,* inquit, *voluntatem Patris sui cœlestis non secundùm humanam tantùm naturam ; sed & divinam.* Philippus Melanchton loc. comm. *Non est quidem lacerata & mortua divina natura , sed fuit obediens Patri suo, quievit, cessit iræ æternæ Patris.* Fr. Junius AntiBellarmin. contr. 2. lib. 5. c. 3. observ. 2. ait *non solum verum enunciatum esse, Deum filium obedivisse Patri ; sed & deitatem obedientem factam esse.* Autor libri de Trinitate : *Et ante carnis assumptionem , sed & post assumptionem corporis , post ipsam præterea resurrectionem , omnem Patri in omnibus rebus obedientiam præstitit pariter ac præstat. Ex quo probatur , nunquam arbitratum illum esse rapinam quandam divinitatem, ut æquaret se patri Deo : quinimo contra, omni ipsius imperio & voluntati obediens, atque subjectus etiam ut formam servi susciperet contentus fuit.* ibid. *Filius nihil ex arbitrio suo gerit, nec ex consilio suo facit , nec à se venit ; sed imperiis paternis omnibus & præceptis obedit , ut quamvis probet illum nativitas filium , tamen morigera obedientia asserat*

afferat illum paternæ voluntatis, ex quo est, ministrum: ita, dum se Patri in omnibus obtemperantem reddit, quamvis sit & Deus, unum tamen Deum patrem de obedientiâ suâ ostendit, ex quo & originem traxit. Eusebius de Eccles. Theol. II. 7. aliud probat esse Verbum à Patre, quia *obediens fuerit usque ad mortem.* Nullus autem (quod sciam) hæreticorum humanam naturam in unitatem essentiæ divinæ inclusit: & ab Athanasio, Hilarioque talem hæresim Samosateno affictam puto. Ignatius ad Philipp. refutat hæreticos Christum ingenitum, summum, omnipotentemque Deum, & sine principio dicentes: *quia Christus missus sit, habeatque dominum, cujus sententiæ subjectus fuerit, & cujus legem adimpleverit: cùm tamen ille Deus nullius voluntati aut potentiæ cedat, vel cedere queat.* Grotius obedientiam Christi erga magistratum, Pilatumque putat intelligi. Similiter Origenes tom 31. in Ioban. *siquidem noluisset capi, haudquaquam detentus fuisset: detentus autem fuit, cùm humilem præbuit se ipsum, factus obediens detinentibus eum, vel usque ad mortem.* Istius obedientiæ exemplum est. Matth. XXVI. 52. ubi Christus sponte prehensus Petro illum gladio defendenti dicit: *putasne, quòd oranti mihi Pater non sit missurus ultra duodecim angelorum legiones.* Conf. Esai. XLII. 1. (Matth. XII. 18. XLIX. 5. 6. LII.13. LIII. 11. Ezech. XXXIV. 23. 24. XXXVII.24. 25. Actor. XIII. 47. Ebr. VIII. 2.

Μέχρι θανάτε, θανάτε δὲ ςαυρε̃] Deus sermo per exinanitionem factus homo, in omnibus si-

milis nobis excepto peccato, factus passibilis, (juxta Ignatium ad Polycarpum,) tandem mortuus est. Lactantius IV. 29. *quod & æternum & mortalem Deum fateamur.* Basilius presbyter Ciliciæ lib. XII. contra Ioh. Scythopolitan. apud Phot. cod. 107. scripsit *unum è Trinitate esse mortuum.* Alii *unum è collegio Trinitatis mortuum*, alii *unum Trinitatis passibilem* dixere: (Conf. Prudentius adv. Patripassionos :) de quibus Flavianus Rhodopensis apud Baron. a. 483. §. 64. in epistolâ scribit: *Cur abhorres Arrium, ut putes non quæ sunt illius, sapere? ubi apud te consubstantialitas reperitur, quæ apud illum nequaquam suscipitur? Dixisti enim reor, unum Trinitatis passibilem; sed non Patrem, nec Spiritum sanctum, sed Filium Dei. Ecce factus es Arrianæ hæreseos à temetipso convictus, cùm hoc Arrius* (quicum consensit Eutyches) *dixerit, quia scilicet passibilis est filius; pater verò non quomodo consubstantialis?* Certè antiqui hæretici (Patripassianis aliquatenus oppositi) Christo passibilitatem denegabant, (hiscum sensit Hilarius :) negabantque Christum esse mortuum, asserentes Christum in baptismo super Iesum descendentem, passionis tempore Iesu relicto avolâsse; quidam autem Simonem Cyrenæum Iesu loco crucifixum profiteri non verebantur : hoc genus fuere Cerinthiani, Marcionitæ, Valentiniani, Manichæi, Christo phantasticum corpus attribuentes, & Nestoriani, qui contrarium sentientes exemplo à Michaële Archangelo (quod historia Ecclesiastica narrat, petito satis refelli arbi

bitrabantur. Eadem hæresis attribuitur Muhammedanis. Verùm Surat. المايدة Christus Deò Patri dicit: *postquam morte me affecisti, tu eos observâsti, qui de omnibus testaris*, & alibi: *super me est divina salus in die meæ nativitatis & mortis*, *& quia vivus iterum accedam*. Morbisanus Magnus Turca in epist. ad Pium 2. PP. *Christum* inquit, *in crucis patibulo mori fecerunt*. Atenim Origenes libro 7. adv. Cels. *συνάγεται οὖν τὸ οὐκ ἄρα προεῖπον οἱ προφῆται τὸν μέγαν θεὸν δουλεύσειν ἢ νοσήσειν, ἢ τεθνήξεσθαι*: *unde illud colligitur, haudquaquam prædixisse prophetas summum Deum vel servitutem subiturum quandoque vel morbo afficiendum, vel mortem denique obiturum*. tom. 20. in Joh. *Deum*, inquit, *dicere mori nefas est*. Plura ex eo vide in Ioh. XVIII. 14. Lactantius V. 19. *incredibilis*, ait, *dementia est deos putare, quos fuisse mortales negare non audeant*. Prudentius in Carm. adv. Patripassianos probans Deum impassibilem, Filium passibilem: *Passibilisne*, inquit, *Deus?*

℣. 9. *Διὸ καὶ ὁ θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε*:] Nam Pater Iesum *Dominum & Christum fecit*: Act. II. 36. & *minoratum paulò citra Angelos, propter passionem mortis, gloriâ & honore coronavit, omnia subjiciens sub pedes ejus, cui etiam dixit: Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & fines mundi in proprietatem*: item: *sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, constituens eum caput Ecclesiæ*. Psalm. VIII. 6. 7. CX. 1. Hebr. I. 3. 4. 13. II. 7. 8. 9. Matth. XXII. 44.

Ioan. III. 35. 1. Corinth. XV. 23. --28. Actor. II. 34. 35. Psalm. II. 8. Eph. I. 22. Unde Christus ipse confitetur dicens. *omnia mihi tradita sunt à patre meo.* Matth. XI 26. & jamjam in cœlos ascensurus, ac ad Patris dextram sessurus, *Data*, inquit, *mihi est omnis potestas in cœlo & in terrà*: Matth. XXVIII. 18. jam enim secundùm petita *clarificatus erat eâ claritate, quam habuerat* antequam minoratus esset modicum citra Angelos, imò *antequam mundus esset.* Ioan. XVII. 1. 2. 4 5.

Καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα:] Nomen quòd est super omne nomen, *Dei* vel *Domini* esse putant Patres. Ita autor antiquus libri de Trinitate: *accepit*, inquit, *nomen quod est super omne nomen, quod utique non aliud intelligimus esse, quàm nomen Dei.* Lactantius IV. 6. *Deus, solum primogenitum divini nominis appellatione dignatus est.* & c. 14. *Dei nomen accepisse filium propter fidelitatem* dicit. c. 29. exemplo utitur, quo confirmet *Filio Patrem nomen Domini potestatemque concessisse.* In Actor. II. 36. audiemus Patres asserere, *Christum Deum & Dominum à Patre factum.* Verum in epistolà ad Hebræos, (cujus autor nobis est ipse Paulus, licet antiquis quibusdam de eo dubitatum:) videtur definitum nomen illud quod est supra omne nomen, nomen esse *filii*: nam ita legitur Cap. I. ℣. 4. 5. *Tanto melior factus angelis, quanto sublimius vel præstantius nomen præ illis hæreditate consecutus est.* Tamen ipse Apostolus loco præsenti videtur indigitâsse nomen *Iesu*, nam ita legitur sequenti

℣. 10.

℣. 10. ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ] Christo adorationis cultum competere unanimi Patrum consensu probabimus in Ebr. I. 9.

ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων:] id est, secundùm Clement. Alex. in Canon. *Angelorum* (scriptum enim est : *adorent eum omnes Dii*, Ps. CXVII. 7. vel ut in epistolâ ad Ebræos capite I. ℣. 6. allegatur : *angeli Dei* :) *hominum & animarum* carne destitutarum. At Gregorius Nyssenus de animâ & resurrectione, per καταχθονίους intelligit *Angelos lapsos*. Nec hæc sententia diversa est à priore, cùm & Clemens Alex. & Nyssenus Platonici animas statuerint esse angelos, vel spiritus (quoniam *angelus* officii nomen est, *spiritus* naturæ, quod alibi ex patribus probabitur,) lapsos. Ita versu sequenti per *omnem linguam* intelligi possunt linguæ *angelorum*, *hominum*, & *animarum*.

Primæ Epistolæ Ioannis

CAP. V.

℣. 6. Οὗτός ἐστιν ὁ ἐλθὼν δι᾽ ὕδατος καὶ αἵματος, Ἰησοῦς ὁ Χριστός.] *Anonymus*, i. e. Jesus Christus venit per carnem & animam. Aqua enim est principium generationis carnalis, & omnis corporis naturalis, at sanguis est anima omnis carnis. Lev. XVII. 11. 14. de quibus vide plura in nostrâ resolutione quæstionis, an Verbum in Christo fuerit loco animæ ?

οὐκ ἐν τῷ ὕδατι μόνον,] id eſt, Non in ſolâ carne, quod quidam veterum aſſeruerunt. *Anonymus.*

ἀλλ᾽ ἐν τῷ ὕδατι καὶ τῷ αἵματι·] id eſt, ſed in carne & animâ. Conf. Ebr. II. 14. *Anonymus.*

℣. 7. ἐν τῷ οὐρανῷ, ὁ πατὴρ, ὁ λόγος, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. καὶ οὗτοι οἱ τρεῖς ἕν εἰσι. (al. εἰς τὸ ἕν εἰσι.)

Καὶ τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῇ γῇ] His verbis carent infiniti codices *MS. græci*, & quidem vetuſtiſſimi, inter quos primum locum obtinet codex S. Theclæ dictus, quia literis capitalibus ante annos 1400. ferè manu Theclæ mulieris nobilis Ægyptiæ, (cujus tanquam martyris meminit Euſebius in addit. Lib. VIII. hiſt.) ante tempora Concilii Nicæni I. exaratus fertur. Certum eſt plurima in eo admirandæ vetuſtatis ſupereſſe veſtigia. Dono miſſus hic codex Regi Angliæ Carolo I. à Cyrillo Patriarchâ Conſtantinopolitano, hodieque in Bibliothecâ Regiâ Londini aſſervatur. Codicem hunc (cujus autoritas ob antiquitatem potior eſt omnibus aliis multò recentiùs exaratis ſive latinis, ſive græcis,) ſequuntur alia bina Msa Biblioth Oxonienſis, quæ etiam locum hunc non agnoſcunt. Verùm quid juvat infinitos illos codices græcos recenſere, cùm ipſimet Pontificii fateantur in pluribus græcis teſtimonium hoc deſiderari, quàm reperiri. Deeſt quoque locus ille in *codicibus Syriacis*, (ut & in *Mſo Syriaco* Bibliothecæ Oxon: *Arabicis*, *Æthiopicis*. *Codex* præterea *Armeniacus* antè 400. annos exaratus, quem vidi apud Epiſcopum Eccleſiæ Armeniacæ, quæ Amſtelodami colligitur,

gitur, locum illum non legit. Carent illo antiquissimi Codices *Msi Latini*, quorum septem invenit Robertus Stephanus, quinque observavére Lovanienses, & Fr. Luc. Brugensis, duos Erasmus Brugis in Bibliothecâ D. Donatiani, unum ego Parisiis in Bibliothecâ Abbatiæ S. Germani, beneficio Bibliothecarii Dominici Lucæ d'Achery, qui asserebat codicem illum ante 400. & ampliùs annos exaratum esse. Observavit etiam Erasmus codicem è Bibliothecâ Minoritarum Antverpiensium, & pervetustum Bibliothecæ Vaticanæ codicem, qui loco hoc caruerunt: & ad annot. nov. Edvard. Lei. h. l. dicit se vidisse plura quàm septem exemplaria, hoc loco destituta. Leo Iuda in margine h. l versionis Tigurinæ addidit locum hunc in vetustissimo Bibliothecæ Tigurinæ codice non legi. Qui tamen codices utrum græci fuerint, an latini, ignoro. Non legitur quoque in quibusdam vetustis *impressionibus græcis*, quales sunt editiones Aldina Venet. 1518. fol. Badiana Hagenoensis, 1521, 4°. Argentinensis Wolffi Cephalii 1524., 1526. 8°. Lutetiana Simonis Colinæi 1534. item in *editionibus Syriacis* (Trostii & aliorum,) *Arabicis* (Erpenii & Jajani,) *Æthiopicis*, & primâ editione translationis *latinæ Erasmi*: (qui se idcirco sententiam illam præteriisse affirmavit, quia in græcis codicibus ea non legeretur:) *latinâ Tigurinâ* fol. 1543, & 8°. 1544. ut & usitatâ & vulgatâ antiquâ versione. Deest etiam in versione *Lutheri Germanicâ*, ejusque *editionibus*, quæ annis 1524. 8°. &

 per

per Hans Lufft 1534. 1538. 1539. 1540. 1541. 1542. 1543. 1544. 1545. 1646. fol. Wittebergæ impressæ sunt, cum tamen quotannis Lutherus versionem suam cum Melanchtone, Forstero, Crucigero, Aurigallo emendaverit. Et præprimis notandum quòd editioni N. T. Witteb. 1546. 4°. præfixa sit præfatio, in quâ monentur lectores, nequam editionem, quæ cum præsenti ad amussim non conveniat, pro genuinâ Lutheri versione habeant; verùm nec dum in eâ locus, de quo agimus, legitur. Inter editiones quæ vivente Luthero excusæ, sunt etiam referendæ impressæ Augustæ Vindelicorum 1524. fol. Argentorati (*linguâ Saxon. infer.*) 1524. 8°. ibidem 1530. Lubecæ, fol. 1533. (*linguâ Saxon. infer.*) Lipsiæ 1541. Jenæ 1546. quæ omnes etiam dicto loco carent. Post mortem autem Lutheri, ejus versio prodiit Wittebergæ, per eundem Hans Lufft 1548. 1549. 1553. 1556. 1559. 1561. 1565. 1566. 1570. 1571. 1572. 1574. 1575. &c. ibid. 1584. 1589. per Zachariam Lehman, 8°. & 1599. per Laurent. Säuberlich/ fol. Magdeburg. fol. 1554. Jenæ, 1564. Antverpiæ, apud Ruremundum 8°. cui annus editionis non additus, (*linguâ partem inferioris Saxoniæ, partem Germaniæ inferioris*,) Francofurti ad Mœnum 1560. 1570. 4°. 1582. 8°. Neostadii 4°. 1587. & 1588. Hamburg. fol. 1596. 8°. 1619. & 1620. (*lingua inferioris Saxoniæ*) septuaginta & quatuor annis post mortem Lutheri, quæ etiam omnes editiones loco controverso destituuntur. Conjicio probabiliter

ter locum hunc deesse quoque in editionibus a. 1527. 1529. & duabus de annis 1535. & Embdæ 1554. folio, Francofurti ann. 1585. 1596. Jenensi 1594. 4°. & Wittebergensi, 1605. quæ ad manus meas non pervenerunt. Regeritur quidem Lutherum propriâ manu hunc locum in Novo Testamento Jenensi adscripsisse. Verùm 1. præfatio Bibliorum Jenensium impress. anno 1608. 4°. expressè negat correctiones istas esse scriptas manu Lutheri. 2. eadem præfatio non meminit inter correctiones, quas recenser, hujus loci, quare puto locum illum, si margini adscriptus est. (non enim vidi,) demum post annum 1608. adscriptum. Omnibus his adde versionem *Belgicam Lutheranam*, quæ prodiit Amstelodami fol. 1624. Haerlemi 1627. fol. quæ secuta est editiones, Germanicam Magdeburg. 1554. & Belgicas Embdæ impress. 1558. & per Nicolaes Biestken 1560. & per Cornelis van Lochorst 1611. quæ hoc loco carent: Porrò non agnoscitur idem ab Ignatio, Justino, Athenagorâ, Irenæo, Tertulliano, Clemente Alex. Origene, Cypriano de duplici martyrio, Dionysio Alexandrino apud Euseb. VII. 24. IV. 29. Alexandro Alexandrino apud Socr. I. 6. & Theod. I. 4. Episcopis Concilii Sardicensis apud Theod. II. 8. Athanasio, Hilario, vel in duodecim grandibus libris de Trinitate, vel alibi. Gregorio Nazianzeno, or. de S. Theol. Didymo Alex. in Comment. h. l. Ambrosio de Spiritu S. Epiphanio, qui ex professo

fesso Trinitatis dogma defendere conatur. Chrysostomo, Hieronymo, Augustino III. contra Maxim. c. 22. (ubi Trinitatis unitatem subst. probat ex versu sequ. explicans per spiritum Patrem, sanguinem filium, & aquam Spirit. S. probatque ex aliis scripturæ locis Patrem Filium & Spiritum S. esse tres testes, quâ probatione opus non fuisset, si hic locus tum in sacris extitisset.) de Trinitat. I. 6. V. 6. VI. 5. VII. 6. & in hanc Epistol. Cyrillo Alexandrino: lib. XIV. Thes. c. 5. Leone, Epist. X. c. 5. Bedâ h. l. & Oecumenio h. l. vide Erasmum in h. l. & ad annotat. nov. Edv. Lei. Marianam, Morinum Exerc. II. c. 1. Fr. Luc. Brugensem, Benedictum Iustinianum, Bartholomæum Petri, Lintrensem in addit. ad comm. Estii. Cornelium à Lapide, Iacob. Tirinum in h. l. Chamier. de authent. edit. Lib. XII. c. 7. n. 2. 7. Imò universalititer asserere ausim r. locum hunc à nullo Patrum ante-Nicænorum unquam allegari, excepto solo *Cypriano*, qui eum semel videtur citâsse de Simpl. Prælatorum, vel, de unitate Eccles. sed sciendum Possevinum in apparatu tit. Cyprianus, quatuor Msis collatis cum impressionibus observâsse in illo quatuor tantùm foliorum tractatu, vel mutationes, vel additiones, vel detractiones, vel variationes 288. plures fermè quàm sunt verba in toto opere. His unum superaddunt Perkinsius, Iamesius, & Rivetus. Rivetus scribit hunc tractatum esse ab aliis interpolatum, infartis quibusdam adulterinis sententiis, quibus verus autoris sensus defor-

deformatur. Quàm facilè itaque etiam hic locus interſeri potuit ab his, qui non exhorruerunt ſacras literas propter metum hæreticorum corrumpere. 2. univerſaliter aſſerere poſſum, nullum Græcorum Patrum locum hunc agnoſcere. Nam dialogi 7. de unit. Dei Trin. ad Theophilum, non reperiuntur græcè, & probantur à Bellarmino, Sculteto, Riveto, non eſſe Athanaſii, ſed cujuſdam latini Athanaſio longè poſterioris. Deinde Diſputatio cum Ario in Concilio Nicæno (quæ ſub Athanaſii etiam nomine circumfertur,) ſuppoſititia probatur à Baronio, Sculteto, Riveto. Dubia eſt Bellarmino. Thomas de Vio Cajetanus: *Si hæc*, inquit, *verba ſunt de textu afferuntur ad manifeſtandum, quod dictum eſt, quoniam Spiritus eſt veritas. Dixi autem ſi ſunt de textu, quoniam non inveniuntur in omnibus codicibus, ſed in aliquibus.* Vide Lorinum Ieſuit. h. l. Tandem locum hunc non eſſe legendum confirmatur quia 1. nemo non videt eo omiſſo, meliorem eſſe connexionem verborum, quæ ita leguntur: *Hic eſt qui venit per aquam & ſanguinem, Ieſus Chriſtus: non in aquâ tantum, ſed in aquâ & in ſanguine. Et ſpiritus eſt, qui teſtatur, quia ſpiritus eſt veritas. Quoniam tres ſunt qui teſtantur* (quidam addunt, *in terrâ:*) *ſpiritus, & aqua & ſanguis & hi tres unum ſunt.* Quod etiam agnoſcit Bugenhagius, loco infra allegando. 2. indignum eſt ſummo Deo eſſe teſtem, imò coram quo judice teſtis foret? Nec enim judex & teſtis unus idemque ſimul & de eàdem re eſſe poteſt

teſt. 3. Anonymus ait maximè probabile eſſe hunc locum à Sabelliano quopiam inſertum, quod manifeſtum fiet ex exegeſi verſûs ſequentis. 4. manifeſtum ſuppoſitionis indicium eſt quòd in Mſis Belgicis, & editionibus antiquiſſimis tum Germanicis, tum Belgicis, tribus teſtibus in terrâ poſtponantur tres teſtes in cælo. 5. Notandum locum hunc nimium pro Arianis facere, adeò ut etiam Ioannes Bugenhagius Pomeranus, in expoſ. Ionæ. Witteberg. ann. 1550. p. d. 8. ſeqq. non veritus ſit de eo ita ſcribere: *In eo loco Ioannis de tribus teſtibus, addiderunt aliqui (præter contextum & præter ſententiam, & rem quam agit illic Ioannes) de tribus teſtibus in cælo, & de tribus teſtibus in terrâ, facientes nobis ſex teſtes, cùm Iohannes tantùm de tribus nominatim dicat, & non addat neque illud in cælo, neque illud in terrâ; ſed ſimpliciter ſemel tantùm dicat: tres ſunt qui teſtimonium dant ſpiritus, aqua, ſanguis, & hi tres unum ſunt,* &c. *Quid attinebat impiè addere verbis ſacris præter rem tres teſtes in cælo? ut ſcriberent, quæ Ioannes non ſcripſerat, ſic: Quoniam tres ſunt qui teſtimonium dent in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres unum ſunt, Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terrâ, ſpiritus, aqua & ſanguis, & hi tres unum ſunt. Quæ additio ſatis audax & abſque timore Dei, viſa eſt quibuſdam, ut beato Hieronymo, & poſt eum aliis, valere contra Arianos; ſed revera confirmat blaſphemiam Arianorum, contra quam acerrimè pugnat Ioannes in ſuo Evangelio & in ſuâ Epiſtolâ, ut videatur illa additio potius primùm excogitata ab*

ta ab Arianis. Nam si sic Pater, λόγος, & Spiritus sanctus sunt unum, sicut spiritus, aqua & sanguis sunt unum, ut hæc additio habet, vicerint Arians.(sic tamen & Augustinus contra Maximin. III. 22. Patris & Spiritûs sancti unitatem exponit.) — *Erasmus Roterodamus satis fideli labore, & judicio de hâc additione impertinenti, scripsit bonam annotationem in hunc Ioannis locum, propter quod gratias ei agimus, qui fruimur alieno labore. Debemus enim bonis viris vel honorem, qui nobis laboraverunt.--Erasmus dicit apud Anglos unum codicem græcum repertum, in quo solo legitur nunc illa additio; in aliis autem exemplaribus græcis, quæ multa vidit, illam additionem non haberi, neque in multis latinis vetustis, atque adeò Hieronymi tempore hanc additionem in nullis latinis Bibliis fuisse; Hieronymum verò fuisse primum auctorem qui addiderit illam additionem latinis Bibliis, & condenderit malè ante neglectam, jam posthac addendam, quemadmodum ipse Hieronymus suis verbis fatetur præfatus in Epistolas Catholicas.* (at præfatio illa non est genuina Hieronymi; nec legitur vel in operibus Hieronymi; vel in Bibliis vulgatis correctis:) — *At Hieronymus dicit & contendit, hanc additionem forte telum futurum contra Arianos, quod quale sit jam antè dixi*, &c. *Verùm Erasmus non rectè fecit in hoc quod fatetur se fecisse his verbis in illâ annotatione*: *Ex hoc igitur codice Anglicano sive Britannico reposuimus, inquit, quod in nostris dicebatur deesse, ne cui sit ansa calumniandi, tametsi suspicor codicem illum, ad nostros esse correctum*, &c. *Non rectè, inquam, fecit, quòd ex illo uno codice græco, quem*

eo, quem corruptum suspicatur, corrupit illâ additione græcos alios codices, quos integros & incorruptos invenerat, siquidem addidit græcis illam additionem, &c. *Obsecro igitur Chalcographos, & eruditos viros, qui chalcographis adsunt, ut cum rursum posthac Novum Testamentum græcè excudendum est, illam additionem omittant, & ita reddant & restituant græca suæ priori integritati & puritati propter veritatem, ad gloriam Dei, & vel hunc honorem habeant Erasmo defuncto, ne hanc depravationem sub nomine ejus in Epistolâ Ioannis relinquant, qui suo studio, & transferendi & annotandi labore voluit scripturam Novi Testamenti purgatam, elucidatam, & suæ veritati & integritati restitutam. Ioannes de tribus testibus, qui in Ecclesiâ Christi videntur, & audiuntur, & sentiuntur etiam externis sensibus, usque ad diem judicii, tantùm loquitur, & addit testimonium eorum de Christo, cùm dicit, tres sunt qui testimonium dant, spiritus, aqua, sanguis, si testimonium hominum*, &c. *quos tres testes, etiam ante hæc verba nominavit, dicens: omne quod natum est ex Deo vincit mundum*, &c. *Hic est qui venit per aquam & sanguinem, Christus Iesus, non in aquâ solùm; sed in aquâ & sanguine, Et Spiritus est, qui testificatur, quòd Spiritus est veritas. Vt videas illam additionem esse inanem, & impertinentem, ut non repetam illa atrociora, quæ antè dixi.* Hucusque Bugenhagius. Ante Bugenhagium de h. l. scripsit Thomas Naogeorgus in explicatione hujus Epistolæ in hæc verba: *Ego locum istum, propter alterius sententiæ similitudinem ab aliquo adjectum existimo, non à Ioanne scriptum. Neque video quid*

quid ad hunc locum faciat. Non enim Ioannes hîc agit de personarum trinitate (quam vocant) nec de divinitatis unitate, quæ aliàs sufficienter & clarè tradidit, sed ostendere vult, quibus testimoniis ostensus & declaratus sit Iesus quod sit filius Dei, & hactenus probetur & ostendatur. Neque hoc intelligere possum, cui rei faciat testimonium in cœlo, quum in cœlum nobis venientibus nullo opus sit testimonio. Videbimus enim facie ad faciem. Enimverò sanè in terris tam indigemus testimoniis, ut sine illis fides nostra consistere nequeat. D. M. Lutherus syncerus sacrarum literarum assertor, etiam illam particulam in suo Novo Testamento omisit, intelligens nimirum esse adulterinam, & nihil facere ad hunc locum. Ex quibus facilè rationem reddere possumus, cur Lutherus nunquam in editionibus, quæ quotannis ipso vivente Wittebergæ & alibi impressæ sunt, hunc locum addi curaverit, cùm tamen semper cum Philippo, Forstero, Crucigero, Aurigallo versionem suam maximâ diligentiâ emendaverit, valdè enim probabile est eos quos memoravi, idem de loco nostro cum Bugenhagio & Naogeorgo sensisse. Propterea etiam Philippus Melanchthon in locis communibus, Chytræus in Catechesi suâ, & Sturmius in promptuario exemplorum, non probant ex hoc loco Trinitatem personarum. Et sine dubio inter causas fuit, cur Lutherus epist. ad Ioannem Brentium in Comitiis Aug. apud D.G. Cœlestin. Histor. August. Conf. Tom. III. p. 58. asserat se cum indignatione admirari, quomodo Hieronymus nomen Doctoris Ecclesiæ mereatur, cùm

neque Chriſtianum illum facere queant univerſa ejus ſcripta: & pagina 478. Tiſchreden/ c. 30. Hieronymus iſt ein Ketzer geweſen: id eſt, *fuit hæreticus*, ſcilicèt quòd cum Bugenhagio & Eraſmo ſibi perſuaſum habuerit Hieronymum fuiſſe primum autorem, qui addiderit illam additionem latinis Bibliis. Et certè ubi tres teſtes, ibi tres intellectus & voluntates, quæ inferunt tres deos. Bullingerus in recenſione hujus Epiſtolæ locum hunc omiſit, & ita ſcripſit Comment. in verſ. ſequ. *Quidam multis hic agunt de unitate Trinitatis, ſed non in loco ſuo. Nihil enim hic agit de unitate Trinitatis, quæ alibi commodiùs, & firmiùs inducitur & comprobatur. Nam illud membrum, quod quædam inſertum habent exemplaria (quoniam tres ſunt qui teſtimonium dant, in cœlo Pater, Sermo & Spiritus Sanctus, & hi tres unum ſunt) è margine videtur irrepſiſſe, &c.* Quod verò quidam ex verbis poſtremis eſſentiæ unitatem elicere volunt, coactum eſt. Si enim legas: *in unum ſunt*: ſequeretur inde etiam trium teſtium in terrâ unitas eſſentialis numerica, quod abſurdum. Imò hinc colligitur non majorem eſſe teſtium in cœlo unitatem, quàm teſtium in terrâ, quæ conſiſtit in concordiâ teſtimoniorum, & hac ratione *τὸ in unum ſunt*, idem eſt quod, concorditer atque unanimiter unum idemque teſtantur. Hoc etiam animadvertit Bugenhagius loco ſupra allegato, & paulò antè expreſſiùs hæc ſcribit: *Hi tres teſtes Chriſti in Eccleſiâ, ut ait Ioannes, ſunt in unum, id eſt concordant ſuo teſtimonio, ſive unam & eandem veritatem*

ritatem testificantur. Vides quòd sua ipsius verba, hi tres in unum sunt, exponit de unitate sive concordiâ testimonii, & non de unitate substantiæ, quia non est verum, quòd spiritus, aqua & sanguis sunt una res, & una indivisibilis & indiscreta substantia, sicut in judicio secundùm legem, in ore duorum aut trium stabit omne verbum, duo aut tres testes veraces non sunt unum substantiâ; sed sunt unum testimonio suo, id est unum & idem concorditer testificantur, id quod diserte in græco dicitur: hi tres in unum sunt, non dicitur hi tres unum sunt, tametsi etiam hoc habeat bonam & convenientem sententiam, si intelligitur de unitate testimonii, ut dictum est. Huc usque rursum Bugenhagius. Si itaque legas *unum sunt*: non minùs de unitate voluntatis & concordiæ judice Bugenhagio locus intelligendus. Huc refer quæ fusè adduximus in locum Joan. X. 30. Cyprianus de duplici martyrio, explicans versum sequentem dicit: *Unus Deus est, quoniam undique sibi constat testimonium, nec ullâ ex parte dissonat: quemadmodum quos arctissima jungit amicitia; propter summum animorum consensum, unus animus esse dicuntur.* Paulò infra asserit *hæc tria non unum esse naturâ.* & tract. III. hanc unitatem vocat *vinculum concordiæ*, & in sequentibus semper explicat *de unitate spiritûs in conjunctione pacis, concordiâ & unanimitate.* Symbolum Antiochenum apud Socr. II. 10. *Confitemur Patrem, Filium & Spiritum sanctum substantiâ quidem esse tria, consensu verò unum.* Athanasius dial. 1. de Trinit. Anomœus vel Arrianus: *Cujusmodi se habent hy-*

postases in Trinitate? Orthodox. *Vt sunt Petri & Pauli & Timothei tres hypostases & una humanitas.* Anom. *Ergo sunt tres dii.* Orthod. *Absit ut hoc dicam.* Anom. *Si ita sunt hypostases ut Petri & Pauli & Timothei, tres sunt dii, quandoquidem Petrus, Paulus, & Timotheus tres sunt homines.* Orthod. *Ne hi quidem sunt tres.* Anom. *Annon igitur tres sunt Petrus, Paulus, & Timotheus?* Orthod *Tres quidem sunt, at non tres homines: quia tres sunt homines, cùm dissimile cor habuerint, ut Græcus & Iudæus & Christianus. Sin verò idem senserint, nec sint inter eos dissidia, tres quidem sunt hypostases, sed unus in Domino, quòd unum animum & unum cor habeant: & tres quidem sunt numero, at non quòd diversam inter se naturam vel diversum cor habeant.* Anom. *Ego eos qui tres sunt, tres esse dico.* Orthod. *At ego tres esse dico, si inter se dissenserint: quod si ex Dei verbo fuerint eâdem mente & sententiâ compacti, unum novum hominem esse dico, manentibus tamen hypostasibus.* Anom. *Sed hæc de hominibus dicuntur; in Deo verò aliter se res habet.* Orthod. *Si in iis quæ corporaliter separata sunt, modò animi sententiâ non diffideant, habet scriptura Vnus & Vnum, multò magis id dicendum est in iis quæ sunt materiæ & corporis expertia. Aut igitur in istis ponito esse dissidia, ut tres deos dicamus, quoniam unus istud, alius aliud velit: aut si nulla est in iis dissensio, unus sit Deus Pater & Filius & Spiritus Sanctus, quemadmodum qui in Christo fuerint compacti, unus homo sunt, sicut scriptum est.* Circa finem. Orthod. *Nos (dixisti) sentimus Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum esse instar*

star

ſtar Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi. Anom. *Fateor me dixiſſe inſtar Epiſcopi & Diacon.* Orthod. *Atqui Epiſcopus, presbyter, & Diaconus ſunt ὁμοούσιοι, coëſſentiales: faſſus es igitur ὁμοούσιον, coëſſentialem eſſe Patrem, Filium & Spiritum ſanctum.* Huculque Dialogus. Certè ſi ita τὸ ὁμοούσιον intelligendum; utique neganda eſt 1. unitas eſſentialis numerica in Deo. Nam tantum abeſt, ut epiſcopus, presbyter & diaconus ſint unum numero, vel unus numero homo, ut potiùs presbyter ſit diacono ſuperior, & epiſcopus utroque. 2. negandum in Trinitate non dari majus & minus, cùm Filius ſit ſuperior Spiritu ſancto, Pater verò utroque. Imò ſi Athanaſius non aliâ ratione τὸ ὁμοούσιον intellectum velit, facilè ei largirentur Ariani Filium Spiritui ſancto ὁμοούσιον vel conſubſtantialem eſſe. 3. conſiderare debuiſſet Athanaſius, quæ conveniunt in uno, non protinus eſſe ſimilia in omnibus. Nam Ariani comparabant Patrem, Filium & Spiritum ſanctum epiſcopo, presbytero & diacono in graduum inæqualitate tantum. Hilarius de Synodis dicit, quòd Pater & Filius & Spiritus ſanctus ſunt quidem per ſubſtantiam tria, per conſonantiam verò unum. vid. Thom. ſumm. p. 1. q. 39. art. 2. Auguſtinus contra Maximin. III. 22. unitatem Patris, Filii & Spiritus ſancti exponit per unitatem trium teſtium in terrâ; at hos in teſtimonio ſolùm, non etiam in ſubſtantiâ unum eſſe, omnes confitentur. Ioachimus Abbas docuit nullam rem unam eſſe Pa-

 trem,

trem, Filium & Spiritum ſanctum & illarum perſonarum unitatem non eſſe veram & propriam; ſed quaſi collectivam & ſimilitudinariam: quemadmodum dicuntur multi homines unus populus, & multi fideles una Eccleſia propter unam fidem & charitatem: juxta illud (Act. IV.) *multitudinis credentium erat cor unum, & anima una*, & (1. Cor. VI.) *Qui adhæret Deo, unus Spiritus eſt cum illo.* Item, (1. Cor. III.) *ille qui plantat, & qui rigat, unum ſunt*: & (1. Cor. XII.) *Omnes unum corpus ſumus in Chriſto.* Rurſus in libro 3. Regum XXII. *Populus meus, & populus tuus, unum ſunt*: Ad hanc autem ſuam ſententiam aſtruendam, illud potiſſimum verbum inducit, quòd Chriſtus in Euang. Ioan. XVII. pro ſuis fidelibus oret Patrem; *volo Pater ut ſint unum in nobis, ſicut & nos unum ſumus: ut ſint conſummati in unum.* Non enim (ait) fideles Chriſti ſunt unum, unitate naturæ, id eſt, quædam una res, quæ communis ſit omnibus; ſed hoc modo ſunt unum, id eſt, una Eccleſia, propter Catholicæ fidei unitatem, & tandem unum regnum, propter unionem indiſſolubilis charitatis, quemadmodum in canonicâ Ioannis Apoſtoli epiſtolâ (h. l.) legitur: *quia tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo: Pater & Filius & Spiritus ſanctus: & hi tres unum ſunt.* Statimque ſubjungitur: *Et tres ſunt, qui teſtimonium dant in terrâ; Spiritus, aqua, & ſanguis: & hi tres unum ſunt, ſicut in quibuſdam codicibus invenitur.* Ergò nec Filius eſt una res cum Patre. Cap.
dam-

damnamus de sum. Trin. & fide Cath. & Scot. 1. di. 5. q. 1. &c. Hugo de S. Caro Card. h. l. *Vnum sunt, quoniam testimonium unius non est sine testimonio alterius.* Et pòst: *Vnum sunt, id est, verè & uniformiter sine omni contradictione idem deponunt.* Ita etiam Thom. Aq. & B. Iust. in h. l. Maldonatus in Ioan. X. 30. *Atque utinam nulli memoriâ nostrâ interpretes extitissent, qui nescio sanè quo studio Arrianorum juvissent partes, id ex aliis etiam locis colligentes, cùm enim cap. XVII. 11. 12. Christus dicit, ut sint unum, sicut & nos unum sumus, illud unum: non substantiam utique, sed concordiam significare: Et cùm dicit Lucas Actor. IV. 32. Credentium erat cor unum & anima una, non esse dubium, quin sola animorum consensio declaretur: Eodem pertinere, quod scribit Ioannes 1. epist. cap. V. vers. 7. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres unum sunt: nam de aquâ, spiritu, & sanguine idem dicit, quæ tamen constet non ejusdem esse naturæ, sed idem dicere testimonium.* Conf. Ioan. Royardum Minoritam hom. ad Ep. Dom. in Albis. fol. 122. f. 6. Et fragmenta glossæ ordinariæ, *unum sunt, id est, de eâdem re testantes.* Masenius Iesuita in Meditatâ Concordiâ, (quam etiam allegavi ad locum Ioan. X. 30.) p. 1. tr. 1. c. 7. locum hunc ita explicat: *Licèt 1. Ioan. V. 7. dicatur: tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum & Spiritus sanctus, & hi tres unum sunt. Tamen cùm scriptura non definiat quomodo unum sint: imò uni-*

tatem hanc in voluntate potius, quàm substantiâ constituere videatur: cùm Christus sic Patrem roget: serva Pater quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut & nos, Ioan. XVII. 11. *& ut omnes unum sint sicut tu Pater in me, & ego in te.* 21. *ex solâ scripturâ constare infallibiliter nequit uter sensus necessarius sit. Nullis enim scripturæ verbis hic definitur.* Idem p. 2. t. 1. a. 1. Obs. *Sententia Nicænæ Synodi de unitate essentiæ divinæ, & de tribus personis neque expressè, neque necessariâ consecutione ex solâ scripturâ deducetur, præsertim si illa cum Luthero, & orientalibus hæreticis græcum textum mutilantibus* 1. *Ioan.* V. 7. *tres sunt, &c. à Confessionistis quoque non agnoscantur. Quibus tamen admissis, cùm scriptura non definiat: unitasne voluntatum in amore, an naturarum in essentiâ intelligenda sit? &, si consequentiâ rationis agendum sit, pro amoris unitate futura sit conclusio;* &c. Lutherus contra Latom. *Quodsi*, inquit, *odit anima mea ὁμοούσιον, & nolit id recipere, non ero propterea hæreticus.* Ioan. Salabertus hæres. domit. part. 2. *Credo*, inquit, *confidentiores ex ipsis* (Hugonotis) *& indoctiores* (ut probent in unâ singulari & simplici essentiâ divinâ subsistere tres personas Patrem, Filium & Spiritum sanctum:) *statim allaturos hunc locum ex* 1. *Ioan.* V. 7. (*nam ex veteri testamento nihil aliud præter umbras adducere poterunt*) *tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum & Spiritus sanctus, & hi tres unum sunt. Sed dicant mihi quæso, quomodo super eum immotum fidei dogma fundari possit? Nam Servetus &*

Ana-

Anabaptistæ asserunt istum locum olim in archetypo græco non extitisse, & non diu esse quòd ibi insertus fuerit. Nullum potes ex vulgatâ editione adducere locum, quin vel infirmi ex nostris adversarius clament, non ita legitur in græco. Attamen secundùm ipsius Chamieri confessionem, lib. 12. de authent. edit. c. 7. N. 2. 7. hic locus non invenitur in multis exemplaribus græcis, quamvis testetur in quibusdam legi. Hæccine est legitima moneta, quâ Anabaptistæ aut Antitrinitario satisfiat? Dico amplius. Concedamus ipsis hunc locum esse authenticum: quomodo probabunt illic damnari Sabellianos, &c. Calvinus in h. l. *Quod dicit tres esse unum ad essentiam non refertur; sed ad consensum potiùs*: Et paulò pòst: *Non dubium est quin Pater, Sermo & Spiritus eodem sensu dicantur unum esse, quo postea sanguis, aqua & spiritus.* Similiter Beza h. l. *pro consensione in unâ eâdemque te testificandâ* explicat. Ita quoque Marloratus, & Henricus Nicolai. Et propterea Crellius & Stegmanus in versione Racoviana eum exprimere non dubitavere, non animadvertentes ex eodem loco manifestissimè Spiritus testantis, distinctià Patre & Filio, iisque adjuncti personalitatem probari.

℣. 7. 8. ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες, τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα.] id est, spiritus, caro & anima. *Anonymus.*

Καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσιν:] hæc verba aliàs desunt: *& hi tres in unum sunt.* Vulgata: *& hi tres unum sunt. Anonymus*: Sensus est: spiritus,

caro & anima unum ſunt, id eſt, unus homo conſtat ex ſpiritu, carne, & animâ, ſive per unum hominem quilibet intelligatur ſive ſolus Ieſus Chriſtus, in quo Spiritus eſt ipſum Verbum Dei primogenitum. Hanc explicationem facilè elicere potui ex aliquo Origenis loco qui mihi excidit, & hic ſenſus magis confirmatur ex Idacio de Trinitate: qui legit *& tres in nobis ſunt*. Plura vide in quæſt. noſtrâ, an Verbum in Chriſto fuerit loco animæ. Quia autem Epiphanius hær. 62. ſcribit Sabellium ita in unâ Deitatis ſubſtantiâ tria nomina poſuiſſe, ſicut in homine dicuntur, corpus, anima, & ſpiritus, & in Deo Patrem eſſe corpus, Filium animam, & Spiritum ſanctum ſpiritum, (Conf. Baſilium hom. 27. contra Sabell. & Arianos) ideò mihi perſuaſi Sabellianum quempiam præcedentem verſum S. literis indidiſſe, ut concludere potuerit ita Patrem, Verbum, & Spiritum ſanctum eſſe unum Deum, prout ſanguis, aqua & ſpiritus, vel anima, caro & ſpiritus ſunt unus homo, ſcil. in ſubſtantia & perſona per compoſitionem. Auguſtinus autem III. contra Maximin. cap. 22. per ſpiritum probat intelligendum Patrem, per ſanguinem Filium, perque aquam Spiritum ſanctum. Bullingerus in h. l. *Annotavit*, inquit, *id forſan ſciolus aliquis, qui non vidit aquâ ſignificari cœleſtem doctrinam, ſanguine redemptionem, & ſpiritu virtutem, & adminiſtrationem divinam. Fecit itaque ex aquâ Patrem, eo quod ex aquâ omnia generari dicantur: ex ſangui-* ne

ne filium, eo quod sanguinem fuderit: sed ex spiritu personam Spiritus sancti. Verùm plura hujus generis annotata sunt & ab Erasmo in eruditissimis illis suis in Novum Testamentum annotationibus.

℣. 16. 17.] vid. Ioan. XX. 23.

℣. 20. Καί ἐσμεν ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ· οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς θεός.] Erasmus h. l. τὸ οὗτος ad Deum Patrem refert, quod cupidè amplectuntur quidam Socinianorum, pro exemplo simili inter alia adferentes II. 22. τίς ἐστιν ὁ ψεύστης, εἰ μὴ ὁ ἀρνούμενος ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ὁ χριστός; οὗτός ἐστιν ὁ ἀντίχριστος. Vbi demonstrativum οὗτος non refertur ad proximè præcedens nomen. Conf. Act. VII. 18. 19. 2. Ioan. 7. ita etiam Episcopius Instit. Theol. IV. 35. accipi posse fatetur. Et 1. Thess. I. 9. 10. Christus dicitur viventis illius, verique Dei filius esse. Epiphanius quoque scribit hær. 69. filium in sacris literis non dici verum Deum. Verùm alii cum Iona Schlichtingio de Bukowiec non negant Christum esse verum Deum, adeò ut etiam Angelos veros deos esse confiteantur, respectu falsorum deorum, qui sunt dæmones & idola gentilium: & sic asserunt multos quidem esse veros deos summo Deo subordinatos & subjectos, unum autem solum Deum summum, vel qui est absolutè super omnia. Hunc hujus loci sensum confirmant ex versu sequenti, cùm subjungitur: Τεκνία φυλάξατε ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδώλων. Ἀμήν.

F I N I S.

ADDENDA.

PAg. 5. lin. 15. *add.* Lib. 6. contra Celſ. ex Platone: „ ἓν μὲν, ὄνομα· δεύτερον, δὲ λόγος, τὸ δὲ τρίτον, εἴδωλον· τὸ τέταρτον δὲ, ἐπιστήμη, „ καὶ κατὰ ταῦτα δὲ εἴποιμεν ἄν, ὅτι φωνὴ μὲν βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ εἰσῆκται ὁ ἰωαννης πρὸς τοῦ ἰησοῦ, ἀνάλογον τῷ παρὰ πλάτωνι ὀνόματι· δεύτερος δὲ μετὰ τὸν ἰωάννην δεικνύμενος ὑπ' αὐτοῦ ὁ ἰησοῦς, ᾧ ἐφαρμόζει τὸ, Ο λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἀνάλογον ὂν τῷ παρὰ πλάτωνι λόγῳ: „ *Ex his omnibus unum & primum eſt nomen, ſecundum ſermo, tertium imago, quartum ſcientia,„. Iuxta hanc rationem poſſumus dicere, quod vox clamantis in deſerto inductus eſt Ioannes ante Ieſum, proportione quadam referens nomen quod apud Platonem eſt. Secundo loco poſt Ioannem eſt Ieſus oſtenſus ab eo, cui quadrat illud: Verbum caro factum eſt, reſpondetque Verbo quod apud Platonem eſt.*

Pag 8. lin. 9. poſt *beatitudinem. add.* In Ieremiam quoque hom. 2. διὰ τοῦτο ὁ ἰησοῦς βαπτίζει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ· οὐχ ὅτι τὸν αὐτὸν ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ, ἀλλὰ τὸν μὲν ἅγιον ἐν τῷ πνεύματι ἁγίῳ τὸν δὲ μετὰ τὸ πιστεῦσαι, μετὰ τὸ ἀξιωθῆναι ἁγίου πνεύματος, πάλιν ἡμαρτηκότα, λούει ἐν πυρὶ· ὡς μὴ τὸν αὐτὸν εἶναι βαπτιζόμενος ἐν ἁγίῳ πνεύματι, καὶ μὴ δεόμενος βαπτίσματος τοῦ ἀπὸ πυρός· τρισάθλιος δὲ ἐκεῖνος ὅστις χρείαν ἔχει βαπτίσασθαι τῷ πυρί. *Idcirco Ieſus baptiſat in Spiritu ſancto & igni, ſed ſanctum quidem in Spiritu ſan-*

ſancto; eum verò, qui poſtquam crediderat, poſtquam Spiritu ſancto dignus fuerat habitus, denuo peccaverat, lavet in igne: ita ut non unus idemque ſit quia Ieſu in Spiritu ſancto & igni baptiſatur. Beatus igitur qui baptiſatur in Spiritu ſancto, & ignis baptiſmate non opus habet: ter miſer autem ille quiſquis indiget igni baptiſari. &c.

Pag. 16. lin. 28. poſt *amorem. add.* Quòd autem vocem ἀντίθεος, *æqualis Deo* reddidi, multæ ſunt rationes. Vetus enim gloſſarium ineditum: ἀντίθεος, ὁ τῷ θεῷ ἀντιπεπτωκὼς, ἢ ἐχθρὸς, ἢ ἰσόθεος. Hanc ultimam ſignificationem h. l. confirmat ſequens comma, cùm dicitur, *confiteor ſuperioritatem*: nam ſuperioritas tollit æqualitatem, non contrarietatem. Clem. Strom. IV. ex verſ. G. Herveti: *Mihi autem videntur Poëtæ quoque electos appellare* θεοειδέας, *id eſt deiformes*, & δίους, *id eſt divos*, & ἀντιθέους, *id eſt Deo æquales*. Lexicon Favorini: ἀντὶ πρόθεσις τίθεται καὶ ἀντὶ τοῦ ἴσος. ὡς τὸ ἀντὶ κασιγνήτου ξεῖνός θ' ἱκέτης τε τέτυκται· ἀντὶ τοῦ ἴσος ἱκέτου· ἀντίθεος δὲ ὁ Ὀδυσσεύς. ἀντὶ τοῦ ἰσόθεος. ἀντίθεον, καὶ ἀμύμονα, καὶ κρατερὸν λέγει Ὅμηρος τὸν Πάνδαρον, ἐξ ὧν εἶχε καλῶν. Lexica Gillii, Curionis, Tuſani, &c. Ἀντίθεος, ου, ὁ καὶ ἡ. *Semideus, eximius, æquiparandus Deo, divinus*, ἰσόθεος, ἀντιθέην ἄλοχον, i. ἴσην καὶ ὁμοίαν τοῖς θεοῖς κατ' ἀρετήν. Et in voce ἀντί. *Antiqui* ἀντὶ *pro æquali uſurpabant: ut* ἀντίθεος, ἀντίχειρ. Theſaurus H. Stephani, Lexicon Scapulæ, & trilingue cum præf. Sturmii. ἀντὶ *in compoſitione æqualitatem indicat: ut in* ἀντίθεος, ἀντιάνειρα, ἀντίχειρ.

Et

Et ab Hesychio ἀντὶ πολλῶν *exponitur* ἴσος πολλοῖς. *Et apud Homerum il.* θ. — γυναικὸς ἄρ' ἀντὶ τέτυξο: *hic Eustathius ait:* ἀντὶ γυναικὸς γενέσθαι *significare* ἴσον γυναικὶ γενέσθαι. Ἀντίθεος *idem quod* ἰσόθεος, *par Deo, æquiparandus Deo, divinus, augustus,* ἀντιθέην ἄλοχον *dicit Homerus, quasi diis æquiparandam virtute, id est divinâ quadam virtute præditam:* ἀντίθεος Σαρπηδὼν *apud Homer. il* ζ. *&* ἀντίθεος ἄναξ: *od.* ξ. *divinis virtutibus præditus.* Frid. Sylburg. Syntax. c. 18. & Gramm. Græc. D. Welleri part. post. ἀντὶ *in compositione quoque significat comparationem: ut* ἀντίθεος: *qui cum diis comparari possit, Deo æqualis, Deo æquiparandus.* Et præprimis notandum, quòd omnes prædicti autores pro exemplo allegent vocem ἀντίθεος, ubi ἀντὶ æqualitatem significat. In eâdem significatione vocem ἀντίθεος accepit Hieronymus II. adv. Pelag. scribit enim: *Tu potes omnia peccata vitare, ut adhuc in corpore constitutus* ἀντίθεον *esse te doceas.* Et hanc significationem vocis ἀντίθεος esse concedit Bellarminus. Gen. XXX. 2. Iacob ait: μὴ ἀντὶ θεοῦ ἐγώ εἰμι, id est, *Numquid Deus ego sum,* Gen. IX. 6. ἀντὶ pro *æqualiter* sumitur. D. Heins. Exerc. Philipp. II. 20. *Eruditissimum Glossarium,* ἰσόψυχος, *unanimus: pro quo Christiani posteriores,* ἀντίψυχος: (hanc vocem memini etiam Ignatium aliquoties usurpare.) Sic Epiphanius hæresi 19. δύο ἀδελφαὶ ἐν τῇ αὐτῶν χώρᾳ ἀντὶ θεῶν προσκυνοῦντο: *duæ sorores in ipsarum regione æquè ac Deæ adorabantur.*

Pag. 19. lin. 4. post Cypriano *add.* & Irenæo l. 20.

Pag.

Pag. 21. lin. 4. *add.* Gnostici ultimum quadrantem solvendum dicebant in μετενσωματώσεως ctiam corporibus per impletionem debitæ, definitæque libidinis.

Pag. 26. lin. 24. in fine *add.* Per oleum quoque Matth. XXV. 2. Origenes tract. 32. & Chrysost. opere imp. hom. 52. bona opera intelligunt.

Pag. 33. post lin. 13. *add.* ℣. 20. *duodecim annis* :] Hanc passionem & curationem, quæ circa duodecimum Æonem facta est, significari dicebant hæretici, eandemque denotari per Apostasiam Iudæ, qui duodecimus erat Apostolorum, & quoniam Christus duodecimo mense passus est; uno enim anno volunt eum post baptisma prædicâsse. Irenæus l. 1.

Pag. 47. lin. 13. *add.* Hæretici ovem perditam (Luc. XV. 4.) Simonis Magi Helenam esse non dubitabant asserere. Iren. l. 13. 20. Tertull. de animâ cap. 34. Epiph. hær. 21. alii vagationes Achamoth extra pleroma credebant. Iren. l. 1.

Pag. 55. lin. 22. in fine *add.* tom. 28. *Solus ille bonus Deus*, *& Pater.*

Pag. 56. lin. 15. post bonus *add.* lib. 5. contra Cels. ὁ Σωτὴρ ἡμῶν καὶ κύριος, ἀκούσας ποτὲ Διδάσκαλε ἀγαθὲ, ἀναπέμπων τὸν λέγοντα τοῦτο ἐπὶ τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, φησὶ, τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεὸς ὁ πατήρ. εἴπερ δὲ τοῦτ' εὐλόγως, ὡς εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος τοῦ θεοῦ τυγχάνων, εἴρηκεν ὁ υἱὸς τῆς ἀγάπης τοῦ πατρός. &c. *Servator*

vator noster & Dominus, appellatus aliquando præceptor bonus, ad Patrem suum remittens eum qui se sic appellaverat, inquit, „ quid me dicis bonum? nemo bonus nisi unus Deus, meus Pater", quod si id rectè, ut imago bonitatis Dei, dixit dilectissimus Patris filius, annon justius Sol diceret suis adoratoribus. Quid me adoras? Dominum Deum tuum adorabis, & ei soli servies, quem & ego & omnes qui mecum sunt, adoramus ac colimus.

Pag. 57. lin. 22. post Celf. *add.* τί δή ποτε παρελήφθη κάμηλος, τὸ τῶν ζώων ὅσον ἐπὶ τῇ κατασκευῇ σκολιὸν, παραβαλλόμενον τῷ πλησίῳ.

Ibid. lin. 27. post explicat. *add.* Et Theophylactus: τινὲς δὲ κάμηλον οὐ τὸ ζῶόν φασιν, ἀλλὰ τὸ παχὺ σχοινίον, ᾧ χρῶνται οἱ ναῦται πρὸς τὸ ῥίπτειν τὰς ἀγκύρας: *quidam verò*, inquit, *camelum non animal illud dicunt, sed crassum illum funem, quo nautæ in ejiciendis ancoris utuntur.*

Ibid. lin. 29. *add.* licèt Grammatici in hoc significatu κάμιλος scribi dicant.

Pag. 58. lin. 8. *add.* Origenes lib. 7. adv. Celf. scribit, *difficile esse divitem intrare in regnum cælorum*: εἴτε πλούσιόν τις λαμβάνει ἁπλούστερον, τὸν ὑπὸ πλούτου περισπώμενον, καὶ ὡς ὑπὸ ἀκανθῆς αὐτοῦ ἐμποδιζόμενον φέρειν τοὺς τοῦ λόγου καρπούς· εἴτε καὶ τὸν ἐν τοῖς ψευδέσι δόγμασι πλουτοῦντα, περὶ οὗ ἐν Παροιμίαις γέγραπται, Κρείσσων πτωχὸς δίκαιος, ἢ πλούσιος ψεύστης: *sive quis simplicius accipiat divitem distractum propter opes in curas varias, & quasi senticetis præpeditum quò minùs fructum afferat; sive abundantem falsis dogmatibus, de quo legi-*

legitur in proverbiis, melior pauper justus, quàm dives mendax.

Pag. 93. lin. antepen. *add.* Ita Origenes tom. 32. in Ioan. *Conducebat illi natum non fuisse, sive regenerationis ortu, (ut profundius quis intelligeret,) sive hoc communiori ortu, de quo ortu molestius-se eximere quis volens, cùm inquisierit etiam, quòd, quicquid utile est, utile sit ei, qui est, & considerans quod ei, qui non sit nihil conferat, & utile sit, ad secundam expositionem cùm devenerit, illam magis suscipiet.*

Pag. 97. lin. penult. post vellet. *add.* Origenes tract. 35. introducit Christum dicentem: *Ista quidem est mea voluntas; sed quoniam tua voluntas multùm eminentior est, quasi ingeniti Dei, quasi Patris omnium, propterea magis volo tuam voluntatem fieri, quàm meam.*

Pag. 108. post lin. 9. *add.* ℣. 32. *Simon Cyrenæus:*] Hunc quidam hæretici Iesu loco passum afferebant.

Pag. 111. post lin. 3. *add.* ℣. 2.] Hoc loco & Marci XXI. 5. de uno angelo legitur; at Lucæ XXIV. 4. & Ioan. XX. 12. de duobus, unde Celsus occasionem arripuit blasphemandi in religionem Christianam. Verùm Origenes lib. 5. contra eund. respondet, & ἐναντιοφάνειαν conciliat, dicens: οἱ μὲν γὰρ ἀναγράψαντες ἕνα, τὸν ἀποκυλίσαντα τὸν λίθον ἀπὸ τοῦ μνημείου τοῦτόν φασιν εἶναι· οἱ δὲ τοὺς δύο, τοὺς ἐπιστάντας ἐν ἐσθῆτι ἀστραπτούσῃ ταῖς γενομέναις ἐπὶ μνημεῖον γυναιξὶν, ἢ τοὺς θεωρηθέντας ἔνδον ἐν λευκοῖς καθεζομένους: *qui unum*

ſcribunt, narrant de eo qui avolvit à monumento lapidem: qui vero duos, de iis qui conſpecti ſunt intus ſedere candidati; aut de iis, qui venientibus ad ſepulchrum mulieribus obtulerunt ſe in veſtitu præfulgido.

Ibid. inter lin. 16. & 17. *add.* ℣. 18. *Data eſt mihi omnis poteſtas:*] Hermas ſimilit. 5. *Filium Dei ſervili loco ponit*, proque ratione adducit, *quia à Patre ſuo omnem poteſtatem acceperit.* Autor libri de Trinitate: *Chriſtus Ieſus, omnis creaturæ ſubjectam ſibi habens à Patre proprio poteſtatem, quà Deus eſt.*

Pag. 126. in fine *add.* ℣. 24. *Gratiâ plena:*] aliàs *gratioſa*: meruit enim gratiam apud Deum, Angelo dicente ℣. 26. *gratiam inveniſti apud Deum*: & apud hominem Ioſephum, dicente Euangeliſtâ Matth. I. 19. *Ioſeph quia juſtus erat, noluit eam diffamare.*

Pag. 133. lin. 25. *add.* (& Origenes tom. 32. in Ioan. *columna lucidæ nubis Ieſu*:)

Pag. 136. inter lin. 10. & 11. *add.* *Virtus altiſſimi:*] Tertullianus contra Prax. *Multò magis*, inquit, *virtus altiſſimi non eſt ipſe altiſſimus.*

Pag. 143. l. 28. in fin. *add.* Cùm verò Chryſoſtomus Filium primum Deum negat, non caret exemplis, & autoritate antiquiore. Nam Philo lib. 1. quæſt. & ſolut. apud Euſeb. præp. Euang. VII. 15. θνητὸν γὰρ οὐδὲν ἀπεικονισθῆναι πρὸς τὸν ἀνωτάτω καὶ πατέρα τῶν ὅλων ἐδυνατο, ἀλλὰ πρὸς τὸν δεύτερον θεὸν, ὅς ἐστιν ἐκείνου λόγος: *Nullum mortale ad illum altiſſimum & Patrem univerſorum, tanquam*

quam imago conferri potest; sed confertur ad secundum Deum, qui primi Verbum est. Similiter Eusebius Cæsariensis dem. Euang. V. 3. 4. 6. 8. 30. epist. ad Euphrationem & Constantiam. Ante omnes Plato apud Origenem contra Cels. lib. 6. ὁ μὲν δημιουργὸς τοῦδε τοῦ παντὸς υἱὸς ἐστὶ τοῦ θεοῦ, ὁ δὲ πρῶτος καὶ ἐπὶ πᾶσι θεὸς πατήρ ἐστιν αὐτοῦ: *qui universum hoc condidit Dei filius est. Primus autem & super omnes Deus Pater est ejus*: & apud Eusebium de præp. Euang. XI. 18. *Quam*, inquit, *putatis mentem vel intellectum, ô homines? Non est primus: sed alius ante ipsum est major atque divinior & superior Deus.* Tandem apud Constantinum M. orat. ad Sanct. cœt. c. 9. *primo Deo secundum subjecit, ita ut secundus hic Deus præceptis illius summi opificis & moderatoris omnium inservierit.* λόγος τέλειος Mercurii vel Hermetis Trismegisti, dicit quòd *omnium rerum conditor Dominus & Deus*, ἐπεὶ τὸν δεύτερον ἐποίησε θεόν: *postea secundum fecit Deum.* Plura de Uno & Bono primo Deo, & Mente secundo Deo ex Platonicis diximus in dissertat. περὶ τοῦ λόγου.

Pag. 144. post CAP. XV. *add.* ℣. 1. *mulier*:] hanc hæretici superiorem Sophiam narrabant dici: quæ cùm perdidisset intentionem suam, pòst deinde mundatis omnibus per Salvatoris adventum in eam; quoniam & hoc restituitur secundum eos intra Pleroma. Irenæus l. 1.

Pag. 147. lin. 14. post 56. *add.* Prout hìc deleta quædam, ita 1. Tim. III. 16. *Deum additum fuisse adversus hæreticos Arianos subolet* Eras-

 mo

mò h. l. de quo pluribus agemus in d. l. Idem Eraſmus in Luc. IV. & 61. reſp. apol. ad Epiſcop. Hiſpal. ſcribit *Pontificios multa in ſcripturis propter hæreticos in textum addidiſſe, & eraſiſſe, & quæ in margine poſita fuerant, in contextum poſuiſſe.* Petrum Comeſtorem quoque dicit Maldonatus, *multa è ſuo capite ſine ullâ ratione Bibliis attexuiſſe.*

Pag. 149. poſt lin. 5. *add.* ℣. 39. *Vnus*:] Matthæus XXVII. 43. & Marcus XV. 32. *utrumque latronem videntur blaſphemiæ inſimulâſſe.*

℣. 43. *Amen dico tibi, hodie eris mecum in paradiſo:*] At ſanctum Chriſti corpus tres dies & noctes poſt mortem quievit in ſepulchro, anima deſcendit ad inferos. Hanc difficultatem recentiores quidam animadvertentes, ita diſtinguunt: *Amen dico tibi hodie, eris mecum in Paradiſo.* Antiquiores nonnullos (teſte Origene tom. 32. in Ioan.) perturbavit hoc dictum ceu abſonum, ut ſuſpicari auſi fuerint, hæc verba, *hodie mecum eris in paradiſo Dei*, addita fuiſſe Euangelio ab aliquibus illud adulterantibus. *At verò nos*, inquit Origenes l. c. *juxta ſimpliciorem quidem ſenſum intelligimus, eum fortaſſe, antequam abiret in cor terræ, ut vocant, reſtituiſſe in Paradiſo Dei* (hæc vox in Euangelio non legitur) *dicentem ſibi. Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum, juxta verò profundiorem ſenſum dicimus, Plerumque vocabulum hodie, in ſcripturâ extendere præſens tempus in totum ſeculum: ut in illud. Divulgatum eſt hoc verbum apud Iudæos uſque hodie: & hic eſt pater Moabitarum uſque in hodiernam diem: Et hodie*

ſi

si vocem ejus audiveritis, ne recedatis à Domino. Itaque oranti latroni, ut sui memoria habeatur in regno Dei promittit Christus in vocabulo hodie, sic factu-rum, ut latro ipse secum sit in regno Dei in præsenti seculo ante futurum.

Pag. 152. lin. 16. post πατρὶ *add.* Tertull. adv. Prax. *Ante carnem sermo tantum in primordio apud Deum Patrem, non Pater apud sermonem. Nam etsi Deus sermo; sed apud Deum, quia ex Deo Deus.*

Pag. 163. lin 12. post omnia *add.* de demonstr. Euang. IV. 3. Ἀλλὰ τοῦ μὲν αἰσθητοῦ φωτὸς ἀχώριστος ἡ αὐγὴ, ὁ δ' υἱὸς ἰδίως παρὰ τὸν πατέρα καθ' ἑαυτὸν ὑφέστηκε. Καὶ φωτὸς μὲν ἡ αὐγὴ χωρὶς ἐνεργείας ἐπέχει, ὁ δὲ υἱὸς ἕτερόν τι ἢ κατ' ἐνέργειαν τυγχάνει καθ' ἑαυτὸν οὐσιωμένος. Καὶ πάλιν ἡ μὲν αὐγὴ συνυπάρχει τῷ φωτὶ συμπληρωτική τις οὖσα αὐτοῦ. Ἄνευ γὰρ αὐγῆς οὐκ ἂν ὑποσταίη φῶς, ὁμοῦ τε καθ' αὐτὸ συνυφέστηκεν· ὁ δὲ πατὴρ προϋπάρχει τοῦ υἱοῦ, καὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ προϋφέστηκεν, ἢ μόνος ἀγέννητος ἦν. Καὶ ὁ μὲν καθ' ἑαυτὸν τέλειος καὶ πρῶτος, ὡς πατὴρ, καὶ τῆς τοῦ υἱοῦ συστάσεως αἴτιος, οὐδὲν εἰς συμπλήρωσιν τῆς ἑαυτοῦ θεότητος παρὰ τοῦ υἱοῦ λαμβάνων. ὁ δὲ ὡς ἐξ αἰτίου γεγονὼς υἱὸς, δεύτερος οὗ ἐστιν υἱὸς καθέστηκεν, παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ τὸ εἶναι καὶ τὸ τοιόσδε εἶναι εἰληφώς. Καὶ πάλιν ἡ μὲν αὐγὴ, οὐ κατὰ προαίρεσιν τοῦ φωτὸς ἐκλάμπει, κατά τι δὲ τῆς οὐσίας συμβεβηκὸς ἀχώριστον. ὁ δὲ υἱὸς κατὰ γνώμην καὶ προαίρεσιν εἰκὼν ὑπέστη τοῦ πατρός. Βουληθεὶς γὰρ ὁ θεὸς γέγονεν υἱοῦ πατὴρ καὶ φῶς δεύτερον κατὰ πάντα ἑαυτῷ

ἀφωμοιωμένον ὑπέστησε· *Sed à sensibili quidem luce inseparabilis splendor; filius vero propriè propter Patrem secundum se subjectus est.* (*vel subsistit.*) *Et lucis quidem splendor locum operationis obtinet; filius verò aliud quiddam est, quam secundùm operationem, secundùm se ipsum substantivus: Et rursus splendor quidem coëxistit cum luce, complens illam: sine splendore enim non subsistet lux, & simul secundùm seipsum coëxtitit. Pater verò existit ante filium, & substitit ante ejus creationem, quatenus solus infectus est. Et ille quidem secundum se ipsum perfectus & primus est, tanquam Pater, & constitutionis filii causa, nihil in completionem propriæ deitatis à filio accipiens; hic verò tanquam ex causâ factus filius, posterior eo, cujus filius est substitit, quia à Patre & quòd sit, & quòd talis sit, accepit. Et rursus splendor quidem non ex voluntate lucis splendet; sed secundùm quid à substantiâ accidens inseparabile; Filius verò ex voluntate & instituto subsistit Patris imago. Volens enim Deus factus est Filii Pater, & secundam lucem quoad omnia se ipso assimilatam subsistere fecit.*

Pag. 164. lin. 5. post *vos add.* Esai. LX. 1. φωτίζου, φωτίζου ἱερουσαλήμ· ἥκει γάρ σου τὸ φῶς.

Ibid. lin. 12. post mundum. *add.* Ipse Origenes 4. contra Celsum h. l. intelligit τὸν ἀληθινὸν καὶ νοητὸν κόσμον: *verum & intelligibilem mundum.*

Pag. 169. lin. 7. post præbuerit. *add.* Mercurii, vel Hermetis Trismegisti λόγος τέλειος: ὁ κύριος καὶ τῶν πάντων ποιητής, ὃν θεὸν καλεῖν νενομίκαμεν, ἐπεὶ τὸν δεύτερον ἐποίησε θεὸν ὁρατὸν καὶ αἰσθητόν: *Dominus*, inquit, *& omnium conditor, quem*

Deum

Deum vocare sancivimus, postea secundum fecit Deum visibilem & sensibilem.

Pag. 173. lin. 28. *add.* IV. 37. *manifestum est quoniam Pater quidem invisibilis, de quo & Dominus dixit: Deum nemo vidit unquam, Verbum autem ejus*, &c.

Pag. 180. lin. 7. in fine *add.* Sex Episcopi Concilii Autiocheni III. in epist. ad P. Samosat. scribunt *Filium paternam implentem voluntatem Patriarchis apparuisse: obque id ministerium Angeli nomen obtinuisse. Hunc enim dandæ legis ministrum fuisse. Eundem quoque Sodomitas, acceptâ à Patre judicandi potestate, punivisse, hominibusque apparuisse, Patre invisibili manente.*

Pag. 183. l. 4. post &c. *add.* contra Marcellum I. 20. scribit *Filium alium esse a Deo invisibili.* Prudentius etiam in carmine contra Patripassianos, probat *Patrem esse invisibilem, nec unquam visum; Filium Verbum autem conspicuum.*

Ibid. lin. 9. Praxean. *add.* Irenæus IV. 37. Dominum ipsum hæc dixisse scribit: nisi alludit ad Ioan. VI. 46.

Pag. 191. lin. 22. post præcepit. *add.* Iren. I. 18. interpretans Marcosianorum nomina Hebraica, ait: *Hoc quod est super omnem virtutem invoco, quod vocatur lumen & spiritus, & vita; quoniam in corpore renasci.*

Pag. 192. inter lin. 9. & 10. *add.* ℣. 7. *oportet vos regenerari*:] id est, genus humanum.

Pag. 193. lin. 26. post Patrem. *add.* Origenes lib. 4. contra Cels. ὁ Κέλσος οὐκ οἶδ᾽ ὁπόθεν λαβὼν,

ἐπαπορεῖ πρὸς ἡμᾶς ὡς λεγόντας, ὅτι αὐτὸς κάτεισι πρὸς ἀνθρώπους ὁ Θεός: *Nescio unde occasionem nactus, Celsus controversum facit, quasi nos affirmemus, descensurum illum Deum ad homines.*

Pag. 195. post lin. 3. *add.* ℣. 14. *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportuit filium hominis.*] Ophitæ, (al. Ophiani, vel Ophitæi) plusquam hæretici his verbis Christum professum dicebant, se imitari sacram potestatem ipsius serpentis, quem venerabantur, & Christo præferebant, quia scientiæ boni nobis & mali originem dederit. Ipsum etiam asservatum in specu introducebant ad benedicendos Eucharisticos panes suos, quos perfectum sacrificium vocabant, singulisque distribuebant. Tertull. de præscript. advers. hæret. cap. 47. Epiph. hær. 37. Theod. lib. 1. de hær. fab. ait, quosdam ex ipsis dicere Christum in serpentis speciem transmutatum, virginis uterum subiisse. Ita intelligendum illud Damasceni de hæres. *Ophitæi anguem venerantur, eumque Christum esse existimant.* Processerunt ex hæresi Nicolai & Gnosticorum, aliorumque antiquiorum. Epiph. d. l. Vide utrum hæc conciliare queas cum verbis Origenis lib 6. contra Cels. dicentis, Ophianos nec esse Christianos, nec ipsosmet Christum profiteri, sed Iesu nomen detestantes suam in sectam recipere.

Pag. 196. lin. 24. post *solent. add.* Maldonatus in Ioan. IV. *illud*, inquit, *certum, nomen Dei posteriore loco positum, esse subjectum, nomen verò spiritus attributum: sensus enim est, Deus est spiritus,*

Pag.

Pag. 202. poſt CAP. VII. *add.* ℣. 1. οὐ γὰρ ἤθελεν :] *Videtur antiquiſſima lectio fuiſſe οὐκ ἐδύνατο, non poterat, quod mutatum à delicatis, quaſi Chriſti potentiæ injuriam faceret.* Grotius.

℣. 28. κἀμὲ οἴδατε καὶ οἴδατε πόθεν εἰμί.] Tertullianus adv. Prax. negativè legit: *neque me ſcitis unde ſim.* Idem ſenſus efficitur, ſi verba Chriſti interrogativè prolata dicamus: nec enim ipſe Matthæus orationis diſtinctionibus uſus eſt.

Pag. 209. lin. penult. *add* Grotius in hæc verba Geneſis, addit *Socratis ſententiam ſic referre Ariſtotelem* II. *Politic.* IV. ἐρῶντας γενέσθαι ἐκ δύο ὄντων ἀμφοτέρους ἕνα: & *Plutarchum in Sympoſiacis* ſcribere: ὥστε δύο ὄντας ἕνα γεγονέναι. Sed & Ovidius Triſtium IV. 4. *Quis duo*, inquit, *corporibus, mentibus unus erant.*

Pag. 211. lin. ult. poſt *cunt.* *add.* ita autem ſcribit: *qui mendaciter ſapiunt non ſunt pro Chriſto, qui glorificare ſe putant eum: quales ſunt hæretici qui confundunt Patris & Filii ſubſtantiam, unum dicentes eſſe Patrem & Filium*, &c. & hom. 2. in diverſ. *Multi recipiunt Chriſtum, ſed non credunt in nomine ejus, non credunt in nomine unigeniti, qui filium Deo Patri conſubſtantialem affirmant, hoc eſt eſſentiam quæ Pater eſt:* ita fortaſſe locus iſte legendus.

Pag. 214. lin. 11. poſt nodis. *add.* Dionyſius Alex. Filium dicit ξένον εἶναι κατ' οὐσίαν τοῦ πατρός.

Ibid. lin. 25. poſt refert. *add.* οὐδὲ γὰρ ἐξ οὐσίας τῆς ἀγεννήτου κατὰ τὶ πάθος ἢ διαίρεσιν οὐσιωμένος: *ne-*

que enim ex essentiâ ingeniti secundùm passionem quandam aut divisionem essentiatus est.

Pag. 227. lin. 27. *add.* Sed hoc videtur hausisse ex hæresibus Gnosticorum, Heracleonitarum, & Manichæorum, quas secuti Priscillianistæ.

Pag. 231. *ante* CAP. XIV. *add.* CAP. XIII. ỳ. 13. *Vos vocatis me magistrum ac Dominum, & bene dicitis*.] Alii in die extremo dicent, *Domine nonne nomine tuo dæmonia ejecimus, & virtutes multas fecimus?* quibus Dominus respondebit: *discedite à me, nunquam vos novi, quia operarii estis iniquitatis*: de his etiam dixerat illud: *Non quisquis mihi dicit Domine, Domine, intrabit regnum cælorum.* Matth. VII. 21. 22. 23. Sic & Matth. XXV. 11. 12. Lucæ XIII. 23. dicentibus *Domine, Domine, aperi nobis*, responsum dabitur: *nescio unde estis.* At Apostolis dicit Christus: *vos vocatis me magistrum ac dominum, & bene dicitis.* Dubium tamen est an in Spiritu sancto dixerint Apostoli Christum Dominum: collato 1. Cor. XII. 3. *Nullus potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto*, cum Ioann. VII. 39. *nondum erat Spiritus sanctus datus.* Vide de eo Origen. tom. 32. in Ioan.

ỳ. 30. *Exivit, & erat nox.*] Origenes d. l. *Dicendum est symbolicè tunc noctem fuisse sub sensum cadentem, quæ imago existeret noctis factæ in animâ Judæ, quando quæ ferebantur super abyssum, illæ tenebræ (nempe satanas) ingressæ sunt in eum. Vocavit enim Deus tenebras noctem. Quare noctis, inquit*

Paulus,

Paulus, *non sumus filii neque tenebrarum*, *dicens*: *Ergo fratres non sumus noctis*, *neque tenebrarum filii. Et illud*, *nos qui diei filii sumus*, *sobrii simus*. — *Nec enim ille vir aderat*, *cui nomen est Oriens*, *scilicet reliquerat dum egrederetur*, *justitiæ solem. At Iesum quidem persequebatur Iudas tenebrarum plenus*, *sed tenebræ & qui ipsas receperat*, *non apprehenderunt eos*, *qui persequebantur lucem*.

Ibid. post CAP. XIV. *add.* ℣. 6. *Ego sum via*, *veritas*.] Origenes tom. 3. in Ioan. *Dicitur hæc lux*, *lux vera*, *quâ ratione Pater veritatis Deus amplior est Verbo*, *& major*, *quàm veritas*, *& quia Pater est sapientiæ*, *melior est atque præstantior ipsâ sapientiâ*, *& hac ratione vera lux præcellit*. Cyprianus epist. ad Pompej. *Benedictus Deus veritatis*, *quam veritatem nobis Christus ostendens in Euangelio suo dicit*: *Ego sum veritas*. Porrò de veritate plura diximus l. 1. histor. Eccles. seculo 3.

& vita:] Origenes tract. 1. in Matth. *Erat autem & is vita à fonte vitæ Patre*, *qui dixit*, *Ego sum vita. Et attende diligenter*, *an quemadmodum sicut idem non sunt fons fluvii & fluvius ipse*, *ita fons vitæ & vita*, &c. *oportuit enim eximium quiddam proponere in eo*, *quod dicit de Deo & Patre universorum tanquam vivo*, *& inter eum*, *qui est ipsa vita*, *& inter ea quæ vitam participant*. (Similiter Tertullianus contra Prax. *Pater tota substantia est*; *filius verò derivatio totius & portio*. Lactantius quoque II. 9. *quoniam pleni & consummati boni fons in ipso* [Deo] *erat sicut est semper*: *ut ab eo bono tanquam rivus oriretur*, *produxit similem sui spiritum*,

qui

qui esset virtutibus Dei Patris præditus. IV. 8. *Virtute*, inquit, *quam de Deo Patre tanquam rivus de fonte tradux it filius*: & cap. 29. *Ille Pater quasi exuberans fons est, filius tanquam defluens ex eo rivus: ille tanquam sol, hic tanquam radius à sole porrectus.* Tandem & Catholicis *Pater fons omnis deitatis audit.*) Tom. 13. in Ioan. *Fons factus in eo, qui biberit ex aquâ, quam dat Iesus, salit ad vitam æternam, nempe ad Patrem existentem supra vitam æternam. Est enim Christus vita: proinde qui major est Christo, vitâ etiam est major.*

Pag. 234. lin. 18. post *contrarium. add.* tom. 32. in Ioan. *Qui recipit, quem miserit filius mali, ille antichristum recipit: qui recipit filium mali, & admittit sermonem Christo contrarium, fingentem se esse veritatem, falsoque promittentem se esse justitiam, is ipsum recipit malum.* Oppositionem hic constituit illius Ioan. XIII. 20. *quicunque receperit, quem ego misero, me recipit: &, quicunque receperit me, recipit eum qui misit me.*

Pag. 235. lin. 6. post &c. *add.* Ibid. *Filium dicit esse faciem Patris; Patrem autem dici faciem Filii non esse congruum, quia Pater sit major Filio, ejusque caput. Caput enim Christi Deus.*

Ibid. lin. antepen. post Filio. *add.* libro etiam I. eum scripsisse *Filium minorem Patre, eo quòd secundus ab illo sit*, &c. *atque hoc ordine majorem Patris fortitudinem esse, quàm Filii*, &c. testis est Hieronymus d. l.

Pag. 236. lin. 22. post est. *add.* Cyprianus ad Iubajan. *Deum Patrem non solum Patrem; sed & Dominum*

Dominum & Deum Christi esse asserit, & ob id dicere Christum Patrem se majorem, a quo clarificari petierit, cujus voluntatem usque ad obsequium bibendi calicis, & subeundæ mortis impleverit. Aliter sentientes blasphemare Deum Patrem dicit.

Pag. 237. lin. 2. *add.* Eusebius locis plurimis,

Pag. 240. lin. 24. post *sunt. add.* Contra Praxean etiam Tertullianus scribit *Sermonem ex Deo processisse per productionem.*

Pag. 251. lin. 18. *add.* οὐ προεῖπον αἱ προφητεῖαι θεὸν σταυρωθήσεσθαι, αἵ τινές φασι περὶ τοῦ ἀναδεξαμένου τὸν θάνατον, καὶ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον καὶ ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν καὶ πόνῳ, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν. ὅρα οὖν, σαφῶς ἄνθρωπον εἰρήκασι τὸν πεπονθότα ἀνθρώπινα. καὶ αὐτὸς ἀκριβῶς εἰδὼς Ἰησοῦς, ὅτι τὸ ἀποθνῆσκον ἄνθρωπος ἦν, φησὶ πρὸς τοὺς ἐπιβουλεύοντας αὐτῷ, Νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον, &c. *Non prædixerunt prophetiæ Deum crucifigendum, quando de mortem assumente sic loquuntur: Vidimus eum non habentem speciem, nec pulchritudinem, sed species ejus sine honore supra cæteros filios hominum: homo in plagâ constitutus & dolore, & sciens ferre infirmitatem. Vide ut apertè hominem nominent, qui humana passus est. Et ipse Iesus, bene sciens quod moriturum erat esse hominem, ait suis insidiatoribus. Nunc autem quæritis me interficere, hominem.* &c. Conf. tom. 32. in Ioannem. Eadem fuit sententia Nestorii, & antiquiorum hæreticorum,

corum, duas constituentium personas Dei & hominis.

Pag. 252. lin 20. post *dit. add.* Clem. Strom. 2. *Cæterarum quidem rerum etiam Filius est Deus; Filii autem Deus non est nisi solus Pater.* Euseb. dem. Euang. V. 8. ὁ πατὴρ καὶ τοῦ υἱοῦ πατὴρ καὶ κύριος καὶ θεός: *Pater Filii Pater & Dominus & Deus.* Comment. in Psalm. XV. *Lege naturæ cujusvis filii Pater Dominus quoque ejus existit: ob id unigeniti illius filii Dei qui genuit illum, Pater, est etiam illius Dominus, & Deus, & Pater.* Hanc sententiam idem Eusebius, prolixo sermone repetitam, explicat in epistolâ ad Alexandrum Athanasii præceptorem, cujus initium est: quanto labore & diligentiâ in has literas inciderim: annotavit hoc Epiphanius Diaconus sect. 6. II. Syn. Nic.

Pag. 264. lin. 16. post *numen. add.* tom. 32. *qui recipit, quem miserit filius mali, ille antichristum recipit: qui recipit filium mali, & admittit sermonem Christo contrarium, fingentem se esse veritatem, falsoque promittentem se esse justitiam, is ipsum recipit malum. — Quamobrem recipiamus eos, qui à sermone mittuntur; ipsumque Dei sermonem, haudquaquam tamen recipiamus Apostolum antichristi, sermonem falsum.*

Pag. 274. lin. 17. post *vectionem. add* (ita Clemens Rom. epist. 1. ad Iacob. *Ecclesia navis, ergò navis hujus portus Dominus ipse omnipotens Deus; gubernator verò Christus.* Conf. Clem. Alex. l. 7. Strom. ubi *Filium ex voluntate Patris universorum gubernatorem* vocat.)

Pag.

Pag. 310. lin. 13. post tioch. *add.* cum Irenæo IV. 17.

Pag. 323. lin. 22. post 280. *add.* Idem Philo de charitate, & Aristoteles ajunt *per generationem produci non ens ad esse*. Xenophanes apud Eusebium de præp. Euang. lib. I. c. 5. *Si*, inquit, *aliquid gigneretur, id non fuisse antea necesse est.* Proclus Elem. pr. 45. πᾶν γεννητὸν ὑπ' ἄλλου τελειοῦται τοῦ παρέχοντος αὐτῷ γένεσιν οὐκ ὄντι: *omne generatum ab alio perficitur, quod ipsi generationem vel ortum præbet nondum existenti.* pr. 87. τὸ δὲ αἰώνιον οὐδαμῇ τοῖς γεννητοῖς ὑπάρχει. *In iis, quæ generata sunt, nequaquam æternum existit. Quod enim semper est, non potest generari.* pr. 51. γένεσις περὶ τὴν ὑπὸ χρόνου μετρουμένην φύσιν ἐστιν: *Generatio est circa naturam, quæ à tempore mensuratur*: & vice versâ, pr. 107. 191. τὸ γὰρ πάντη γεννητὸν πόῤῥωτέρω τῶν αἰωνίων: *omnino genitum longè distat ab æternis.*

Ibid. lin. 23. post Aristot. *add.* 19. τοῦ μὲν ἀνάρχου οὐκ ἔστιν γένεσις· τοῦ δὲ χρόνου ἐστίν: *illius quidem quod principio caret, generatio non est; temporis autem est.* 21. γεννητὸν ἄναρχον οὐκ ἔστιν: *Genitum principii expers non est.* 22. pro iisdem habet το γενέσθαι, *gigni*, & τὸ εἶναι ἠργμένον. 32. pro iisdem habet *genitum*, & *non æternum esse*. 33. *quibus generatio & quòd genita sint, adest, ab eis ex necessitate abest æternitas, & principii carentia & infinitas.* 34. *si genita est, neque æterna est, neque principii expers.* 42. ἡ ἐν τοῖς γεννητοῖς ἀϊδιότης, ἄναρχος εἶναι οὐ δύναται. *æternitas quæ est in genitis, princi-*

pii

pii expers esse nequit. 43. *quod genitum est, principii expers & æternum esse non potest.* 53. *Generatio non est æternorum causa.* Ibid. ὧν τὸ εἶναι διὰ τὰ ἄλλα γενέσθαι ἐστι, γεννητὰ ταῦτα, καὶ οὐκ ἀΐδια: *quæ propterea sunt ut alia fiant, genita ea sunt, & non æterna.*

Pag. 324. lin. 7. post converterem. *add.* ibid. *nequit generari quod est, sed quod non est.*

Ibid. lin. 16. post *nito?* *add.* Autori libri de Trinitate *idem est innatum, quod origine & principio carens*, & ideo negat *duo esse innata*: *vel duos deos, quia non sint duo initio carentia*: vel vice versa. Similiter omnino Symbolum Sirmiense art. 26. apud Hilar. de Synodis, & Socr. II. 25.

Pag. 360. lin. antepenult. post cuavit: *add.* (quâ voce usus est Origenis interpres in lib. 8. ad Rom.)

Pag. 370. lin. 3. *add.* Similiter Origenes lib. 8. ad Rom. *Ita*, inquit, *diligit creaturam suam, ut pro ipsâ evacuaverit semetipsum de Dei formâ, & servi formam susceperit, humilians semetipsum ad mortem.*

Pag. 401. post lin. 3. *add.* pag. 82. lin. antepen. *add.* & Origenes lib. 6. cont. Cels. νυνὶ δὲ εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἰησοῦς κεκήρυκται: *nunc verò*, inquit, *per totum terrarum orbem Iesus prædicatus est.*

F I N I S.

N. B.

N. B.

Pag. 302. post lin. 9. omissa sunt verba sequentia:

Plotinus Enn. 5. II. 1. *Vnum*, inquit, *non est Ens, sed progenies ejus est.* IV. 2. τὸ ἓν ἐπέκεινα εἶναι τῆς οὐσίας. τοῦτο δὲ καὶ νοῦ. — νοῦς δὴ καὶ ὂν ταὐτόν: *necesse est Vnum superius esse Essentiâ, id est Mente superius. — Mens enim & Ens sunt idem.* V. 13. *Ipsum Bonum vel ipsa simpliciter bonitas est Ente superior.* ibid. τὸ πρώτως καὶ τ' ἀγαθὸν, ὑπέρ τε πάντα τὰ ὄντα ἀναπέφανται ἡμῖν, καὶ μόνον ἀγαθόν: *Primum & Bonum est supra omnia Entia, & solum Bonum.* Enn. 6. VI. 8. & 9. *Natura primi Entis est post ipsum Vnum.* VII. 17. *Bonum superius est Essentiâ.* c. 38. *Essentia est inferior Bono, nec rectè prædicatur esse de Bono.* Apud Cyrill. 4. contra Iulian. Plotinus asserit *Mentem esse Ens, at ipsum Bonum esse supra Mentem & Essentiam.* Idem τοῦ αἰτίου, νοῦ ὄντος, πατέρα φησὶ τ' ἀγαθὸν, καὶ τὸ ἐπέκεινα νοῦ, καὶ ἐπέκεινα οὐσίας: *Causæ vel Mentis Patrem esse ipsum Bonum, quod & superius est Mente, & superius Essentiâ*: apud Euseb. de præp. Euang. XI. 17. Imò infinita alia testimonia in eo dantur, quibus Mentem appellat τὸ ὄντως ὄν: *verè Ens.* Ipsum autem Bonum Deum Mente & Ente superiorem.

Præter Plotinum, Proclus Theol. Plat. II. 4. affirmat & Porphyrium, & omnes qui horum Philosophiam acceperunt & sequuti sunt, eadem sentire.

Iamblichus: *Primus*, inquit, *Deus ante id quod est.*

Iustinus M. Philos. Platonicus, qualem se ipse profitetur dialogo cum Tryph. ibidem asserit, *Deum esse* ἐπέκεινα πάσης οὐσίας: *supra omnem essentiam.* idem q. 2. de incorp. probat *Deum esse supra omnem Essentiam corpoream & incorpoream.* idem q. 6. al. 5. de Deo: ita dicit *differre animam à Deo, ut Ens ab eo, quod est supra Ens.* Vide Conr. Gesner. annot. in Athenag. apol.

Origenes Platonico-Plotinianus tom. 19. in Ioan. *Non intelligit aliquis Deum, vel videt ipsum, & postea veritatem; sed antea veritatem, ut isto modo veniat ad contemplandam essentiam, vel Essentiâ superiorem potentiam, & naturam Dei.* lib. 6. contra Cels. οὐδ' οὐσίας μετέχει ὁ θεός· *neque substantiæ particeps est Deus.*

Eusebius Cæs. dem. Euang. V. 11. scribit *Deum esse* ἀνωτάτω ἁπάσης οὐσίας: *supra omnem Essentiam.* Apud eundem de præp. Euang. XI. 21. ipse Plato: οὐκ οὐσίας ὄντος τοῦ ἀγαθοῦ, ἀλλ' ἐπέκεινα οὐσίας, πρεσβείᾳ καὶ δυνάμει ὑπερέχοντος: *ipsum Bonum non est Essentia, sed superius Essentiâ, antiquitate & potentiâ supereminens.* Subjungit Eusebius: φησὶν ὁ Πλάτων· τότε ἀγαθὸν, μὴ εἶναι οὐσίαν, ἀλλ' ἐπέκεινα τῆς οὐσίας, πρεσβείᾳ καὶ δυνάμει ὑπερέχον, ὥστε μὴ ὁμοούσια αὐτῷ τίθεσθαι, — ὅτι δὴ καὶ τὸ εἶναι καὶ τὴν οὐσίαν εἴληφε παρὰ τοῦ μὴ ὄντος οὐσίας, ἀλλ' ἐπέκεινα οὐσίας πρεσβείᾳ καὶ δυνάμει ὑπερέχοντος, ὃν δὴ καὶ μόνον εἰκότως θεὸν τὰ Ἑβραίων ἀναγορεύει λόγια, ὡς ἂν τοῖς πᾶσιν αἴτιον ὄντα. — ἑνὶ γὰρ τούτῳ μόνῳ καὶ οὐδενὶ ἄλλῳ ἀναθετέον, τῷ μό-

νῳ

τῷ ἀγαθῷ, ὃ δὴ καὶ ἐπέκεινα πάσης ὐσίας, πρεσβείᾳ τε καὶ δυνάμει ὑπερέχον θαυμασίως ὁ Πλάτων ἀνεφώνησε: *Dicit Plato ipsum Bonum non esse Essentiam, sed superius Essentiâ, antiquitate & potentiâ supereminens, adeo ut non sint ipsa coessentialia. — Quia sanè & Esse & Essentiam acceperunt ab eo, qui non est Essentia, antiquitate & potentiâ supereminens, quem etiam solum meritò Deum Ebræorum prædicant scripturæ, tanquam omnium causam existentem. — Uni ergò huic soli, & nulli alteri acceptum ferendum, soli Bono, quod & supra omnem Essentiam, antiquitate & potentiâ supereminens admirandum in modum Plato dixit.* Verba sunt Platonis de Republ. apud Procl. Theol. Platon. II. 4. eundem locum indigitavit Origenes lib. 6. contra Celsum, quem non bene intellexit Gelenius.

Constantinus M. orat. ad sanct. cœt. dicit, Platonem rectè, prudenterque sensisse, ὅτι πρῶτον θεὸν ὑφηγήσατο τὸν ὑπὲρ τὴν ὐσίαν καλῶς ποιῶν. ὑπέταξε δὲ τύτῳ καὶ δεύτερον: *quòd primum Deum supra Essentiam constituit, & secundum illi subjecit.*

Ipse Moses τὸ ὄν, *Ens*, statuit *hominum Deum, non item naturæ, eo quòd hic honor sit relinquendus uni Deo Patri, Regique rerum omnium:* apud Philonem Platonizantem lib. quòd liber quisquis probus: idem locis innumeris, *Deum qui est super omnia*, τὸν πατέρα τῶν ὄντων, *Patrem Entium*, & lib. de nominum commut. *summum Deum à Verbo distinctum*, τῶν ὄντων πρεσβύτερον, *Entibus antiquiorem* dicit.

Arius etiam docuit, *Deum nec ὐσίαν, essentiam, nec ὑπόστασιν, substantiam esse, nec alind quidquam*

quod nominatur: teste Philostorg. hist. Eccl. X. 2. Fuit enim Arius germanus Platonicus, judice D. Petavio de Trin. L. I. c. 8. §. 2. præprimis cùm ex Calecâ perspicuum sit, eundem etiam præexistentiam animarum ante corpora statuisse.

Multa præterea Concilia seculo quarto coacta vetuerunt *ὐσίαν*, *essentiam de Deo prædicari*, de quibus vide lib. 2. histor. Eccles. *Filium* autem *Dei* vel *λόγον* Patres *ὐσίαν* & *ὑπόστασιν*, *essentiam & substantiam* vocârunt, ut exstat in Comment. qui descriptus est post fidei prof. & anathem. Syn. Ancyranæ, Basilii, Georgii Laodiceni, aliorumque Semi-Arianorum. Ignatio Verbum *ὐσία γεννητή*.

Picus Mirandula concl. 46. sec. Proclum: *Sicut*, inquit, *secundum causalitatis ambitum*, *ita secundum naturæ & gradus sublimitatem hæc per ordinem se invicem excedunt*, *anima*, *intellectus*, *vita*, *Ens*, *& Unum*.

Pag. 196. lin. 16. post Ioan. *add.* & lib. 6. adv. Cels.

Pag. 263. lin. 6. post *re. add.* Et libro 6. contra Cels. filiis hominum, vel sermonibus factis ab hominibus philosophantibus, opponit Verbum, filiumque Dei.

Pag. 267. lin. 22. *add.* Prætereo hîc Stoicos, quibus seorsim ire placuit; dicebant enim Verbum Dei esse spiritum corporeum. Hi refelluntur ab Origene Platonico lib. 6. contra Cels. rectè asserente τὸν λόγον τοῦ θεοῦ εἶναι κρείττονα πάσης σωματικῆς φύσεως, καὶ ὐσίαν ἀόρατον καὶ ἀσώματον.

Puto

Puto tamen Stoicos Verbo, ut Tertullianus, aliique Patres animabus, angelis, dæmonibus, Deo ipsi, corpus tribuisse.

Pag. 317. lin. 2. post *Pater. add.* Celsus apud Origenem lib. 6. ἄνδρες παλαιοὶ τόνδε τὸν κόσμον, ὡς ἐκ θεοῦ γενόμενον, παῖδά τε αὐτοῦ προσεῖπον: *prisci illi*, inquit, *mundum hunc, ut ex Deo factum, dicebant Dei filium.*

Pag. 368. lin. 12. *add.* Thomas Aquinas in epist. ad Galat. I. 1. *Missus*, inquit, *est Paulus per Deum Patrem sicut per auctorem, & per Iesum Christum, sicut per ministrum. Rom.* 15. *Dico Iesum Christum ministrum fuisse.*

Pag. 398. lin. antepen. *add.* Origenes quoque lib. 6. contra Cels. ἀντὶ τοῦ θεοῦ, ita usurpat.

Pag. 403. lin. 3. post *est add.* Origenes lib. 6. contra Cels. ὁ μὲν κέλσος φησὶν, ὅτι οὐ δεῖ τὸν πρῶτον θεὸν κάμνειν· ἡμεῖς δὲ εἴποιμεν ἂν, ὅτι οὐδ' ὁ θεὸς λόγος κάμνει: &c. *Celsus quidem dicit, non oportere Deum primum laborare: ad quod respondemus ne Deum Verbum quidem defatigari, nec eos, qui ad meliorem & diviniorem ordinem pertinent.*

E R R A T A.

PAg. 7. lin. 29. *leg.* ἰτέρυ. p. 8. l. 24. *leg.* σου διεκείσετο. p. 12. l. 14 *post* Dei, *adde comma*, p. 93. l. 30. *lege Tricoronus imperii.* p. 32. l. 9. *post vobis*, *adde comma*, p. 36. l. 2. *leg.* Iacobum. p. 37. l. 8 *dele prius comma*, p. 39. l. ult. *leg. diæ.* p. 47. l. 14. 15. *expung.* l. 28, *leg.* ἀπλειψυ- p. 49. l. 23. *leg.* παιδίον. p. 54. l. 8. *leg.* αὐτῶ. l. 9. *leg.* κεκλεπται l. 19. *leg.* εἰ μὴ εἰς. l. 23. *leg.* υἱόν. l. 26. *leg.* θεόν. l. 31. *lege ceptor.* p. 57. l. 17. *leg.* intelligente p. 66. l. 8. *leg.* petita. p. 75. l. 15. *leg. persequuntur, semen sunt.* p. 87. l. 16. *leg. persecu-* p. 16. l. ult. *leg.* juxta. p. 87. l. 18. *leg. ait*, p. 95. l. 11. *leg. Philosophis.* l. ult. *leg.* carnis. p. 27. l. 5. *leg.* σώματ☉. p. 110. l. 7. *leg.* Orige- p. 113. l. 18 in fine *add.* καὶ τὸ. p. 112. l. 4. *post* Filii *adde comma*, p. 114. l. 4 *leg.* autoritatem. p. 115. l. 3. *expunge* &. p. 120. l. 11. *leg.* ἡ. p. 123. l. 15. *leg.* antistiti l. 23. *leg.* 23. p. 124. l. 3. *leg. Filium factum* dicat *ex muliere.* p. 136. l 7. *leg.* sanctissimam. p. 140. l. 27. *leg.* die. p. 142. l. 12. *leg. pro curâ.* p. 145. l. 9. *leg.* demorinorum. p. 146. l. 24. *leg.* dizerit, l. 30. *pro* (:) *constitue* (;) p. 152. l. 9. *leg.* ἣν l. 23. *leg.* τῷ. p. 155. l. 14. & p. 156. l. ult. *leg.* δι'. p. 158. l. 5. *leg.* κατεσκευάσθη. p. 160. l. 12. *pro* ;) *constitue* (:) p. 168. l. 4. post *est* : *add. lex per Mosen data est*: p. 170. l. 20. *leg.* χώρα. p. 172. l. 30. *post* λόγος *expunge comma*, p. 180. l. 11. *leg. antiquis* p. 18 . l. 14. *leg.* ἀπειρῶ☉. p. 194. l. 2. *leg. possemus.* p. 197. l 14. *post* codices. *dele punctum.* p. 218. l. 13 *leg. aut.* p. 224. l. 9. *pro* Eccl. *leg.* Enang. p. 225. l. 4. *leg.* simul- existentiæ p. 226. l. 18. *post* attinet *add. comma.* p 229. l. 8. *leg.* μετασχεῖν. p. 230. l. 27. *leg. Pater audivit.* p. 234. l. 24. *leg. judicii à.* p. 236. l. 2. *leg.* πιστευόντων. p. 250. l. 2. *leg.* An. p. 256. l. 17. *leg.* quæ. p. 260. l. penult. *leg.* αἰσχύνῃ. p. 262. l. 25. *leg. hæres.* p. 273. l. 6. *leg. sumus existimari.* p. 277. l. 21. *leg.* στελχθῇ. p. 281. l. penult. *leg.* τί. p. 284. l. penult. *leg. sententia.* p. 288. l. 15. *leg.* αἴτιον. p. 292. l. 3. *post habet. add. punctum.* p. 295. l. 25. *leg. idem est.* p. 299. l. 4. *leg* ἡμᾶς. p. 301. l. 17. *leg.* ni dicat. p. 303. l. 19. *leg.* Mariâ. p. 312. l. 23. *leg. principio.* p. 316. l. 16. *leg.* ἐγένετο. p. 317. l. 18. 19. *leg. creator & pater seculorum.* p. 319. l. 13. *leg. filios.* p. 320. l. 13. *post* ἔχει. *expung. punctum.* p. 331. l. 26. *leg.* κτίσεως. p. 333. l. 6. *leg. & tertium.* p. 335. l. 19. *leg. factus.* p. 338. l. 15. *leg. Sophia.* p. 340. l. 13. *leg.* 2. 4. p. 342. l 28. *leg* ἀρπαχθείς. p. 346. l. penult. *post* servis, *expung. comma*, p. 347. l. 25. *leg.* Phædone, p. 353. l. 23. *leg.* διαπνέξεται. l. ult. *leg.*

sancto-

sanctorum. p. 354. l. 17. *leg.* autem. p. 358. l. antepen. *leg.* *ἀναπτυγμον.* p. 360. l. 20. *dele* ao. p. 369. l. 8. *leg.* nunc l. 9. *leg.* tem quæ l. 16. *leg.* *sunt semel* l. penult. *leg.* itaque naturâ. p. 370. l. 26. & 27. *leg.* *quin-imò.* p. 371. l. 21. *leg.* *detentus* autem. l. 28. post 18. *pone*) p. 372. l. ult. post, *adde*) p. 373. l. 4. *leg.* Deo l. 10. *leg.* *τὸ*, l. 21. post bilem; *add.* ℣. 74. l. 22. *leg.* *θεὸς* l. ult. *leg.* Ioan. p. 375. l. 22. *leg.* *δὶ*. p. 378. l. 5. *leg.* Melanchthone. p. 382. l. 24. *leg.* *dant* p. 383. l. 6. *leg.* Filii & l. 14. *leg.* *exemplaribus* l. 19. *leg.* *contenderis.* p. 397. l. 5. *leg.* *qui à* p. 403. l. 17. *leg.* *opificis.*

Pre Cossa